ROUËT DE JOURNEL

ENCHIRIDION PATRISTICUM

ENCHIRIDION
PATRISTICUM

ENCHIRIDION PATRISTICUM

LOCI SS. PATRUM, DOCTORUM,
SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

QUOS IN USUM SCHOLARUM COLLEGIT

M. J. ROUËT DE JOURNEL S. J.

EDITIO QUARTA ET QUINTA

FRIBURGI BRISGOVIAE MCMXXII
HERDER & Co.
TYPOGRAPHI EDITORES PONTIFICII
BEROLINI, CAROLSRUHAE, COLONIAE, MONACHII, VINDOBONAE, LONDINI
S. LUDOVICI MO.

Nihil obstat.

Luteliae Parisiorum, die 3 Ianuarii 1922.

Léonce de Grandmaison.

Imprimatur

Friburgi Brisgoviae, die 25 Ianuarii 1922.

Dr. **Mutz,** Vic. gen.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae.

PRAEFATIO.

> Necesse est omnibus catholicis, qui sese ecclesiae matris legitimos filios probare student, ut sanctae sanctorum patrum fidei inhaereant, agglutinentur, immoriantur.
> (*Vinc. Lir.*, Common. 33.)

Cum ab annis amplius quinquaginta omnibus theologiae studiosis usui sit cl. *H. Denzinger Enchiridion symbolorum et definitionum,* operae pretium fore visum est si, quod ille de ecclesiae documentis tam feliciter esset exsecutus, de ss. patrum operibus tentaretur. Nec deerant quae nos hortarentur alia eius generis opera, qualia sunt de *Historia philosophiae graecae Testimonia auctorum collecta ab H. Ritter et L. Preller* (ed. 8 Gothae 1898), de ecclesiastica vero historia *E. Preuschen, Analecta zur Geschichte der alten Kirche und des Kanons* (Freiburg i. Br. 1893), recentissimum *C. Kirch, Enchiridion fontium historiae ecclesiasticae antiquae* (Friburgi 1910).

Quemadmodum autem *Enchiridion symbolorum* integram conciliorum et pontificum doctrinam et historiam non suppeditat, ita nos multo etiam minus totam ss. patrum theologiam exponendam suscepimus; ita ut nihil a nostro proposito magis alienum fieri posset quam si quis, hoc libello contentus, ipsorum patrum opera adire neglegeret, quorum immediato tantum commercio plenus ac genuinus catholicae traditionis sensus hauriri potest.

At neminem fugit sacrae theologiae lectorem vel auditorem quam arduum sit traditionis quod vocant argumentum brevi scholarum spatio complecti, cuius incommodi haec praecipua causa esse videtur, quod ii ss. patrum loci, qui ad stabiliendum dogma maxime valeant, aut in scholasticis tractatibus concisi et dispersi aut in patrologiis completis paene obruti aliorum documentorum copia inveniantur.

Hoc igitur commodi ab isto libello exspectatur, ut praestantiora patristicae traditionis documenta discipulis praesertim, dum scholas audiunt aut relegunt, in promptu sint tamquam in summulam quamdam collecta; quae, licet apertum prorsus dogmatum historiae campum relinquat nec minutas singulorum scriptorum referat opiniones, tamen propter accuratum locorum delectum eorumque chronologicam dispositionem facili

conspectu illustriores quosque catenae traditionis, ut aiunt, anulos exhibeat.

Paucis dicamus nos id egisse, ut libellum conscriberemus ad praxim et usum scholarum destinatum, non reconditae illum quidem doctrinae, sed tamen diligentis inquisitionis; unde vel ipsi contionatores sententias patrum in re dogmatica praeclariores facile haurire possent.

Pauca nunc de ipsa libri compositione et forma indicemus.

1. Ii loci delecti sunt vere usu triti, sive de facto scholarum usu saepius veniant, sive ita mentem alicuius patris vel aetatis significent, ut ad constituendum et complendum traditionis argumentum nullatenus omitti posse videantur. Quod autem iam aiebat cl. Denzinger, «se in seligendis documentis quandoque ambiguum haesisse», nos maiore etiam ratione confitemur; ita tamen labori non pepercimus, easque omni modo cautiones et diligentiam adhibuimus, ut iure sperare liceat nec quidquam maioris momenti vel utilitatis excidisse, et delectum nostrum doctorum suffragiis probatum iri.

2. Apud patres dicta quaedam sunt quae doctrinae communiter receptae adversentur. Etsi omnes illas obiectiones, ut quae proprie ad historiam theologiae positivae pertinerent, referendas non curavimus, tamen eas paucas recepimus, quae ita notae sunt, ut ipsae quoque in scholis quasi classicae habeantur.

3. Quae a scriptoribus fusius et quasi oratorie tractata erant, integra referri ipsa operis ratio prohibebat. Textus tamen non ita breves et exiles recitandi erant, ut magis ex ipsis verbis quam ex mente et sententia argumentum peti videretur. Quapropter, diligenter inspecto contextu, ea rettulimus, quae necessaria erant ad aequam et sufficientem rei intellegentiam. Ceterum hae semper magistri partes erunt, ut textibus hic allatis innixus mentem patrum iam facilius et plenius auditoribus exponat.

4. Textus, ut antea diximus, secundum ordinem chronologicum et scriptorum et operum dispositi sunt; eos tamen patres non separavimus, qui, fere coaevi, mente et doctrina inter se vel dependent vel conveniunt; potius autem praemisimus opera quae diversis vitae temporibus scribi solent, epistulas dico vel sermones. In temporibus indicandis adhaesimus ut plurimum cl. Bardenhewer.

5. Ne augeretur etiam libri moles, et quia plerique patrum loci ad unicam materiam non pertinent, satius existimavimus uniuscuiusque textus argumentum speciali titulo non indicare, verum omnes eiusdem operis locos serie continua ordinare, praemissa singulis indicatione libri, capitis, aut paragraphi (integra notatio prima quaque vice invenietur), quae ratio omnium aptissima visa est, ut citius et facilius quaesiti textus reperirentur. Ad quod etiam iuvabunt capita paginarum, sinistra parte nomina scriptorum, dextera vero operum titulos exhibentia.

6. Si qua intra ipsos textus ut minus utilia omissa sunt, punctis interpositis (...) semper signantur. Huiusmodi puncta, ut par est, initio vel fine paragraphorum non inseruimus. Stellulae vero (* * *) signant lacunas in ipsis documentis.

7. Quae in textibus aut in translatione supplenda erant, uncis quadratis [—] includuntur. In ipsis textibus graecis haec aliquando latine supplentur, quoties nempe supplenda verba non in proximo con-

textu inveniuntur. Iisdem uncis includuntur plerique canones scripturarum; solum enim catalogum indicantes, brevitatis utilitatisque gratia, intra cancellos posuimus quod non est ipse scriptoris textus.

8 Sacrae scripturae loci in graeco textu cum «signis citationis», in latino autem *italicis typis* citantur.

9. Quantum fieri potuit, binae singulis textibus editiones ad calcem paginarum indicatae sunt, Migniana scil. quotiescumque exsistebat, et si qua altera recentior melioris erat notae. Textus ipse conformis est editioni illi, quae prior inscribitur. In iis, quae iam prodierunt sive in Corpore Vindobonensi sive in Corpore Berolinensi, eorum textum secuti sumus; in iis vero, quae, nondum in lucem edita, eorumdem Corporum ambitu continentur, interim textu Migniano contenti fuimus, exceptis tamen patribus apostolicis, qui iuxta notissimam editionem Funk citantur. Denique quod attinet ad eos scriptores, qui illis Corporibus non inserentur, secuti sumus aut Mignianam aut optimam ex recentibus editionem. Prima autem vice indicavimus integrum editoris nomen.

10. Textibus graecis subiunximus, utilitatis gratia, latinam translationem, quae plerumque ex Migne desumpta est, at non raro ad maiorem fidelitatem et claritatem emendata.

11. In margine interiore appositi sunt numeri minores, quorum ope cum ipsius textus argumentum tum ceteri textus paralleli commode invenirentur. Remittunt enim isti numeri ad numeros quibus signantur singuli articuli Indicis theologici; ubi rursus reperientur numeri ceterorum textuum de eadem materia. Notare iuvat illos numeros marginales consulto affixos esse ei praecise loco, quo tractari incipit indicata materia. Porro summa capitum Indicis theologici transcripta est in charta separata, ut statim invenirentur generalia textuum argumenta.

12. In Indice theologico et in scripturistico typis crassioribus indicati sunt textus patrum graecorum et syrorum, ut a latinis distinguerentur, uncis autem rotundis inclusi sunt textus illi, qui potius obici solent (cf. supra, n. 2).

13. Quattuor adduntur indices:

a) Index chronologicus scriptorum et operum, initio libri positus.

b) Index theologicus, ad quem, ut diximus, remittunt numeri marginis interioris; index autem ille praesertim ad usum scholarum compositus est, ita ut quaestiones non tam modo historico exhibeat quam eo ordine et forma, quibus in scholis tractari solent. Eumdem indicem, quantum fieri poterat, iuxta ordinem Summae S. Thomae disposuimus.

c) Index locorum scripturae.

d) Index alphabeticus scriptorum, operum, rerum.

14. Textus iam citati in Enchiridio symbolorum ut plurimum non iterum allati sunt, sed ad illos tantummodo remittitur lector. Item textus mere historicos saepe omisimus, ut qui apud Kirch, op. cit., inveniantur; ad cuius numeros semper remisimus

Qui illa duo opera edenda magna cum laude curaverat cl. bibliopola B. Herder, hoc quoque tertium Enchiridion in lucem proferendum suscepit, quod, cum iisdem simile sit et quasi ad unam seriem constituendam aptissimum, haud imparem prioribus fortunam consecuturum esse speramus.

Nec tamen nos fugit in tanto tantaeque varietatis opere non pauca certo remanere vitia, pluraque in eo esse emendanda, quo theologiae studiosis utilius evadat. Ad quod perficiendum doctiores enixe rogamus ut nobis monitis et consiliis opem ferant.

Restat ut ipse ex animo gratias agam magistris optimis cum huius seminarii emeritis et praesentibus tum Instituti Catholici Parisiensis, qui mihi doctis benevolisque consiliis semper adstiterunt. Socii vero alii non pauci assidua diligentia mecum amicissime laboraverunt, inter quos nominare liceat P. P. Browe et praecipue P. C. Burdo, qui magnam operis partem mecum sociatis curis confecit: iis omnibus grati animi debitum libenter persolvo.

Ore Place, Hastings (in Anglia), in festo SS. Petri et Pauli, 29 Iunii 1911.

M. J. Rouët de Journel S. J.

PRAEFATIO AD EDITIONEM ALTERAM.

Haec editio altera, quae ab integro typis mandata est, in paucis a priore discrepans legenti apparebit. Etsi mole quidem minor, re tamen vera nullus omnino locus deletus est, at vero triginta circiter additi sunt novi, praesertim Nestorii, Theodori Mopsuesteni, S. Leontii Byzantini, etc. Hi ordine suo chronologico inserti sunt, adiunctique sunt in margine numeri cum litterulis a, b, etc. Qua ratione cum hi loci facile apparent, tum numeri primae editionis (excepto tantum libri ultimo) immutati servantur.

Deleta sunt nonnulla errata; textus aliqui iuxta novissimas editiones correcti; index theologicus passim refectus; in temporibus indicandis quaedam iuxta recentia doctiorum opera sunt emendata, neque ideo tamen locorum ordo mutatus.

Quodsi haec nova editio melior priore videbitur, illud adscriptum velim iis, qui mihi amice consilia et auxilia praebuerunt; inter quos sunt nominandi DD. O. Bardenhewer, A. d'Alès, P. Koetschau. In perlegendis emendandisque schedulis operam mihi navaverunt V. Furci, A. Gandon, P. d'Hérouville, A. Rose. Quorum omnium memoriam pergratam mihi dulce est retinere.

Lutetiae Parisiorum, in festo S. Ignatii, 31 Iulii 1913.

PRAEFATIO AD RECENTIORES EDITIONES.

Huius operis tertia editio, cum fere integra typis expressa esset simul atque editio altera, in paucis admodum ab eadem discrepabat. Sub finem additi erant duo loci S. Gregorii Turonensis. In indice theologico, qui studiosis est quasi clavis totius libri, adiecti erant aliqui numeri, quibus ad plures locos remitteretur lector. Numeros autem parvos, qui in margine interiori illis respondent (cf. Praef. 1^{ae} edit., n. 11), addidimus in hac 4^{a} et 5^{a} editione.

Cum vero hoc Enchiridion, quale praesto erat, plurimis satisfecerit, summam rem intactam reliquimus, exoptantes ut eiusdem ope magis atque magis studium catholicae doctrinae, patrum testimonio stabilitae, foveatur.

Lutetiae Parisiorum, 5 Ianuarii 1922.

M. J. Rouët de Journel S. J.

INDEX CHRONOLOGICUS.

INDEX SIGLORUM.

A = Archambault, G., Justin, Dialogue avec Tryphon, texte grec, trad. franç., 2 vol., Paris 1909, in «Textes et documents» publiés par H. Hemmer et P. Lejay.

AS, AG = Assemani, J. S., S. P. N. Ephraem Syri opera omnia quae exstant, graece, syriace, latine, 6 vol. (3 vol. syriace et latine, 3 vol. graece et latine), Romae 1732—1746.

B = Ballerini, S. Ambrosii opera omnia, 6 vol., Milani 1875 sqq.

Bk = Bickell, G., S. Ephraemi Syri Carmina nisibena, Lipsiae 1866.

Bw = Bonwetsch, G. N., Methodius von Olympus, Erlangen und Leipzig 1891.

C = Cruice, P., Philosophumena . . ., Parisiis 1860.

CA = Corpus apologetarum christianorum saeculi secundi, ed. I. C. T. de Otto, 9 vol., Ienae 1851—1881.

CB = [Corpus Berolinense] Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte, herausg. von der Kirchenväter-Kommission der Königl. preußischen Akademie der Wissenschaften, Leipzig 1897 sqq.

CV = Corpus [Vindobonense] scriptorum ecclesiasticorum latinorum . . . Academiae litterarum caesareae vindobonensis, Vindobonae 1866 sqq.

D = Dindorf, G., S. Epiphanii opera, 5 vol., Lipsiae 1859 ad 1862.

DB = Denzinger-Bannwart, Enchiridion symbolorum, definitionum et declarationum de rebus fidei et morum. Ed. 10 et sqq, Friburgi 1908 sqq.

DTC = Dictionnaire de théologie catholique, publié sous la direction de A. Vacant et E. Mangenot, Paris 1903 sqq.

F = Funk, F. X, Patres apostolici, ed. 2, 2 vol., Tubingae 1901; id., Didascalia et Constitutiones apostolorum, 2 vol., Paderbornae 1905.

Fa = Fausset, W. Y., Novatiani De Trinitate, Cambridge 1909, in «Cambridge Patristic Texts».

Fe = Feltoe, C. L., The Letters and other Remains of Dionysius of Alexandria, Cambridge 1904, in «Cambridge Patristic Texts».

Fi = Field, F., S. Ioannis Chrysostomi Homiliae in Matthaeum, 3 vol., Cantabrigiae 1839; id., S. Ioannis Chrysostomi Commentarius in epistulas Pauli, 7 vol., Oxoniae 1844 sqq.

G = Gaisford, T., Eusebii Praeparationes evangelicae, 4 vol., Oxoniae 1843; id., Eusebii Demonstratio evangelica, 2 vol., Oxoniae 1852.

Ge = Geffcken, J., Zwei griechische Apologeten, Leipzig 1907.

H = Harvey, W. W., S Irenaei . . . libri V adversus haereses, 2 vol., Cantabrigiae 1857.

Ha = Hahn, (Aug. und) G. L., Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche, 3. Aufl., Breslau 1897.

J = Jülicher, A., Vincentii Lirinensis Commonitorium, Freiburg i. Br. 1895, in «Sammlung . . .» von Dr G. Krüger.

JTS = Journal of Theological Studies, Oxford 1900 sqq.

K = Kirch, C, Enchiridion fontium historiae ecclesiasticae antiquae, ed. 2 et 3, Friburgi 1914.

Kr = Krüger, G., Die Apologien Justins des Märtyrers, 2. ed., Freiburg i. Br. 1896, in «Sammlung ausgewählter kirchen- und dogmengeschichtlicher Quellenschriften», herausg. von Dr G. Krüger.

L = Lommatzsch, C. H. E., Origenis opera omnia, 25 vol., Berolini, 1831—1848.

La = Lamy, T. J., S. Ephraem Syri hymni et sermones, 4 vol., Mechliniae 1882—1902

Lf = Loofs, F., Nestoriana, Halle a. S. 1905.

M = Mason, A. J., The five theological orations of Gregory of Nazianzus, Cambridge 1899, in «Cambridge Patristic Texts».

ML, MG = Migne, J. P., Patrologiae cursus completus. Series prima latina, Parisiis 1844 sqq. Series graeca, Parisiis 1857 sqq.

MGh = Monumenta Germaniae historica edidit Societas aperiendis fontibus rerum germanicarum medii aevi. Gregorii I Papae Registrum Epistolarum, 2 vol., ed. P. Ewald et L. M. Hartmann, Berolini 1891—1899; id. Scriptores rerum Meroving., Tom. I, Gregorii Turonensis opera, Libri VIII Miraculorum, ed. B. Krusch, Hannov. 1884—1885.

N = Nairn, J. A., Περὶ ἱερωσύνης (De sacerdotio) of S. John Chrysostom, Cambridge 1906, in «Cambridge Patristic Texts».

Nau = Nau, F., Nestorius, Le Livre d'Héraclide de Damas . . ., Paris 1910.

O = Oehler, F., Tertulliani opera omnia, 3 vol., Lipsiae 1851 ad 1854; id., Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκ. Νύσσης τὰ εὑρισκόμενα (1 vol. solum prodiit), Halle a. S. 1865.

P = Pusey, P. E., S P. N. Cyrilli archiep. Alexandr. in XII prophetas, 2 vol., Oxonii 1868; id., S. P. N. Cyrilli archiep. Alexandr. in D. Ioannis evangelium. Accedunt fragmenta varia (In Rom, in 1 Cor, in 2 Cor, in Hebr, etc.), 3 vol., Oxonii 1872; id., S. P. N. Cyrilli archiep. Alexandr. epistolae tres oecumenicae; libri V contra Nestorium; XII capitum explanatio; XII capitum defensio utraque; Scholia de Incarnatione Unigeniti, Oxonii 1875; id., S. P. N. Cyrilli archiep. Alexandr. De recta fide ad Imperatorem (De Incarnatione Unigeniti dialogus); De recta fide ad Principissas; De recta fide ad Augustas; Quod unus Christus dialogus; Apologeticus ad Imperatorem, Oxonii 1877.

Pr = Preuschen, E., Tertullianus, De praescriptione haereticorum. 2. Aufl. Tübingen 1910, in «Sammlung . . .» von Dr G. Krüger; id., Tertullianus, De paenitentia, De pudicitia, 2. Aufl. Tübingen 1910, in «Sammlung . . .» von Dr G. Krüger.

PS = Patrologia Syriaca, accurante R. Graffin, Parisiis 1894 sqq.

R = Reischl, G. C. (et J. Rupp), S. Cyrilli Hierosolymorum archiepiscopi opera quae supersunt omnia, 2 vol., Monaci 1848—1860 (2um vol. edidit Rupp).

Ra = Rauschen, G., Tertulliani Apologetici recensio nova, in Florilegio patristico, fasc. VI, Bonnae 1906.

Rd = Raeder, J., Theodoreti graecarum affectionum curatio, Lipsiae 1904.

Rth = Routh, M. J., Reliquiae sacrae, ed. 2, 5 vol., Oxonii 1846 sqq.

S = Scheel, O., S. Augustini Enchiridion, Freiburg i. Br. 1903, in «Sammlung . . .» von Dr G. Krüger.

Sr = Srawley, J. H., The Catechetical Oration of Gregory of Nyssa, Cambridge 1903, in «Cambridge Patristic Texts».

Sw = Swete, H. B., Theodori ep. Mopsuest. in epistolas B. Pauli commentarii, 2 vol., Cambridge 1880—1882.

Tr = Turner, C. H., Gennadius, Liber ecclesiasticorum dogmatum, in JTS 7 (1906), 89 sqq.

TS = Texts and Studies, Contributions to Biblical and Patristic Literature, ed. by J. A. Robinson, Cambridge 1891 sqq.

TU = Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, herausg. von O. v. Gebhardt und A. Harnack, Leipzig 1883 sqq.

W = Waltzing, J. P., M. Minucii Felicis Octavius, in Bibliotheca Teubneriana, Lipsiae 1912.

Abbreviationes istae saepius usurpantur:

a. = annus *vel* ante. ca = circa. p. = post. p. p. = paulo post.

DIDACHE
SEU DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM, 90/100.

17 C. 1, n. 2. Ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· «Πρῶ- 1
18 τον ἀγαπήσεις τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, δεύτερον τὸν
πλησίον σου ὡς σεαυτόν» [Mt 22, 37—39; Mc 12, 30 31; cf. Dt
19 6, 5; Lv 19, 18]· πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς μὴ γίνεσθαί σοι,
καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει [cf. Mt 7, 12; Lc 6, 31]. 3. Τούτων δὲ
τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη· «Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμέ-
νους ὑμῖν καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, νηστεύετε
δὲ ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς· ποία γὰρ χάρις, ἐὰν ἀγαπᾶτε
τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς; οὐχὶ καὶ τὰ ἔθνη τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν;
ὑμεῖς δὲ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν»
[Mt 5, 44 sqq; Lc 6, 32 sq].

82 4, 13. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς Κυρίου, φυλάξεις δὲ ἃ 2
παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς μήτε ἀφαιρῶν.

529 4, 14. Ἐν ἐκκλησίᾳ ἐξομολογήσῃ τὰ παραπτώματά σου, 3
536 καὶ οὐ προσελεύσῃ ἐπὶ προσευχήν σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ.

459 7, 1. Περὶ δὲ τοῦ βαπτίσματος, οὕτω βαπτίσατε· ταῦτα 4
465 πάντα προειπόντες, «βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ
461 τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος» [Mt 28, 19] ἐν ὕδατι ζῶντι.
462

---

17 1, 2. Via igitur lucis haec est: *Primum diliges Deum qui te* 1
18 *creavit, deinde proximum tuum sicut te ipsum; omnia* vero *quae-*
19 *cumque* non *vis* tibi fieri, nec tu alteri facias. 3. Doctrina autem
horum verborum haec est: *Benedicite maledicentibus vobis* et *orate
pro inimicis vestris,* ieiunate *pro persequentibus vos; quae* enim
*gratia, si diligitis eos qui vos diligunt? Nonne et gentes idem
faciunt?* Vos autem *diligite eos qui oderunt vos,* neque inimicum
habebitis.

82 4, 13. Ne derelinquas mandata Domini; custodies vero quae 2
accepisti, neque addens neque demens.

529 4, 14. In ecclesia confiteberis peccata tua, neque accedes ad 3
536 orationem tuam in conscientia mala.

459 7, 1. De baptismo autem, sic baptizate: haec omnia postquam 4
465 antea dixistis, *baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*

1. F (= Funk) 1, 2. 2. F 1, 14. 3. F 1, 14.
4. F 1, 16.

2. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ὕδωρ ζῶν, εἰς ἄλλο ὕδωρ βάπτισον· εἰ
δ' οὐ δύνασαι ἐν ψυχρῷ, ἐν θερμῷ. 3. Ἐὰν δὲ ἀμφότερα
μὴ ἔχῃς, ἔκχεον εἰς τὴν κεφαλὴν τρὶς ὕδωρ «εἰς ὄνομα Πατρὸς 463
καὶ Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος». 4. Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος 464
προνηστευσάτω ὁ βαπτίζων καὶ ὁ βαπτιζόμενος καὶ εἴ τινες
ἄλλοι δύνανται· κελεύεις δὲ νηστεῦσαι τὸν βαπτιζόμενον πρὸ
μιᾶς ἢ δύο.

5 8, 2. Μηδὲ «προσεύχεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί» [Mt 6, 5], ἀλλ' 17
ὡς ἐκέλευσεν ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, «οὕτω προσ- 13
εύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά
σου, κτλ.» [Mt 6, 9 sqq.]

6 9, 1. Περὶ δὲ τῆς εὐχαριστίας, οὕτως εὐχαριστήσατε· 2. Πρῶ- 502
τον περὶ τοῦ ποτηρίου· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ 493
τῆς ἁγίας ἀμπέλου Δαυὶδ τοῦ παιδός σου, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν
διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.
3. Περὶ δὲ τοῦ κλάσματος· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν,
ὑπὲρ τῆς ζωῆς καὶ γνώσεως, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ
τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 4. Ὥσπερ ἦν 511
τοῦτο τὸ κλάσμα διεσκορπισμένον ἐπάνω τῶν ὀρέων καὶ συν-
αχθὲν ἐγένετο ἕν, οὕτω συναχθήτω σου ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν 50
περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα 37
καὶ ἡ δύναμις διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. 5. Μηδεὶς 505
δὲ φαγέτω μηδὲ πιέτω ἀπὸ τῆς εὐχαριστίας ὑμῶν, ἀλλ' οἱ
βαπτισθέντες εἰς ὄνομα Κυρίου· καὶ γὰρ περὶ τούτου εἴρηκεν
ὁ Κύριος· «Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί» [Mt 7, 6].

---

in aqua viva. 2. Sin autem non habes aquam vivam, in alia aqua 461
baptiza; si non potes in frigida, in calida. 3. Sin autem neutram 462
habes, effunde in caput ter aquam *in nomine Patris et Filii et* 463
Spiritus Sancti. 4. Ante baptismum ieiunato baptizans et bapti- 464
zandus et si qui alii possunt; baptizandum autem iube ieiunare
unum vel duos dies antea.

5 8, 2. Neque *orate sicut hypocritae,* sed sicut praecepit Do- 17
minus in evangelio suo, *ita orate: Pater noster, qui es in caelis,* 13
sanctificetur nomen tuum, etc.

6 9, 1. Quod ad eucharistiam attinet, sic gratias agite: 2. Pri- 502
mum de calice: Gratias tibi agimus, Pater noster, pro sancta vite 493
David pueri tui, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum;
gloria tibi in saecula. 3. De pane fracto autem: Gratias tibi
agimus, Pater noster, pro vita et scientia, quam indicasti nobis
per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 4. Sicut hic panis 511
fractus dispersus erat supra montes, et collectus factus est unus, 50
ita colligatur ecclesia tua a finibus terrae in regnum tuum; quoniam 37
tua est gloria et virtus per Iesum Christum in saecula. 5. Nemo 505
autem edat neque bibat a vestra eucharistia, nisi qui baptizati
sunt in nomine Domini; de hoc etenim dixit Dominus: *Ne date*
sanctum canibus.

---

5. F 1, 18. 6. F 1, 20.

508 10, 1. Μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι οὕτως εὐχαριστήσατε· 7
2. Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἅγιε, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός
σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς
424 γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀθανασίας, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ
194 Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. Σύ,
Δέσποτα παντοκράτορ, «ἔκτισας τὰ πάντα» [Sap 1, 14; Apc 4, 11]
ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, τροφήν τε καὶ ποτὸν ἔδωκας τοῖς
ἀνθρώποις εἰς ἀπόλαυσιν, ἵνα σοι εὐχαριστήσωσιν, ἡμῖν δὲ
502 ἐχαρίσω πνευματικὴν τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον διὰ
τοῦ παιδός σου. 4. Πρὸ πάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι δυ-
νατὸς εἶ· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 5. Μνήσθητι, Κύριε,
τῆς ἐκκλησίας σου, τοῦ ῥύσασθαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ
50 καὶ τελειῶσαι αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, «καὶ σύναξον αὐτὴν ἀπὸ
37 τῶν τεσσάρων ἀνέμων» [Mt 24, 31] τὴν ἁγιασθεῖσαν εἰς τὴν
σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις
καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 6. Ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω
ὁ κόσμος οὗτος. «Ὡσαννὰ τῷ Θεῷ Δαυίδ» [Mt 21, 9]. Εἴ
506 τις ἅγιός ἐστιν, ἐρχέσθω· εἴ τις οὐκ ἔστι, μετανοείτω· «μαράν
ἀθά» [1 Cor 16, 22]· ἀμήν.
506 14, 1. Κατὰ κυριακὴν δὲ Κυρίου συναχθέντες κλάσατε ἄρτον 8
529 536 καὶ εὐχαριστήσατε, προεξομολογησάμενοι τὰ παραπτώματα ὑμῶν,
ὅπως καθαρὰ ἡ θυσία ὑμῶν ᾖ. 2. Πᾶς δὲ ἔχων τὴν ἀμφιβολίαν
μετὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ μὴ συνελθέτω ὑμῖν, ἕως οὗ διαλλαγῶσιν,
516 ἵνα μὴ κοινωθῇ ἡ θυσία ὑμῶν. 3. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ῥηθεῖσα
ὑπὸ Κυρίου· «Ἐν παντὶ τόπῳ» καὶ χρόνῳ «προσφέρειν μοι

---

508 10, 1. Postquam autem impleti estis, sic gratias agite: 2. Gratias 7
tibi agimus, Pater sancte, pro sancto nomine tuo, quod fecisti ut
habitet in cordibus nostris, et pro scientia et fide et immortalitate,
424 quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in sae-
194 cula. 3. Tu, Domine omnipotens, *creasti omnia* propter nomen
tuum, et cibum potumque dedisti hominibus ad fruendum, ut tibi
502 gratias agant, nobis autem largitus es spiritualem cibum et potum
et vitam aeternam per puerum tuum. 4. Ante omnia gratias tibi
agimus, quod potens es; gloria tibi in saecula. 5. Recordare,
Domine, ecclesiae tuae, ut eam liberes ab omni malo eamque
50 perficias in caritate tua, *et collige* eam *a quattuor ventis* sancti-
37 ficatam in regnum tuum quod ei parasti, quoniam tua est virtus
et gloria in saecula. 6. Adveniat gratia et praetereat mundus hic.
506 *Hosanna Deo David.* Si quis sanctus est, accedat; si quis non
est, paenitentiam agat. *Maranatha.* Amen.
506 14, 1. Die dominica autem convenientes frangite panem et 8
529 536 gratias agite, postquam delicta vestra confessi estis, ut sit mun-
dum sacrificium vestrum. 2. Omnis vero, cui est controversia
cum amico suo, ne conveniat vobiscum, donec reconciliati sint,
516 ne inquinetur sacrificium vestrum. 3. Hoc enim est dictum a
Domino: *In omni loco* et tempore *offeratur mihi sacrificium*

---

7. F 1, 22. 8. F 1, 32.

θυσίαν καθαράν· ὅτι βασιλεὺς μέγας εἰμί, λέγει Κύριος, καὶ τὸ
ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι» [Mal. 1, 11 14].
9 15, 1. Χειροτονήσατε οὖν ἑαυτοῖς ἐπισκόπους καὶ διακόνους 39 61
ἀξίους τοῦ Κυρίου, ἄνδρας πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους καὶ ἀλη- 557
θεῖς καὶ δεδοκιμασμένους· ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν
λειτουργίαν τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων. 2. Μὴ οὖν ὑπερ-
ίδητε αὐτούς· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τετιμημένοι ὑμῶν μετὰ τῶν
προφητῶν καὶ διδασκάλων.
10 16, 3. Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδο- 597
προφῆται καὶ οἱ φθορεῖς, καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς
λύκους, καὶ ἡ ἀγάπη στραφήσεται εἰς μῖσος· 4. αὐξανούσης
γὰρ τῆς ἀνομίας μισήσουσιν ἀλλήλους καὶ διώξουσι καὶ παρα-
δώσουσι, καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλανὴς ὡς υἱὸς Θεοῦ
καὶ ποιήσει «σημεῖα καὶ τέρατα» [Mt 24, 24], καὶ ἡ γῆ παρα- 17
δοθήσεται εἰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ποιήσει ἀθέμιτα, ἃ οὐδέποτε
γέγονεν ἐξ αἰῶνος. 5. Τότε ἥξει ἡ κτίσις τῶν ἀνθρώπων εἰς
τὴν πύρωσιν τῆς δοκιμασίας, «καὶ σκανδαλισθήσονται πολλοὶ»
[Mt 24, 10] καὶ ἀπολοῦνται, «οἱ δὲ ὑπομείναντες» ἐν τῇ πίστει
αὐτῶν «σωθήσονται» [cf. Mt 10, 22; 24, 13] ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κατα-
θέματος. 6. «Καὶ τότε φανήσεται τὰ σημεῖα» [Mt 24, 30] τῆς
ἀληθείας· πρῶτον σημεῖον ἐκπετάσεως ἐν οὐρανῷ, εἶτα σημεῖον
φωνῆς σάλπιγγος, καὶ τὸ τρίτον ἀνάστασις νεκρῶν· 7. οὐ 598
πάντων δέ, ἀλλ' ὡς ἐρρέθη· «Ἥξει ὁ Κύριος καὶ πάντες οἱ
ἅγιοι μετ' αὐτοῦ» [Zach 14, 5]. 8. «Τότε ὄψεται» ὁ κόσμος τὸν
Κύριον «ἐρχόμενον ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ» [Mt 24, 30].

---

*mundum, quoniam rex magnus sum, dicit Dominus, et nomen
meum mirabile in gentibus.*
9 15, 1. Constituite igitur vobis episcopos et diaconos dignos 39 61
Domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et 557
probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum
et doctorum. 2. Ne igitur contemnatis eos; ipsi enim sunt honorati
inter vos una cum prophetis et doctoribus.
10 16, 3. In diebus novissimis multiplicabuntur falsi prophetae et 597
corruptores, et convertentur oves in lupos, et caritas convertetur
in odium. 4. Cum enim aucta fuerit iniquitas, odio se invicem
habebunt et persequentur et prodent; ac tum apparebit orbis de-
ceptor tamquam filius Dei et faciet *signa et prodigia,* et terra 17
tradetur in manus eius, et faciet iniqua, quae numquam facta
sunt a saeculis. 5. Tum veniet creatura hominum in ignem pro-
bationis, *et scandalizabuntur multi* atque peribunt; *qui vero per-
severaverint* in fide sua, *salvabuntur* ab ipso maledicto. 6. *Tunc-
que apparebunt signa* veritatis; primum signum caeli aperti, deinde
signum tubae, et tertium resurrectio mortuorum; 7. neque vero 598
omnium, sed sicut dictum est: *Veniet Dominus et omnes sancti
cum eo.* 8. *Tunc videbit* mundus Dominum *venientem supra
nubes caeli.*

---

9. F 1, 32. 10. F 1, 36.

S. CLEMENS ROMANUS, PAPA 92—101.

Epistula ad Corinthios I, 96/8.

55 5, 1. Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, 11
ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. 2. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον οἱ μέγιστοι καὶ δικαιότατοι στύλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου ἤθλησαν. 3. Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους· 4. Πέτρον, ὃς διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ
31 δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπήνεγκεν πόνους καὶ οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. 5. Διὰ ζῆλον καὶ ἔριν Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ἔδειξεν, 6. ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, φυγαδευθείς, λιθασθείς, κήρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ
37 ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, 7. δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός. 6, 1. Τούτοις τοῖς ἀνδράσι ὁσίως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις διὰ ζῆλος παθόντες ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. 2. Διὰ ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες Δαναΐδες καὶ Δίρκαι, αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι.

---

55 5, 1. Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas 11
veniamus; saeculi nostri generosa exempla proponamus. 2. Propter zelum et invidiam, qui maximae et iustissimae columnae erant, persecutionem passi sunt et usque ad mortem certaverunt. 3. Ponamus nobis ante oculos bonos apostolos: 4. Petrum, qui, propter zelum iniquum, non unum aut alterum, sed plures labores sustulit,
31 atque ita testimonio perhibito in debitum gloriae locum discessit. 5. Propter zelum et contentionem Paulus patientiae praemium exhibuit, 6. septies in vincula coniectus, fugatus, lapidatus, in
37 oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est; 7. qui, postquam mundum universum iustitiam docuit, et ad occidentis terminos venit et coram praefectis testimonium perhibuit, sic e mundo migravit et in locum sanctum abiit, summum patientiae exemplar exsistens. 6, 1. Viris istis sancte vitam instituentibus magna electorum multitudo aggregata est, qui suppliciis multis et tormentis, propter zelum passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt. 2. Propter zelum persecutionem passae mulieres Danaïdae et Dircae, postquam gravia et nefanda supplicia sustinuerunt, ad firmum fidei cursum pertigerunt et debiles corpore nobile praemium acceperunt.

---

11. F 1, 104; MG 1, 217.

12 7, 4. Ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ γνῶμεν ὡς 410
ἔστιν τίμιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ, ὅτι διὰ τὴν ἡμετέραν
σωτηρίαν ἐκχυθὲν παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. 422
5. Διέλθωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας καὶ καταμάθωμεν, ὅτι ἐν 347
γενεᾷ καὶ γενεᾷ «μετανοίας τόπον ἔδωκεν» [Sap 12, 10] ὁ Δε-
σπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν.

13 24, 1. Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ Δεσπότης ἐπιδείκνυ- 27
ται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν 598
ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀνα-
στήσας. 2. Ἴδωμεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ καιρὸν γινομένην ἀνά-
στασιν. 3. Ἡμέρα καὶ νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσιν· κοιμᾶται
ἡ νύξ, ἀνίσταται ἡ ἡμέρα· ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ ἐπέρχεται.

14 27, 4. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ 188
πάντα καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι.

15 31, 2. Τίνος χάριν ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; οὐχὶ 363
δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας;

16 32, 4. Καὶ ἡμεῖς οὖν, διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ 362
κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας
σοφίας ἢ συνέσεως ἢ εὐσεβείας ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα
ἐν ὁσιότητι καρδίας, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς
ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. 33, 1. Τί οὖν ποιήσωμεν, 363

---

12 7, 4. Sanguinem Christi intentis oculis intueamur, et cogno- 410
scamus quam pretiosus sit Deo et Patri eius, qui propter nostram
salutem effusus toti mundo paenitentiae gratiam obtulit. 5. Per- 422
veniamus ad omnes mundi aetates, et discamus quod in omni 347
generatione volentibus ad ipsum converti Dominus *paenitentiae
locum concesserit.*

13 24, 1. Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus futuram 27
resurrectionem continuo nobis ostendat, cuius primitias Dominum 598
Iesum Christum fecit, suscitans eum a mortuis. 2. Intueamur,
dilecti, resurrectionem, quae suo tempore fit. 3. Dies et nox
resurrectionem nobis ostendunt: nox cubat, exsurgit dies; obit
dies, nox ingruit et insequitur.

14 27, 4. Verbo maiestatis suae constituit omnia et verbo suo 188
potest illa evertere.

15 31, 2. Cuius gratia Abraham pater noster benedictus fuit? 363
Nonne, quia iustitiam et veritatem per fidem operatus est?

16 32, 4. Et nos igitur, ex voluntate eius [Dei] in Christo Iesu 362
vocati, non per nos ipsos iustificamur neque per sapientiam nostram
aut intellegentiam aut pietatem aut opera, quae in cordis sancti-
tate operati sumus, sed per fidem, per quam omnipotens Deus
ab initio omnes iustificavit; cui sit gloria in saecula saeculorum.
Amen. 33, 1. Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis 363

---

12. F 1, 108; MG 1, 224. 13. F 1, 132; MG 1, 260.
14. F 1, 134; MG 1, 268. 15. F 1, 138; MG 1, 272.
16. F 1, 138; MG 1, 272.

ἀδελφοί; ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποΐας καὶ ἐγκαταλίπωμεν
τὴν ἀγάπην; Μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ Δεσπότης ἐφ' ἡμῖν γε
γενηθῆναι, ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενείας καὶ προθυμίας «πᾶν
ἔργον ἀγαθὸν» [Tit 3, 1] ἐπιτελεῖν.

198 34, 5. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παρρησία ἔστω ἐν αὐτῷ· 17
ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆ-
θος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν
παρεστῶτες.

416 36, 1. Αὕτη ἡ ὁδός, ἀγαπητοί, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον 18
374 ἡμῶν, Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν,
424 τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. 2. Διὰ τούτου
ἀτενίζομεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα
τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ, διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν
ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας, διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ
ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ φῶς, διὰ τούτου
ἠθέλησεν ὁ Δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι,
«ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων
ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν»
[Hebr 1, 3 4]

57 40, 1. Πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ Δεσπότης 19
ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν κατὰ καιροὺς τεταγμένους. 2. Τάς τε προσ-
φορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως,
ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. . . .
39 5. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσίν, καὶ τοῖς
556 ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι

---

operibus et caritatem derelinquemus? Neutiquam hoc apud nos
fieri permittat Dominus, sed cum diligentia et animi alacritate
omne opus bonum peragere festinemus.

198 34, 5. Gloriatio nostra et fiducia in ipso sit [Domino]; voluntati 17
eius subiciamur et multitudinem universam angelorum eius diligenter
consideremus, quomodo adstantes voluntatem eius exsequantur.

416 36, 1. Haec est via, dilecti, in qua salutem nostram invenimus, 18
374 Iesum Christum, oblationum nostrarum pontificem, infirmitatis
424 nostrae patronum et auxiliatorem. 2. Per hunc caelorum alti-
tudinem adspicimus; per hunc vultum eius immaculatum et ex-
celsum speculamur; per hunc oculi cordis nostri aperti sunt; per
hunc insipiens et obscurata mens nostra in lucem efflorescit; per
hunc voluit Dominus nos immortalem cognitionem gustare, *qui
maiestatis Dei splendor exsistens, tanto maior est angelis, quanto
excellentius nomen sortitus est.*

57 40, 1. Cuncta ordine debemus facere, quae nos Dominus sta- 19
tutis temporibus peragere iussit. 2. Oblationes scilicet et officia
sacra perfici, neque temere vel inordinate fieri praecepit, sed
39 statutis temporibus et horis. . . . 5. Summo quippe sacerdoti sua
556 munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius assignatus est,

---

17. F 1, 142; MG 1, 276. 18. F 1, 144; MG 1, 280.
19. F 1, 150; MG 1, 288.

ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέ- 554
δεται.

20 42, 1. Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ Κυρίου 34
Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξεπέμφθη.
2. Ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ
Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ.
3. Παραγγελίας οὖν λαβόντες καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς 141
ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πιστωθέντες
ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας Πνεύματος Ἁγίου
ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρ- 39
χεσθαι. 4. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον 60
τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους 557
καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν.

21 44, 1. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου 39
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς 60
ἐπισκοπῆς. 2. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες
τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν
δεδώκασιν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκι-
μασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. 3. Τοὺς οὖν κατα- 57
σταθέντας ὑπ' ἐκείνων ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν
συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας
ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης,
ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις
ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς
λειτουργίας.

---

et levitis sua ministeria incumbunt. Homo laicus praeceptis laicis 554
constringitur.

20 42, 1. Apostoli nobis evangelii praedicatores facti sunt a Do- 34
mino Iesu Christo, Iesus Christus missus est a Deo. 2. Christus
igitur a Deo et apostoli a Christo; et factum est utrumque ordi-
natim ex voluntate Dei. 3. Itaque acceptis mandatis et per resur- 141
rectionem Domini nostri Iesu Christi plena certitudine imbuti
Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus Sancti fiducia egressi 39
sunt annuntiantes regni Dei adventum. 4. Per regiones igitur et 60
urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassent, 557
constituerunt episcopos et diaconos eorum qui credituri erant.

21 44, 1. Apostoli quoque nostri per Iesum Christum Dominum 39
nostrum cognoverunt contentionem de nomine episcopatus obori- 60
turam. 2. Ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti,
constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut,
cum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent.
3. Itaque qui constituti sunt ab illis vel deinceps ab aliis viris 57
eximiis consentiente universa ecclesia, quique inculpate gregi
Christi deservierunt cum humilitate, quiete nec illiberaliter, et longo
tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos iudi-
camus munere suo non iuste deici.

---

20. F 1, 152; MG 1, 292. 21. F 1, 154; MG 1, 296.

65 70 45, 2. Ἐγκεκύφατε εἰς τὰς ἱερὰς γραφάς, τὰς ἀληθεῖς, τὰς διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου. 3. Ἐπίστασθε ὅτι οὐδὲν ἄδικον οὐδὲ παραπεποιημένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. 22

141 46, 6. Ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν καὶ ἕνα Χριστὸν καὶ ἓν Πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; 23

17 18 19 46, 7. Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. 8. Εἶπεν γάρ· «Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι» [Mt 26, 24; Lc 17, 2]. 24

39 57 47, 6. Αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. 7. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν, ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι. 25

273 532 49, 2. Τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; 3. Τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκετὸς ἐξειπεῖν; 4. Τὸ ὕψος, εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. 5. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ, «ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρ- 26

---

65 70 45, 2. Inspexistis diligenter scripturas sacras, quae verae sunt et datae per Spiritum Sanctum. 3. Non fugit vos nihil iniustum neque perversum scriptum esse in illis. 22

141 46, 6. Nonne unum Deum habemus et unum Christum et unum Spiritum gratiae super nos effusum, et una vocatio est in Christo? 23

17 18 19 46, 7. Recordamini verborum Iesu Domini nostri. 8. Dixit enim: *Vae homini illi! Bonum erat ei, si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret; melius erat, ut ei mola circumponeretur et demergeretur in mare, quam ut unum de electis meis perverteret.* 24

39 57 47, 6. Turpia, fratres, turpia valde auditu sunt et christiana vivendi ratione indigna, quae comperimus: firmissimam et antiquam Corinthiorum ecclesiam propter unum aut alterum hominem seditionem movere contra presbyteros. 7. Et hic quidem rumor non tantum ad nos, sed ad eos etiam manavit, qui a nobis alieni sunt, ita ut propter vestram amentiam blasphemiae nomini Domini inferantur, vobis ipsis autem periculum creetur. 25

273 532 49, 2. Vinculum caritatis Dei quis potest enarrare? 3. Quis pulchritudinis eius magnificentiam eloqui valet? 4. Altitudo, ad quam evehit caritas, inenarrabilis est. 5. Caritas nos Deo ad- 26

---

22. F 1, 156; MG 1, 300.
23. F 1, 158; MG 1, 304.
24. F 1, 158; MG 1, 304.
25. F 1, 160; MG 1, 308.
26. F 1, 162; MG 1, 309.

τιῶν» [1 Petr 4, 8], ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ·
οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα
οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ·
ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, δίχα 275
ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ. 6. Ἐν ἀγάπῃ προσ- 410
ελάβετο ἡμᾶς ὁ Δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἔσχεν πρὸς
ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ
Κύριος ἡμῶν ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς
ἡμῶν καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

27 57, 1. Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν τῆς στάσεως ποιήσαντες 57
ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις καὶ παιδεύθητε εἰς μετάνοιαν,
κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν.

28 58, 2. Ζῇ ὁ Θεὸς καὶ ζῇ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ τὸ 141
Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἥ τε πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἐκλεκτῶν, ὅτι
ὁ ποιήσας ἐν ταπεινοφροσύνῃ μετ' ἐκτενοῦς ἐπιεικείας ἀμετα-
μελήτως τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένα δικαιώματα καὶ προστάγ-
ματα, οὗτος ἐντεταγμένος καὶ ἐλλόγιμος ἔσται εἰς τὸν ἀριθμὸν
τῶν σωζομένων διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐστὶν αὐτῷ ἡ δόξα
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

29 63, 2. Χαρὰν γὰρ καὶ ἀγαλλίασιν ἡμῖν παρέξετε, ἐὰν ὑπήκοοι 57
γενόμενοι τοῖς ὑφ' ἡμῶν γεγραμμένοις διὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύ-
ματος ἐκκόψητε τὴν ἀθέμιτον τοῦ ζήλους ὑμῶν ὀργὴν κατὰ τὴν
ἔντευξιν, ἣν ἐποιησάμεθα περὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας ἐν τῇδε τῇ

---

glutinat, *caritas peccatorum multitudinem tegit,* caritas omnia sus-
tinet, omnia patienter tolerat; nihil sordidum in caritate, nihil
superbum; caritas schisma non habet, caritas seditionem non
movet, caritas omnia in concordia facit; in caritate omnes Dei 275
electi sunt perfecti, sine caritate nihil Deo acceptum est. 6. In 410
caritate nos Dominus sibi assumpsit; propter caritatem, quam erga
nos habuit, Dominus noster Iesus Christus voluntate divina san-
guinem suum pro nobis tradidit, et carnem pro carne nostra et
animam pro animabus nostris.

27 57, 1. Vos igitur, qui seditionis fundamenta iecistis, in oboe- 57
dientia subditi estote presbyteris, et correctionem suscipite in paeni-
tentiam, genua cordium vestrorum flectentes.

28 58, 2. Sicut Deus vivit et Dominus Iesus Christus vivit et 141
Spiritus Sanctus, fides et spes electorum, ita qui in humilitate cum
aequitate assidua impigre mandata et praecepta a Deo proposita
exsequitur, constitutus et electus erit in numero eorum, qui sal-
vantur per Iesum Christum, per quem ei est gloria in saecula
saeculorum. Amen.

29 63, 2. Gaudium enim et laetitiam nobis praestabitis, si, oboe- 57
dientes facti iis quae scripsimus per Spiritum Sanctum, resecetis
illegitimum zeli vestri studium secundum exhortationem, quam de

---

27. F 1, 170; MG 1, 324. 28. F 1, 172; deest apud Migne.
29. F 1, 182.

ἐπιστολῇ. 3. Ἐπέμψαμεν δὲ ἄνδρας πιστοὺς καὶ σώφρονας ἀπὸ νεότητος ἀναστραφέντας ἕως γήρους ἀμέμπτως ἐν ἡμῖν, οἵτινες καὶ μάρτυρες ἔσονται μεταξὺ ὑμῶν καὶ ἡμῶν.

EPISTULA BARNABAE, 96/8.

17 4, 14. Προσέχωμεν, μήποτε, ὡς γέγραπται, «πολλοὶ κλητοί, 30
ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ» [Mt 20, 16; 22, 14] εὑρεθῶμεν.

413 5, 5. Εἰ ὁ Κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν περὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν, 31
ὢν παντὸς τοῦ κόσμου κύριος, ᾧ εἶπεν ὁ Θεὸς ἀπὸ καταβολῆς
κόσμου· «Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν
ἡμετέραν» [Gn 1, 26]· πῶς οὖν ὑπέμεινεν ὑπὸ χειρὸς ἀνθρώπων
373 παθεῖν; μάθετε. 6. Οἱ προφῆται, ἀπ' αὐτοῦ ἔχοντες τὴν χάριν,
409 εἰς αὐτὸν ἐπροφήτευσαν· αὐτὸς δέ, ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον
καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δείξῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ ἔδει αὐτὸν
φανερωθῆναι, ὑπέμεινεν, 7. ἵνα τοῖς πατράσιν τὴν ἐπαγγελίαν
ἀποδῷ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ τὸν λαὸν τὸν καινὸν ἑτοιμάζων ἐπι-
428 δείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ.
8. Πέρας γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ καὶ τηλικαῦτα τέρατα
καὶ σημεῖα ποιῶν ἐκήρυσσεν, καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν. 9. Ὅτε
δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγ-
γέλιον αὐτοῦ ἐξελέξατο, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομω-
17 τέρους, ἵνα δείξῃ ὅτι «οὐκ ἦλθεν καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρ-
374 τωλούς» [Mt 9, 13], τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν εἶναι Υἱὸν Θεοῦ.
10. Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκί, πῶς ἂν ἐσώθησαν οἱ ἄνθρωποι
βλέποντες αὐτόν, ὅτε τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον τῶν

---

pace ac concordia fecimus in hac epistula. 3. Misimus autem viros fideles et castos, a iuventute usque ad senectutem inculpate nobiscum versatos, qui et testes erunt inter vos et nos.

17 4, 14. Attendamus ne quando, sicut scriptum est, *multi vocati,* 30
pauci vero electi inveniamur.

413 5, 5. Si Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit totius 31
mundi dominus, cui dixit Deus in constitutione mundi: *Faciamus
hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram;* quomodo
373 igitur per manum hominum pati sustinuit? Discite. 6. Prophetae
409 ab eo gratiam habentes de eo prophetaverunt; ipse autem, quia
in carne oportebat eum apparere, ut mortem destrueret et resurrec-
tionem a mortuis ostenderet, sustinuit, 7. ut patribus promissum
redderet, et ipse populum novum sibi parans, cum in terra esset,
428 ostenderet resurrectione facta se ipsum iudicaturum esse. 8. Porro
docens Israel ac tam magna prodigia et signa faciens praedicabat,
et valde diligebat eum. 9. Cum autem apostolos suos ipsius evan-
gelium praedicaturos eligeret, homines omni peccato iniquiores, ut
17 ostenderet se *non venisse vocare iustos sed peccatores,* tunc palam
374 fecit se esse Filium Dei. 10. Si enim non venisset in carne, quo-
modo servati fuissent homines videntes eum, cum adspicientes

---

30. F 1, 48; MG 2, 734. 31. F 1, 50; MG 2, 735.

χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, ἐμβλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς τὰς
ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι;
32 6, 11. Ἐπεὶ οὖν ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρ- 356
τιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίων ἔχειν τὴν ψυχήν,
ὡς ἂν δὴ ἀναπλάσσοντος αὐτοῦ ἡμᾶς.
33 7, 2 Εἰ οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὢν Κύριος καὶ «μέλλων 416 428
κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς» [2 Tim 4, 1], ἔπαθεν, ἵνα ἡ πληγὴ 414
αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς, πιστεύσωμεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ
οὐκ ἠδύνατο παθεῖν εἰ μὴ δι' ἡμᾶς. 3. Ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς
«ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ» [Mt 27, 34 48]. Ἀκούσατε πῶς περὶ
τούτου πεφανέρωκαν οἱ ἱερεῖς τοῦ ναοῦ. Γεγραμμένης ἐντολῆς·
«Ὃς ἂν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἐξολεθρευθήσεται»
[Lv 23, 29], ἐνετείλατο Κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμε-
τέρων ἁμαρτιῶν ἔμελλεν τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν
θυσίαν, ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ τοῦ προσ-
ενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τελεσθῇ.
34 11, 11. Ἡμεῖς μὲν καταβαίνομεν εἰς τὸ ὕδωρ γέμοντες ἁμαρ- 459 463
τιῶν καὶ ῥύπου, καὶ ἀναβαίνομεν καρποφοροῦντες ἐν τῇ καρδίᾳ 475
τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ πνεύματι
ἔχοντες.
35 12, 9. Λέγει οὖν Μωϋσῆς Ἰησοῦ υἱῷ Ναυή, ἐπιθεὶς τοῦτο 374
τὸ ὄνομα, ὁπότε ἔπεμψεν αὐτὸν κατάσκοπον τῆς γῆς· «Λάβε
βιβλίον εἰς τὰς χεῖράς σου καὶ γράψον ἃ λέγει Κύριος, ὅτι
ἐκκόψει ἐκ ῥιζῶν τὸν οἶκον πάντα τοῦ Ἀμαλὴκ ὁ Υἱὸς τοῦ
Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν» [Ex 17, 14]. 10. Ἴδε πάλιν

---

solem, qui aliquando non erit et opus est manuum eius, non valeant
in radios illius obtueri?
32 6, 11. Ubi igitur nos renovavit per remissionem peccatorum, 356
effecit, ut aliam formam haberemus, animam nempe puerorum
instar, utpote qui nos reformavit.
33 7, 2. Si ergo Dei Filius, qui est Dominus et *iudicaturus est* 416 428
vivos et mortuos, passus est, ut plaga ipsius vividos nos redderet, 414
credamus non potuisse Filium Dei pati nisi propter nos. 3. Cruci
vero affixus *aceto ac felle potabatur.* Audite quomodo de hac re
indicia dederint sacerdotes templi. Scripto praecepto: *Qui ieiunium
non ieiunat, morte exterminabitur,* praecepit Dominus, quia et ipse
pro peccatis nostris vas spiritus oblaturus erat in hostiam, ut et
impleretur figura facta in Isaac, qui super altare fuit oblatus.
34 11, 11. Nos descendimus quidem in aquam pleni peccatis ac 459 463
sordibus, emergimus autem fructificantes in corde timorem et in 475
spiritu spem in Iesum habentes.
35 12, 9. Dicit igitur Moses Iesu filio Nave, hoc nomen ei im- 374
ponens, cum mitteret eum exploratorem terrae: *Accipe librum in
manus tuas et scribe quae dicit Dominus: radicitus excissurum esse
Filium Dei in novissimis diebus omnem domum Amalec.* 10. Ecce

---

32. F 1, 54; MG 2, 741. 33. F 1, 58; MG 2, 744.
34. F 1, 74; MG 2, 760. 35. F 1, 76; MG 2, 764.

Πατρὸς βουλὴν ἀποκυηθεὶς ὑπὲρ τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων
καὶ καταλύσει τῶν δαιμόνων.

131 13. Τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀρρήτου Θεοῦ Λόγον μετὰ 374
τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς 410

---

129 67. Solis dicta die omnium sive urbes sive agros incolentium 14
in eumdem locum fit conventus, et commentaria apostolorum aut
scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus.

130 6. Nomen autem universorum Parenti, eo quod ingenitus sit, 109
nullum inditum est; quocumque enim nomine appelletur, anti-
quiorem habet eum qui nomen imposuit. Haec autem, pater,
deus, conditor, dominus, herus, non sunt nomina, sed ex beneficiis
et operibus appellationes. Eius autem Filius, qui solus proprie 157
filius dicitur, Verbum, antequam mundus crearetur; quod et una
cum eo aderat, et genitum est, cum per illud omnia initio condidit 181
et ornavit; hic, inquam, Filius, eo quod unctus sit et per eum
Deus omnia ornaverit, Christus vocatur; quo quidem et ipso nomine
res significatur incognoscibilis, quemadmodum Dei appellatio non
nomen est, sed rei non enarrabilis insita naturae hominum opinio. 91
Iesus autem et hominis et salvatoris nomen et significationem
habet; nam et homo factus est, ut antea diximus, de Dei et Patris 413
voluntate partu editus, pro credentibus hominibus et ad daemonum
eversionem.

131 13. Natum enim ex ingenito et ineffabili Deo Verbum post 374
Deum adoramus et amamus; quandoquidem propter nos homo 410

129. MG 6, 429; Kr 58. 130. MG 6, 453; Kr 65.
131. MG 6, 465; Kr 72.

402 ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμενος, καὶ ἴασιν ποιήσηται.

Dialogus cum Tryphone Iudaeo, post 150/55.

218 5. Εἰ δ᾽ ὁ κόσμος γεννητός, ἀνάγκη καὶ τὰς ψυχὰς γεγονέναι, καὶ οὐκ εἶναί ποι τάχα. Διὰ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐγένοντο 132
καὶ τὰ ἄλλα ζῷα, εἰ ὅλως κατ᾽ ἰδίαν, καὶ μὴ μετὰ τῶν ἰδίων σωμάτων φήσεις αὐτὰς γεγονέναι.

Οὕτως δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν. — Οὐκ ἄρα ἀθάνατοι; — Οὔκ, ἐπειδὴ καὶ ὁ κόσμος γεννητὸς ἡμῖν ἐφάνη. — Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς
586 ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. Ἀλλὰ τί; Τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν, ἐν κρείττονί ποι χώρῳ μένειν, τὰς δὲ ἀδίκους καὶ πονηρὰς ἐν χείρονι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας χρόνον τότε. Οὕτως αἱ μέν, ἄξιαι τοῦ Θεοῦ φανεῖσθαι, οὐκ ἀποθνήσκουσιν ἔτι· αἱ δὲ κολάζονται ἔστ᾽ ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ. . . Ὅσα γάρ ἐστι μετὰ τὸν Θεὸν ἢ ἔσται ποτέ, ταῦτα φύσιν φθαρτὴν ἔχειν, καὶ οἷά τε ἐξαφανισθῆναι καὶ μὴ εἶναι ἔτι. Μόνος γὰρ ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὁ Θεός, καὶ διὰ τοῦτο Θεός ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μετὰ τοῦτον γεννητὰ καὶ φθαρτά. Τούτου χάριν καὶ ἀποθνήσκουσιν αἱ ψυχαὶ καὶ κολάζονται.

218 6. Ἡ ψυχὴ ἤτοι ζωή ἐστιν, ἢ ζωὴν ἔχει. Εἰ μὲν οὖν ζωή 133
ἐστιν, ἄλλο τι ἂν ποιήσειε ζῆν, οὐχ ἑαυτήν, ὡς καὶ κίνησις

---

402 factus est, ut passionum nostrarum particeps factus medicinam illis faceret.

218 5. Quodsi mundus genitus est, necesse est animas quoque 132
genitas esse, ac posse nullas esse. Sunt enim factae hominum et ceterorum animalium causa, si omnino separatim ac non una cum propriis corporibus genitas dices.

Videtur hoc recte se habere. — Non ergo immortales sunt? — Non: siquidem statuimus mundum esse genitum. — Non tamen perire dico omnes animas: vere enim de lucro id esset improbis.
586 Quid igitur? Piorum quidem animas in meliore loco manere, iniquorum autem et malorum in deteriore, iudicii tempus exspectantes. Sic istae, cum Deo dignae iudicatae fuerint, non iam moriuntur; hae vero puniuntur, quamdiu eas esse et puniri Deus voluerit. . . Quaecumque enim post Deum sunt aut erunt aliquando, ea naturam habent corruptioni obnoxiam, ac talia sunt ut aboleri possint ac iam nulla esse. Solus enim Deus est qui nec genitus sit nec corruptioni obnoxius, ac propterea Deus est; reliqua vero omnia, quae post eum sunt, genita et corruptioni obnoxia. Hoc ipsum causa est, cur animae et moriantur et puniantur.

218 6. Anima vel vita est, vel vitam habet. Quodsi vita est, aliud 133
quidpiam vivere faciat, non se ipsam: sicut et motus aliud quid-

132. MG 6, 488; A (= Archambault) 1, 29.
133. MG 6, 489; A 1, 34.

ἄλλο τι κινήσειε μᾶλλον ἢ ἑαυτήν. Ὅτι δὲ ζῇ ψυχή, οὐδεὶς ἀντείποι. Εἰ δὲ ζῇ, οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ, ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς· ἕτερον δέ τι τὸ μετέχον τινὸς ἐκείνου οὗ μετέχει· ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ Θεὸς βούλεται· οὕτως ἄρα καὶ οὐ μεθέξει ποτέ, ὅταν αὐτὴν μὴ θέλοι ζῆν. Οὐ γὰρ δι' αὐτῆς ἐστι τὸ ζῆν, ὡς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ ὥσπερ ἄνθρωπος οὐ διαπαντός ἐστιν, οὐδὲ σύνεστιν ἀεὶ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, ἀλλ' ὅτε ἂν δέῃ λυθῆναι τὴν ἁρμονίαν ταύτην, καταλείπει ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν· οὕτως καὶ ὅταν δέῃ τὴν ψυχὴν μηκέτι εἶναι, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ καὶ αὐτή, ὅθεν ἐλήφθη, ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν.

134 23. Τὴν δὲ περιτομὴν [ὁ Ἀβραάμ] εἰς σημεῖον, ἀλλ' οὐκ εἰς 442
δικαιοσύνην ἔλαβεν, ὡς καὶ αἱ γραφαὶ καὶ τὰ πράγματα ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁμολογεῖν. Ὥστε δικαίως εἴρητο περὶ ἐκείνου τοῦ λαοῦ, ὅτι ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἣ οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. Καὶ τὸ μὴ δύνασθαι δὲ τὸ θῆλυ γένος τὴν σαρκικὴν περιτομὴν λαμβάνειν, δείκνυσιν ὅτι εἰς σημεῖον ἡ περιτομὴ αὕτη δέδοται, ἀλλ' οὐχ ὡς ἔργον δικαιοσύνης. Τὰ γὰρ δίκαια καὶ ἐνάρετα ἅπαντα ὁμοίως καὶ τὰς θηλείας δύνασθαι φυλάσσειν ὁ Θεὸς ἐποίησεν.

135 41. Καὶ ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορά, ὦ ἄνδρες, ἔλεγον, 514
ἡ ὑπὲρ τῶν καθαριζομένων ἀπὸ τῆς λέπρας προσφέρεσθαι παραδοθεῖσα, τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, ὃν εἰς

---

piam moveat potius quam se ipsum. Animam autem vivere, nemo negaverit. Sed si vivit, non ideo vivit, quod vita sit, sed quod vitae particeps. Aliud autem id quod alicuius est particeps, aliud id ipsum cuius est particeps. Vitae autem anima est particeps, eo quod eam Deus vivere velit; sic etiam particeps aliquando non erit, cum eam Deus vivere nolet. Neque enim ut Dei, ita etiam animae propria vita est. Sed quemadmodum homo non semper constat, neque perpetuo corpus cum anima coniunctum est, sed, cum solvi oportet hanc harmoniam, relinquit corpus anima, nec iam exstat homo; sic etiam, cum animam non iam esse oportuerit, discedit ab ea spiritus vitalis, nec iam exstat anima, sed et ipsa, unde educta est, eo revertitur.

134 23. Circumcisionem [Abraham] in signum, non ad iustitiam ac- 442
cepit, ut scripturae et res ipsae nos cogunt confiteri. Quocirca iure de populo illo dictum est animam quae octavo die non circumcideretur ex genere suo exterminatum iri. Nam quod genus muliebre circumcisionem accipere non potest, id argumento est illam in signum datam esse, non ut opus iustitiae; sic enim Deus mulieres fecit, ut, quae iustitiam et virtutem spectant, ea pariter ipsae quoque omnia observare possent.

135 41. Similae quoque oblatio, o viri, aiebam, praescripta pro iis 514
qui a lepra purgabantur, figura erat panis eucharistiae, quem

---

134. MG 6, 528; A 1, 108. 135. MG 6, 564; A 1, 182.

483 ἀνάμνησιν τοῦ πάθους οὗ ἔπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς
ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ
516 Κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν. . . . Περὶ μὲν τῶν ὑφ' ὑμῶν
τότε προσφερομένων θυσιῶν λέγει ὁ Θεός, ὡς προέφην, διὰ
Μαλαχίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα· «Οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν,
κτλ.» [Mal 1, 10 sqq.] Περὶ δὲ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν
τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου
τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως τῆς εὐχαριστίας,
προλέγει τότε, εἰπὼν καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζειν ἡμᾶς, ὑμᾶς
δὲ βεβηλοῦν.
374 48. Οὐκ ἀπόλλυται τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, 136
ἐὰν ἀποδεῖξαι μὴ δύνωμαι ὅτι καὶ προϋπῆρχεν Υἱὸς τοῦ ποιητοῦ
375 τῶν ὅλων, Θεὸς ὤν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρ-
377 θένου. Ἀλλὰ ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ
Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅστις οὗτος ἔσται, ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω
402 ὅτι προϋπῆρχε, καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν,
σάρκα ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν ὑπέμεινεν, ἐν τούτῳ
πεπλανῆσθαί με μόνον λέγειν δίκαιον, ἀλλὰ μὴ ἀρνεῖσθαι ὅτι
οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, ἐὰν φαίνηται ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώ-
πων γεννηθείς, καὶ ἐκλογῇ γενόμενος εἰς τὸ[ν] Χριστὸν εἶναι
ἀποδεικνύηται. Καὶ γάρ εἰσί τινες, ὦ φίλοι, ἔλεγον, ἀπὸ τοῦ
ἡμετέρου γένους ὁμολογοῦντες αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον
δὲ ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἀποφαινόμενοι· οἷς οὐ συντίθεμαι,
οὐδ' ἂν πλεῖστοι ταὐτά μοι δοξάσαντες εἴποιεν· ἐπειδὴ οὐκ

---

483 Dominus noster Iesus Christus, in recordationem passionis quam
subiit ad purificandas hominum animas ab omni iniquitate, fieri
516 praecepit. . . . De sacrificiis quidem quae a vobis offerebantur, sic
Deus, ut iam dixi, per Malachiam, unum ex duodecim, loquitur:
Non est voluntas mea in vobis, etc. De iis autem sacrificiis, quae
in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei, hoc est de pane
eucharistiae et de calice similiter eucharistiae, iam tum praedicit,
illud etiam addens, nomen suum a nobis glorificari, a vobis autem
profanari.
374 48. Nequaquam irritum erit quod demonstravi, hunc esse 136
Christum Dei, si demonstrare non possim illum etiam praeexstitisse
375 Filium creatoris universorum, Deum exsistentem, et hominem ex
377 virgine genitum esse. Sed cum omnino demonstratum sit hunc
esse Christum Dei, qualiscumque ille sit, si non demonstravero
402 praeexstitisse, et hominem perpessionibus nostris obnoxium et
carnem habentem nasci, secundum Patris voluntatem, sustinuisse,
in hoc tantum aequum fuerit dicere me errasse, nequaquam autem
negare eum Christum esse, etiam si homo ex hominibus genitus
videatur, nec quidquam amplius demonstretur nisi eum electione
consecutum esse ut Christus esset. Sunt enim quidam, amici, ex
genere nostro, qui eum Christum esse confitentur, quamvis hominem
ex hominibus genitum esse pronuntient; quibus ego non assentior,
nec assentirer, etiamsi maxima pars quae mecum consentit idem

136. MG 6, 580; A 1, 214.

ἀνθρωπείοις διδάγμασι κεκελεύσμεθα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ
πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι
καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσιν.

137 61. Μαρτύριον δὲ καὶ ἄλλο ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφην, ἀπὸ τῶν 157
γραφῶν δώσω, ὅτι ἀρχὴν πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων ὁ Θεὸς
γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικήν, ἥτις καὶ δόξα Κυρίου
ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου καλεῖται, ποτὲ δὲ υἱός, ποτὲ 162
δὲ σοφία, ποτὲ δὲ ἄγγελος, ποτὲ δὲ θεός, ποτὲ δὲ κύριος 374
καὶ λόγος· ποτὲ δὲ ἀρχιστράτηγον ἑαυτὸν λέγει, ἐν ἀνθρώπου
μορφῇ φανέντα τῷ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ. Ἔχειν γὰρ πάντα προσ-
ονομάζεσθαι ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι, καὶ ἐκ
τοῦ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς θελήσει γεγεν[ν]ῆσθαι. ['Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον] [1] 163
ὁποῖον καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενον ὁρῶμεν· λόγον γάρ τινα προ-
βάλλοντες, λόγον γεννῶμεν, οὐ κατὰ ἀποτομήν, ὡς ἐλαττωθῆναι
τὸν ἐν ἡμῖν λόγον, προβαλλόμενοι· καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν
ἄλλο γινόμενον, οὐκ ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἡ ἄναψις
γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ μένοντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀναφθὲν
καὶ αὐτὸ ὂν φαίνεται, οὐκ ἐλαττῶσαν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἀνήφθη.

138 65. Οὐ γὰρ τολμήσω τοῦτό [ἐναντίας εἶναι τὰς γραφὰς ἀλλή- 70
λαις] ποτε ἢ ἐνθυμηθῆναι ἢ εἰπεῖν· ἀλλ' ἐὰν τοιαύτη τις δοκοῦσα
εἶναι γραφὴ προβληθῇ, καὶ πρόφασιν ἔχῃ ὡς ἐναντία οὖσα, ἐκ
παντὸς πεπεισμένος ὅτι οὐδεμία γραφὴ τῇ ἑτέρᾳ ἐναντία ἐστίν,
αὐτὸς μὴ νοεῖν μᾶλλον ὁμολογήσω τὰ εἰρημένα, καὶ τοὺς ἐναν-

---

diceret; neque enim humanis doctrinis iussi sumus ab ipso Christo
credere, sed iis quae a beatis prophetis praedicata et ab ipso
tradita sunt.

137 61. Alio etiam vobis ex scripturis testimonio, amici, demonstrabo 157
Deum ante omnes creaturas principium genuisse ex se ipso virtutem
quamdam rationalem, quae et gloria Domini a Spiritu Sancto
vocatur, ac nunc filius, nunc sapientia, nunc angelus, nunc deus, 162
nunc dominus et verbum, interdum etiam archiducem se ipse 374
appellat, Iesu filio Nave apparens (habet enim has omnes appel-
lationes ex eo, quod Patris voluntati ministret et voluntate de Patre 163
genitus sit). Quale est quod in nobis fieri videmus; aliquem enim
sermonem proferentes, sermonem gignimus, nec tamen cum ab-
scissione qua sermo ille, qui in nobis est, dum eum proferimus,
imminuatur; quale est etiam quod videmus ex igne alium ignem
nasci, non imminuto illo ex quo hic accensus est; et qui ex eo
accensus est, exstat ipse et apparet, nec eum imminuit ex quo
accensus est.

138 65. [Scripturas inter se pugnare] numquam audebo nec cogitare nec 70
dicere, sed si qua proponatur scriptura quae eiusmodi esse videatur
et praetextum, quasi esset alteri contraria, praebeat, cum persuasum
habeam nullam scripturam alteri contrariam esse, fatebor potius
me non intellegere quae dicuntur, et iis, qui scripturas inter se

---

[1] «Videntur haec iniecta ab indocto librario» (Otto).
137. MG 6, 613; A 1, 282. 138. MG 6, 625; A 1, 308.

τίας τὰς γραφὰς ὑπολαμβάνοντας τὸ αὐτὸ φρονεῖν μᾶλλον ἐμοὶ πεῖσαι ἀγωνίσομαι.

14 17 88. Ἰωάννου γὰρ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ «κη- 139
18 ρύσσοντος βάπτισμα μετανοίας» [Mc 1, 4; Lc 3, 3], καὶ «ζώνην
19 20 δερματίνην καὶ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου» [Mt 3, 4; cf. Mc
1, 6] μόνον φοροῦντος, καὶ μηδὲν ἐσθίοντος πλὴν «ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον» [Mc 1, 6; cf. Mt 3, 4], οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν [cf. Lc 3, 15]· πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα· «Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός» [Io 1, 20], ἀλλὰ «φωνὴ βοῶντος» [Mt 3, 3; Mc 1, 3; Lc 3, 4; Io 1, 23]· «ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός μου» [Mc 1, 7; cf. Mt 3, 11; Lc 3, 16], «οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι» [Mt 3, 11].

419 95. Καὶ γὰρ πᾶν γένος ἀνθρώπων εὑρεθήσεται ὑπὸ κατάραν 140
ὄν. . . . Εἰ οὖν καὶ τὸν ἑαυτοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη, εἰδὼς ὅτι ἀναστήσει αὐτὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, διὰ τί ὡς κεκατηραμένου τοῦ ὑπομείναντος κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν ταῦτα παθεῖν τὸν λόγον ποιεῖτε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς θρηνεῖτε; Εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς παθεῖν ταῦτα αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἐνήργησεν, ὑμεῖς οὐχ ὡς γνώμῃ Θεοῦ ὑπηρετοῦντες τοῦτο ἐπράξατε. Οὐδὲ γὰρ τοὺς προφήτας ἀναιροῦντες εὐσέβειαν εἰργάσασθε. Καὶ μή τις ὑμῶν λεγέτω· Εἰ ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἠθέλησε ταῦτα παθεῖν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἴασις γένηται [cf. Is 53, 5] τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν ἠδικήσαμεν. Εἰ

---

pugnare suspicantur, ut idem potius ac ego sentiant, persuadere conabor.

14 17 88. Cum sederet ad Iordanem Ioannes et *baptisma paenitentiae* 139
18 *praedicaret,* ac tantummodo *zonam pelliceam et vestem* tantum *ex*
19 *cameli pilis* contextam gestaret, nec quidquam praeter *locustas et*
20 *mel agreste* ederet, suspicabantur homines eum esse Christum.
Ad quos ipse clamabat: *Non ego sum Christus,* sed *vox clamantis; veniet* enim *fortior me, cuius non sum dignus ut calceamenta portem.*

419 95. Omne humanum genus maledictioni obnoxium reperietur. . . . 140
Igitur si pro hominibus ex omni genere suum etiam Christum Parens universorum maledictiones omnium in se suscipere voluit, cum futurum sciret ut eum crucifixum et mortuum suscitaret ad vitam, cur de eo, qui secundum Patris voluntatem haec pati non refugit, quasi is maledictus fuisset, ita loquimini, ac non potius vosmetipsos lugetis? Etsi enim ab ipso etiam illius Patre perfectum est, ut haec pro humano genere pateretur, nequaquam vos id fecistis ut Dei consilio inserviretis; neque enim in prophetis occidendis pietatem coluistis. Nec quisquam ex vobis dicat: Si voluit Pater haec eum pati, ut eius livore genus humanum sanaretur, nihil nos iniqui fecimus. Quodsi haec ita dicitis, ut vos

---

139. MG 6, 688; A 2, 76. 140. MG 6, 701; A 2, 102.

μὲν οὖν μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, καὶ ἐπιγνόντες τοῦτον εἶναι τὸν Χριστόν, καὶ φυλάσσοντες αὐτοῦ τὰς ἐντολάς, ταῦτα φήσετε, ἄφεσις ὑμῖν τῶν ἁμαρτιῶν ὅτι ἔσται προεῖπον.

141 100 Καὶ Υἱὸν Θεοῦ γεγραμμένον αὐτὸν [Χριστόν] ἐν τοῖς 375
ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἔχοντες, καὶ Υἱὸν 14 373
αὐτὸν λέγοντες, νενοήκαμεν καὶ πρὸ πάντων ποιημάτων ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προελθόντα (ὃς καὶ σοφία καὶ ἡμέρα καὶ ἀνατολὴ καὶ μάχαιρα καὶ λίθος καὶ ῥάβδος καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ, κατ᾽ ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἐν τοῖς
τῶν προφητῶν λόγοις προσηγόρευται)· καὶ διὰ τῆς παρθένου 433
ἄνθρωπος γεγονέναι, ἵνα καὶ δι᾽ ἧς ὁδοῦ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ καὶ κατάλυσιν λάβῃ. Παρθένος γὰρ οὖσα Εὔα καὶ ἄφθορος, τὸν λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ ὄφεως συλλαβοῦσα, παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε. Πίστιν δὲ καὶ χαρὰν λαβοῦσα Μαρία ἡ παρθένος, εὐαγγελιζομένου αὐτῇ Γαβριὴλ ἀγγέλου, ὅτι Πνεῦμα Κυρίου ἐπ᾽ αὐτὴν ἐπελεύσεται, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει αὐτήν, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς ἅγιόν ἐστιν Υἱὸς Θεοῦ, ἀπεκρίνατο· «Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου» [Lc 1, 38].

142 102. Ὡς ἐγίνωσκε [ὁ Θεός] καλὸν εἶναι γενέσθαι, ἐποίησεν 203
αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώ- 221
πους, καὶ χρόνους ὥρισε μέχρις οὗ ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι τὸ αὐτεξούσιον ἔχειν αὐτούς.

---

eorum quae peccastis paeniteat, atque hunc Christum esse agnoscatis eiusque mandata servetis, iam dixi futuram vobis peccatorum remissionem.

141 100. Cum eum [Christum] Filium Dei esse in commentariis apo- 375
stolorum legamus, et Filium dicimus illum et esse intellegimus, 14 373
ac ante omnes res creatas ex Patre, ipsius virtute et voluntate, prodiisse (qui quidem et sapientia et dies et oriens et gladius et lapis et virga et Iacob et Israel alio atque alio modo in prophe-
tarum libris appellatus est), et ex virgine hominem esse factum, 433
ut, qua via initium orta a serpente inoboedientia accepit, eadem et liberationem acciperet. Eva enim cum virgo esset et incorrupta, sermone serpentis concepto, inoboedientiam et mortem peperit. Maria autem virgo, cum fidem et gaudium percepisset, nuntianti angelo Gabrieli laetum nuntium, nempe Spiritum Domini in eam superventurum et virtutem Altissimi ei obumbraturam, ideoque et quod nasceretur ex ea sanctum esse Filium Dei, respondit: *Fiat mihi secundum verbum tuum.*

142 102. Ut praeclarum [Deus] esse iudicabat, liberos ad iustitiae 203
observationem angelos et homines creavit, ac tempore definivit 221
quoad bonum esse iudicaret eos libero uti arbitrio.

---

141. MG 6, 709; A 2, 122.
142. MG 6, 713; A 2, 130.

14 103. Ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι ἅ φημι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων 143
αὐτοῦ [Χριστοῦ] καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχ-
19 θαι, ὅτι «ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι κατεχεῖτο» [cf. Lc 22, 44], αὐτοῦ
εὐχομένου καὶ λέγοντος· «Παρελθέτω, εἰ δυνατόν, τὸ ποτήριον
τοῦτο» [Mt 26, 39].

37 110. Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς 144
τοὺς ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκότας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν,
31 φανερόν ἐστι. Κεφαλοτομούμενοι γάρ, καὶ σταυρούμενοι, καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι, καὶ δεσμοῖς καὶ πυρί, καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις, ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν· ἀλλ᾽ ὅσῳπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γίγνονται. Ὁποῖον ἐὰν ἀμπέλου τις ἐκτέμῃ τὰ καρποφορήσαντα μέρη, εἰς τὸ ἀναβλαστῆσαι ἑτέρους κλάδους καὶ εὐθαλεῖς καὶ καρποφόρους ἀναδίδωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν γίνεται.

117. *De propagatione christianismi, v. K 59.* *144**

154 128. Ἄτμητον δὲ καὶ ἀχώριστον τοῦ Πατρὸς ταύτην τὴν 145
δύναμιν ὑπάρχειν, ὅνπερ τρόπον τὸ τοῦ ἡλίου φασὶ φῶς ἐπὶ γῆς εἶναι ἄτμητον καὶ ἀχώριστον ὄντος τοῦ ἡλίου ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅταν δύσῃ, συναποφέρεται τὸ φῶς· οὕτως ὁ Πατήρ, ὅταν βούληται, λέγουσι, δύναμιν αὐτοῦ προπηδᾶν ποιεῖ· καὶ ὅταν
198 βούληται, πάλιν ἀναστέλλει εἰς ἑαυτόν. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀγγέλους ποιεῖν αὐτὸν διδάσκουσιν. Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὖν εἰσιν ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ μένοντες, καὶ μὴ ἀναλυόμενοι εἰς

---

14 103. In commentariis quos ab eius [Christi] apostolis eorumque 143
19 discipulis scriptos dico, proditum est *sudorem veluti guttas sanguinis ex eo defluxisse,* cum precaretur ac diceret: *Si fieri potest, transeat calix iste.*

37 110. Neminem esse qui nos in Iesum per totum orbem terrarum 144
31 credentes exterreat et in servitutem redigat, in promptu est. Dum enim gladio percutimur, dum crucifigimur, dum feris tradimur et vinculis et igni et omnibus aliis tormentis, a confessione, ut manifestum est, non discedimus. Sed quanto magis magisque talia nobis infliguntur, eo plures alii per nomen Iesu fideles et pii fiunt. Quemadmodum vitis, si quis partes illas amputet quae fructum ferunt, ita proficit, ut alios florentes et fructiferos palmites rursus proferat, idem nobis quoque evenit.

154 128. Hanc virtutem a Patre abscindi aut separari non posse, 145
quemadmodum lux solis in terra abscindi et separari nequit a sole qui est in caelo, et cum sol occiderit, lux simul occidit; sic, cum vult Pater, inquiunt, facit ut virtus eius prosiliat; rursus cum vult,
198 illam ad se ipsum reflectit. Eodem modo angelos etiam ab illo fieri docent. Sed angelos quidem semper esse ac semper manere,

---

143. MG 6, 717; A 2, 140. 144. MG 6, 729; A 2, 166.
145. MG 6, 776; A 2, 256.

ἐκεῖνο ἐξ οὗπερ γεγόνασιν, ἀποδέδεικται· καὶ ὅτι δύναμις αὕτη ἣν καὶ Θεὸν καλεῖ ὁ προφητικὸς λόγος, διὰ πολλῶν ὡσαύτως ἀποδέδεικται, καὶ ἄγγελον, οὐχ ὡς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὀνόματι μόνον ἀριθμεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀριθμῷ ἕτερόν τί ἐστι, καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις διὰ βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰπὼν τὴν 156
δύναμιν ταύτην γεγεννῆσθαι ἀπὸ τοῦ Πατρός, δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐ κατὰ ἀποτομήν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα οὐ τὰ αὐτά ἐστιν ἃ καὶ πρὶν τμηθῆναι· καὶ παραδείγματος χάριν παρειλήφειν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πυρὰ ἕτερα ὁρῶμεν, οὐδὲν ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἀναφθῆναι πολλὰ δύνανται, ἀλλὰ ταὐτοῦ μένοντος.

146 141. Ἐὰν μετανοήσωσι, πάντες βουλόμενοι τυχεῖν τοῦ παρὰ 355
τοῦ Θεοῦ ἐλέους δύνανται, καὶ μακαρίους αὐτοὺς ὁ λόγος προλέγει εἰπών· «Μακάριος ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν» [Ps 31, 2]· τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς μετανοήσας ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τοῦ Θεοῦ λάβῃ ἄφεσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς ὑμεῖς ἀπατᾶτε ἑαυτούς, καὶ ἄλλοι τινὲς ὑμῖν ὅμοιοι κατὰ τοῦτο, οἵ λέγουσιν ὅτι, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, Θεὸν δὲ γινώσκουσιν, οὐ μὴ λογίσηται αὐτοῖς Κύριος ἁμαρτίαν.

[?] De resurrectione.

147 8. Ἀλλὰ μὴν καὶ [ὁ Θεός] κέκληκεν αὐτὴν [τὴν σάρκα] ἐπὶ 598
τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἐπαγγέλλεται τὴν αἰωνίαν ζωήν. Ἔνθα γὰρ

---

neque in id, ex quo exstitere, dissolvi demonstratum est. Illam autem virtutem, quam et Deum sermo propheticus, ut multis similiter demonstratum est, et angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed et numero aliud quid esse, etiam supra breviter disserui; cum virtutem illam ex Patre genitam dicerem, 156
virtute et voluntate ipsius, non vero per abscissionem, quasi Patris substantia divideretur, quemadmodum et cetera omnia, quae dividuntur et scinduntur, non eadem sunt ac antequam scinderentur; ac exempli causa sumpsi ignes, quos ex alio igne accendi videmus, non imminuto illo, ex quo multi accendi possunt, sed eodem manente.

146 141. Si paenitentiam agant, omnes volentes assequi miseri- 355
cordiam a Deo possunt, et beatos illos scriptura praedicat dicens: *Beatus cui non imputavit Dominus peccatum.* Hoc est, si peccatorum eum paeniteat, peccatorum a Deo accipit remissionem, sed non, sicut vosmetipsos decipitis et alii quidam in hoc vobis similes, qui dicunt, etsi peccatores sint, modo Deum noverint, non imputare illis Dominum peccatum.

147 8. Verumtamen carnem quoque ad resurrectionem [Deus] vocavit, 598
eique vitam sempiternam promittit. Dum enim homini salutem

146. MG 6, 797; A 2, 306. 147. MG 6, 1585; CA 3, 238.

τὸν ἄνθρωπον εὐαγγελίζεται σῶσαι, καὶ τῇ σαρκὶ εὐαγγελίζεται. 216 Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὼς ζῷον λογικόν; Μὴ οὖν καθ' ἑαυτὴν ψυχὴ ἄνθρωπος; Οὔκ· ἀλλ' ἀνθρώπου ψυχή. Μὴ οὖν καλοῖτο σῶμα ἄνθρωπος; Οὔκ· ἀλλ' ἀνθρώπου σῶμα καλεῖται. Εἴπερ οὖν κατ' ἰδίαν μὲν τούτων οὐδέτερον ἄνθρωπός ἐστι, τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀμφοτέρων συμπλοκῆς καλεῖται ἄνθρωπος, κέκληκε δὲ ὁ Θεὸς εἰς ζωὴν καὶ ἀνάστασιν τὸν ἄνθρωπον, οὐ τὸ μέρος, ἀλλὰ τὸ ὅλον κέκληκεν, ὅπερ ἐστὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα.

220 10. Ἀνάστασίς ἐστι τοῦ πεπτωκότος σαρκίου. Πνεῦμα γὰρ 148
οὐ πίπτει· ψυχὴ ἐν σώματί ἐστιν, οὐ ζῇ δὲ ἄψυχον. Σῶμα, ψυχῆς ἀπολειπούσης, οὐκ ἔστιν. Οἶκος γὰρ τὸ σῶμα ψυχῆς· πνεύματος δὲ ψυχὴ οἶκος. Τὰ τρία ταῦτα τοῖς ἐλπίδα εἰλικρινῆ καὶ πίστιν ἀδιάκριτον ἐν τῷ Θεῷ ἔχουσι σωθήσεται.

[?] Cohortatio ad Graecos, 250/300.

65 8. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐδὲν ἀληθὲς περὶ θεοσεβείας παρὰ 149
τῶν ὑμετέρων διδασκάλων μανθάνειν ἐστὶ δυνατόν, ἱκανὴν ὑμῖν ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν ἀγνοίας διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους στάσεως παρεσχηκότων, ἀκόλουθον ἡγοῦμαι ἀνελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους, τοὺς καὶ τοὺς χρόνους τῶν παρ' ὑμῖν διδασκάλων πολλῷ προειληφότας, καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτῶν φαντασίας διδάξαντας ἡμᾶς, μηδὲ πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας, ἢ τὰ ἀλλήλων ἀνατρέπειν πειρωμένους, ἀλλ' ἀφιλονείκως καὶ ἀστασιάστως τὴν παρὰ Θεοῦ δεξαμένους γνῶσιν καὶ ταύτην

---

216 annuntiat, hanc etiam annuntiat carni. Ecquid enim aliud est homo, quam ex anima et corpore animal rationale? An anima singulatim est homo? Nequaquam; sed est hominis anima. Num ergo corpus homo dicetur? Minime; sed hominis corpus dicetur. Quare si neutrum horum singulatim est homo, sed, quod ex amborum complexu constat, nominatur homo; si et Deus ad vitam et resurrectionem hominem vocavit, non partem eius, sed totum, hoc est animam et corpus, vocavit.

220 10. Resurrectio est carnis quae cecidit. Nam spiritus non cadit. 148
Anima in corpore est, quod sine anima non vivit. Corpus, anima discedente, non est. Nam domus est animae corpus, et spiritus domus anima. Tria haec in iis, qui sinceram spem et fidem minime dubiam habuerint in Deo, salvabuntur.

65 8. Igitur cum veri nihil ex magistris vestris de religione disci 149
possit, ut qui vobis idonea suae rerum ignorationis documenta mutuis dissensionibus praebuerint, sequi mihi videtur, ut ad maiores nostros recurramus, qui et multo antiquiores vestris fuere, nec quidquam proprio marte excogitatum nos docuerunt, nec inter se digladiati aut suas invicem opiniones evertere conati sunt, sed sine ullo contentionis et partium studio scientiam a Deo acceperunt

---

148. MG 6, 1589; CA 3, 244. 149. MG 6, 256; CA 3, 40.

διδάσκοντας ἡμᾶς. Οὔτε γὰρ φύσει οὔτε ἀνθρωπίνῃ ἐννοίᾳ οὕτω 66
μεγάλα καὶ θεῖα γινώσκειν ἀνθρώποις δυνατόν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν
ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας τηνικαῦτα κατελθούσῃ δωρεᾷ, οἷς οὐ
λόγων ἐδέησε τέχνης, οὐδὲ τοῦ ἐριστικῶς τι καὶ φιλονείκως
εἰπεῖν, ἀλλὰ καθαροὺς ἑαυτοὺς τῇ τοῦ θείου Πνεύματος παρα-
σχεῖν ἐνεργείᾳ, ἵν' αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν πλῆκτρον,
ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρας τινὸς ἢ λύρας τοῖς δικαίοις ἀνδράσι
χρώμενον, τὴν τῶν θείων ἡμῖν καὶ οὐρανίων ἀποκαλύψῃ γνῶσιν.

150 22. Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι 189
οὐδὲ ποιητὴν αὐτὸν [τὸν Θεόν] ὁ Πλάτων, ἀλλὰ δημιουργὸν
ὀνομάζει θεῶν, καίτοι πολλῆς διαφορᾶς ἐν τούτοις οὔσης κατὰ
τὴν αὐτοῦ Πλάτωνος δόξαν. Ὁ μὲν γὰρ ποιητής, οὐδενὸς
ἑτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας
ποιεῖ τὸ ποιούμενον· ὁ δὲ δημιουργός, τὴν τῆς δημιουργίας
δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφώς, κατασκευάζει τὸ γινόμενον.

151 23. Ὥστε μάτην ἔοικεν ὁ Πλάτων ἀδύνατα χαρίζεσθαι τῷ 196
κατ' αὐτὸν δημιουργῷ, τοὺς ἅπαξ διὰ τὸ ἐξ ὕλης γεγενῆσθαι
φθαρτοὺς καὶ αὐτοὺς γενομένους, αὖθις δι' αὐτοῦ ἀφθάρτους
καὶ ἀλύτους ἐπαγγελλόμενος ἔσεσθαι. Τὴν γὰρ τῆς ὕλης δύναμιν,
ἀγέννητον καὶ ἰσόχρονον καὶ ἡλικιῶτιν, κατὰ τὴν αὐτοῦ δόξαν,
τοῦ δημιουργοῦ οὖσαν, ἀντιστατεῖν εἰκὸς τῇ αὐτοῦ βουλήσει.
Τῷ γὰρ μὴ πεποιηκότι οὐδεμία ἐξουσία πρὸς τὸ μὴ γεγονός·
ὥστε οὐδὲ βιασθῆναι αὐτὴν δυνατόν, τῆς ἔξωθεν πάσης ἀνάγκης
ἐλευθέραν οὖσαν.

---

eamque nos docuerunt. Neque enim natura aut humani ingenii 66
acie res tam magnae ac divinae cognosci ab hominibus possunt,
sed eo quod tum in sanctos homines descendebat dono, quibus
quidem nec verborum artificio opus fuit, nec pugnaciter quidquam
et rixandi studio dicere, sed puros se ipsos divini Spiritus operationi
praebere, ut divinum illud delapsum e caelis plectrum, velut quodam
citharae aut lyrae instrumento, ita iustis hominibus utens, divinarum
nobis et caelestium rerum cognitionem recluderet.

150 22. Necessarium puto et hoc animadvertere, quod non creatorem 189
illum [Deum] Plato, sed opificem appellat deorum; cum inter utrum-
que plurimum sit, ipsius Platonis iudicio, discriminis. Creator
enim, nulla re alia indigens, sua virtute et potestate id quod fit
efficit; opifex vero, accepta ex materia condendi facultate, opus
suum construit.

151 23. Videtur igitur Plato frustra opifici suo impossibilia largiri, 196
dum eos, qui semel corruptioni, utpote facti ex materia, obnoxii
sunt, rursus illius beneficio a corruptione et dissolutione immunes
fore pronuntiat. Nam materiae vim, utpote ingenitam, et, ut ipse
opinatur Plato, aequalem opifici et coaevam, obluctari par est
ipsius voluntati. Ei enim qui non creavit, nulla est in id, quod
est increatum, potestas: unde nec vis ulla ei inferri potest, cum
ab omni externa necessitate libera sit.

---

150. MG 6, 281; CA 3, 78. 151. MG 6, 284; CA 3, 80.

TATIANUS, saec. II.

Adversus Graecos oratio, ca 165.

102 188 4. Θεὸς ὁ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος 152
98 ἄναρχος ὤν, καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή. Πνεῦμα ὁ
Θεός, οὐ διῆκον διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν καὶ τῶν
ἐν αὐτῇ σχημάτων κατασκευαστής, ἀόρατός τε καὶ ἀναφής,
87 αἰσθητῶν καὶ ἀοράτων αὐτὸς γεγονὼς πατήρ. Τοῦτον διὰ τῆς
ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον
τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα.

153 5. Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ· τὴν δὲ ἀρχὴν Λόγου δύναμιν παρειλή- 153
181 φαμεν. Ὁ γὰρ Δεσπότης τῶν ὅλων, αὐτὸς ὑπάρχων τοῦ
παντὸς ἡ ὑπόστασις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγενημένην ποίησιν
μόνος ἦν· καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων
αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα διὰ λογικῆς δυνά-
μεως, αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος ὃς ἦν ἐν αὐτῷ ὑπέστησε. Θελήματι
δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ Λόγος· ὁ δὲ Λόγος, οὐ κατὰ
κενοῦ χωρήσας, ἔργον πρωτότοκον τοῦ Πατρὸς γίνεται. Τοῦτον
158 ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. Γέγονε δὲ κατὰ μερισμόν, οὐ
κατὰ ἀποκοπήν. Τὸ γὰρ ἀποτμηθὲν τοῦ πρώτου κεχώρισται·
τὸ δὲ μερισθέν, οἰκονομίας τὴν αἵρεσιν προσλαβόν, οὐκ ἐνδεᾶ
τὸν ὅθεν εἴληπται πεποίηκεν. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς δᾳδὸς
ἀνάπτεται μὲν πυρὰ πολλά, τῆς δὲ πρώτης δᾳδὸς διὰ τὴν

---

102 188 4. Deus noster non esse coepit in tempore, cum, solus sine 152
98 principio, ipse omnium sit principium. Spiritus Deus, non tamen
materiam permeans spiritus, sed materialium spirituum et figura-
rum, quae in materia sunt, opifex; et visu et tactu indeprehensus,
quippe cum ipse sensibilium et invisibilium exstiterit parens. Hunc
87 ex his quae creavit cognoscimus et potentiam invisibilem ex operi-
bus apprehendimus.

153 5. Deus erat in principio; principium autem Verbi potentiam 153
181 esse accepimus. Universorum enim Dominus, qui ipse est universi
hypostasis, quatenus quidem nondum facta erat creatio, solus erat;
quatenus autem ipse omnis potentia, visibilium et invisibilium
hypostasis erat, apud ipsum omnia ab ipso et a Verbo qui in
ipso erat, per rationalem potentiam sustentabantur. Voluntate
autem simplicitatis eius prosilit Verbum; Verbum autem, non in
vacuum progressum, fit opus primogenitum Patris. Hoc scimus
158 esse mundi principium. Natum est autem per communicationem,
non per abscissionem. Nam quod abscissum est, a primo separatur.
Quod autem per communicationem progreditur voluntariam ad-
ministrationem suscipiens, id eum non imminuit ex quo desumptum
est. Quemadmodum enim ex una face multi ignes accenduntur,

---

152. MG 6, 813; TU Band 4, Heft 1 (ed. E. Schwartz, 1888), 4.
153. MG 6, 813; TU 4, 1, 5.

ἔξαψιν τῶν πολλῶν δᾳδῶν οὐκ ἐλαττοῦται τὸ φῶς· οὕτω καὶ ὁ Λόγος, προελθὼν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως, οὐκ ἄλογον πεποίηκε τὸν γεγεννηκότα.

154 5. Οὔτε γὰρ ἄναρχος ἡ ὕλη καθάπερ ὁ Θεός, οὐδὲ διὰ 196
τὸ ἄναρχον καὶ αὐτὴ ἰσοδύναμος τῷ Θεῷ· γεννητὴ δὲ καὶ οὐχ
ὑπὸ τοῦ ἄλλου γεγονυῖα, μόνου δὲ ὑπὸ τοῦ πάντων δημιουργοῦ 188
προβεβλημένη.

155 6. Καὶ σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν μετὰ τὴν 598
τῶν ὅλων συντέλειαν, οὐχ ὡς οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσι κατά
τινας κύκλων περιόδους, γινομένων ἀεὶ καὶ ἀπογινομένων τῶν
αὐτῶν, οὐκ ἐπί τι χρήσιμον, ἅπαξ δέ, τῶν καθ' ἡμᾶς αἰώνων
πεπερασμένων, καὶ εἰς τὸ παντελές, διὰ μόνων τῶν ἀνθρώπων
τὴν σύστασιν, ἔσεσθαι, χάριν κρίσεως. . . . Κἂν γὰρ πάνυ 600
φληνάφους καὶ σπερμολόγους ἡμᾶς νομίσητε, μέλον οὐκ ἔστιν ἡμῖν, ἐπεὶ τούτῳ τῷ λόγῳ πεπιστεύκαμεν. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν πρὶν ἢ γενέσθαι τίς ἤμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον, γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι διὰ τῆς γενέσεως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος καὶ διὰ θανάτου μηκέτι ὢν αὖθίς τε μηκέθ' ὁρώμενος, ἔσομαι πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλαι γεγονὼς εἶτα γεννηθείς. Κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον, ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκεν· κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου Δεσπότου. Καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδε

nec tamen primae facis, ob plures accensas faces, lux imminuitur; sic Verbum ex Patris potentia prodiens genitorem Verbi expertem non fecit.

154 5. Non caret initio materia quemadmodum Deus; nec Deo, 196
ut initii expers, parem habet potestatem; verum creata est, nec
ab alio facta, sed a solo universorum opifice producta. 188

155 6. Corporum resurrectionem futuram credimus, cum omnia 598
fuerint absoluta; non, ut Stoici decernunt, secundum quosdam
orbium circuitus iisdem semper nascentibus et pereuntibus, nullam
ob rem utilem, sed semel, saeculis nostris absolutis, et in perpetuum,
propter hominum solorum constitutionem, iudicii causa. . . . Etiamsi 600
vobis omnino nugatores et blaterones videamur, parvi pendimus, cum hac ratione adducti crediderimus. Quemadmodum enim, cum non essem antequam nascerer, ignorabam quis essem, ac tantum in substantia carneae materiae exsistebam; genitus autem qui olim non eram, ex generatione consecutus sum ut me exsistere non dubitem; eodem modo genitus ac per mortem esse ac videri desinens, denuo exsistam, quemadmodum olim, cum non essem, postea genitus sum. Etiamsi mea caro igne evanescat, diffusam instar vaporis materiam mundus excepit. Etiamsi in fluminibus, etiamsi in mari absumar, etiamsi a feris dilanier, thesauris recondor divitis Domini. Ac inopem quidem et atheum latent quae re-

154. MG 6, 817; TU 4, 1, 6. 155. MG 6, 817; TU 4, 1, 6.

τὰ ἀποκείμενα· Θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνῳ ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.

181 7. Λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος, πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τοῦ 156
Πατρός, καὶ Λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως, κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν Πατρὸς μίμησιν, εἰκόνα τῆς ἀθανασίας τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν, ἵνα, ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία παρὰ τῷ Θεῷ, τὸν αὐτὸν τρόπον Θεοῦ μοῖραν ἄνθρωπος μεταλαβὼν ἔχῃ καὶ
198 203 τὸ ἀθάνατον. Ὁ μὲν οὖν Λόγος πρὸ τῆς τῶν ἀνδρῶν κατα-
221 σκευῆς ἀγγέλων δημιουργὸς γίνεται. Τὸ δὲ ἑκάτερον τῆς ποιήσεως εἶδος αὐτεξούσιον γέγονε, τἀγαθοῦ φύσιν μὴ ἔχον, ὃ
371 πλὴν μόνον παρὰ τῷ Θεῷ, τῇ δὲ ἐλευθερίᾳ τῆς προαιρέσεως ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκτελειούμενον· ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός, ὁ δὲ δίκαιος χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως ἐπαινῆται, κατὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ Θεοῦ μὴ παραβὰς τὸ βούλημα.

218 13. Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' 157
ἑαυτήν, θνητὴ δέ. Ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα
598 τὴν ἀλήθειαν, ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα· πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ πεποιημένη.

357 13. Γέγονε μὲν οὖν συνδίαιτον ἀρχῆθεν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ· 158
364 τὸ δὲ πνεῦμα ταύτην ἕπεσθαι μὴ βουλομένην αὐτῷ καταλέλοιπεν.

---

condita sunt; regnator autem Deus conspicuam sibi soli substantiam, ubi volet, in pristinum statum revocabit.

181 7. Verbum enim illud caeleste, spiritus a Patre genitus, et 156
Verbum ex rationali potentia, ad imitationem Patris, a quo genitum est, imaginem immortalitatis hominem fecit; ut, quemadmodum immortalitas est apud Deum, sic homo, Dei portionis particeps
198 203 factus, immortalitatem etiam habeat. Verbum quidem ante homines
221 creatos angelorum fit opifex. Utraque autem opificii species libera
371 creata est, non habens naturam boni; id enim soli Deo inest, ab hominibus autem libera animi inductione perficitur, ut malus merito puniatur per se improbus factus; iustus autem ob recte facta iure laudetur, ut qui, libero utens arbitrio, voluntatem Dei transgressus non sit.

218 13. Non est immortalis per se ipsa, o Graeci, anima, sed 157
mortalis. Potest tamen eadem non mori. Moritur enim et dis-
598 solvitur cum corpore, si veritatem ignoret; postea autem resurgit in fine mundi una cum corpore, mortem per supplicia in immortalitate accipiens. Rursus autem non moritur, etiamsi solvatur ad tempus, si Dei cognitione instructa sit.

357 13. Initio quidem exstitit spiritus animae convictor; sed spiritus 158
364 eam deseruit, cum nollet ipsum sequi. Ipsa autem, quasi scintillam

156. MG 6, 820; TU 4, 1, 7. 157. MG 6, 833; TU 4, 1, 14.
158. MG 6, 833; TU 4, 1, 14.

Ἡ δέ, ὥσπερ ἔναυσμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ κεκτημένη καὶ διὰ
τὸν χωρισμὸν τὰ τέλεια καθορᾶν μὴ δυναμένη, ζητοῦσα τὸν
Θεόν, κατὰ πλάνην πολλοὺς θεοὺς ἀνετύπωσε, τοῖς ἀντι-
σοφιστεύουσι δαίμοσι κατακολουθήσασα. Πνεῦμα δὲ τοῦ Θεοῦ
παρὰ πᾶσιν μὲν οὐκ ἔστι, παρὰ δέ τισι τοῖς δικαίως πολι-
τευομένοις καταγόμενον καὶ συμπλεκόμενον τῇ ψυχῇ, διὰ προ-
αγορεύσεων ταῖς λοιπαῖς ψυχαῖς τὸ κεκρυμμένον ἀνήγγειλε.

159 15. Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ὅπερ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν, τοῦτο 357
νῦν ἀναζητεῖν, ζευγνύναι τε τὴν ψυχὴν τῷ Πνεύματι τῷ Ἁγίῳ,
καὶ τὴν κατὰ Θεὸν συζυγίαν πραγματεύεσθαι. . . . Ἄσαρκος μὲν
οὖν ὁ τέλειος Θεός, ἄνθρωπος δὲ σάρξ· δεσμὸς δὲ τῆς σαρκὸς 216
ψυχή, σχετικὴ δὲ τῆς ψυχῆς ἡ σάρξ. Τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς
συστάσεως εἶδος, εἰ μὲν ὡς ναὸς ᾖ, κατοικεῖν ἐν αὐτῷ βούλεται
Θεὸς διὰ τοῦ πρεσβεύοντος Πνεύματος· τοιούτου δὲ μὴ ὄντος 228
τοῦ σκηνώματος, προὔχει τῶν θηρίων ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν
ἔναρθρον φωνὴν μόνον· τὰ δὲ λοιπά, τῆς αὐτῆς ἐκείνοις
διαίτης ἐστίν, οὐκ ὢν ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ.

160 21. Οὐ γὰρ μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους 374
ἀπαγγέλλομεν, Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλ-
λοντες.

ATHENAGORAS.

Legatio pro Christianis, ca 177.

161 4. Ἡμῖν δέ, διαιροῦσιν ἀπὸ τῆς ὕλης τὸν Θεόν, καὶ δει- 188
κνύουσιν ἕτερον μέν τι εἶναι τὴν ὕλην, ἄλλο δὲ τὸν Θεόν, καὶ

---

virtutis eius possidens, et quia separata erat, non valens ad con-
templandum perfecta, quaerens Deum erravit et multos deos ef-
finxit, ambulans post daemones qui in contrarium fallebant. Spiritus
Dei omnibus quidem non inest, sed in quibusdam, iis qui iuste
conversantur, residens, et conglutinatus animae, per praedictiones
ceteris animabus abscondita nuntiavit.

159 15. Reliquum est, ut nos, quod habentes perdidimus, id nunc 357
requiramus, iungamusque animam Spiritui Sancto et coniunctionem
ad Deum efficiamus. . . . Sine carne est perfectus Deus, homo
autem caro; vinculum carnis, anima; continens autem animam, 216
caro. Talis quidem constitutionis species si est quasi templum,
commorari in ipso vult Deus per legatum Spiritum. Si tale non 228
est tabernaculum, praeest beluis homo per articulatam vocem
tantum, in ceteris vero eiusdem victus est ac illae, non autem
similitudo Dei.

160 21. Non desipimus, o Graeci, neque nugas praedicamus Deum 374
sub hominis forma natum nuntiantes.

161 4. Nobis autem, qui Deum a materia disiungimus, et aliud 188
quidem materiam, aliud vero Deum esse, ac plurimo utrumque

---

159. MG 6, 837; TU 4, 1, 16. 160. MG 6, 852; TU 4, 1, 23.
161. MG 6, 897; Ge (= Geffcken) 123.

102 τὸ διὰ μέσου πολύ, τὸ μὲν γὰρ θεῖον ἀγέννητον εἶναι καὶ
ἀΐδιον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ θεωρούμενον, τὴν δὲ ὕλην γενητὴν
καὶ φθαρτήν, μήτι οὐκ ἀλόγως τὸ τῆς ἀθεότητος ἐπικαλοῦσιν
ὄνομα;

66 7. Ἡμεῖς δὲ ὧν νοοῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν ἔχομεν προ- 162
φήτας μάρτυρας, οἳ Πνεύματι ἐνθέῳ ἐκπεφωνήκασι καὶ περὶ
254 τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ. Εἴποιτε δ' ἂν καὶ ὑμεῖς,
συνέσει καὶ τῇ περὶ τὸ ὄντως θεῖον εὐσεβείᾳ τοὺς ἄλλους
προὔχοντες, ὡς ἔστιν ἄλογον, παραλιπόντας πιστεύειν τῷ παρὰ
τοῦ Θεοῦ Πνεύματι ὡς ὄργανα κεκινηκότι τὰ τῶν προφητῶν
στόματα, προσέχειν δόξαις ἀνθρωπίναις.

66 9. [Οἱ προφῆται] κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν, 163
κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου Πνεύματος, ἃ ἐνηργοῦντο ἐξ-
εφώνησαν, συγχρησαμένου τοῦ Πνεύματος ὡσεὶ καὶ αὐλητὴς
αὐλὸν ἐμπνεῦσαι.

102 98 10. Τὸ μὲν οὖν ἄθεοι μὴ εἶναι, ἕνα τὸν ἀγένητον καὶ ἀΐδιον 164
108 καὶ ἀόρατον καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀχώρητον, νῷ
μόνῳ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον, φωτὶ καὶ κάλλει καὶ πνεύ-
ματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενον, ὑφ' οὗ γεγένηται
181 τὸ πᾶν διὰ τοῦ αὐτοῦ Λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρα-
τεῖται, Θεὸν ἄγοντες, ἱκανῶς μοι δέδεικται. Νοοῦμεν γὰρ καὶ
141 148 Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ μή μοι γελοῖόν τις νομίσῃ τὸ υἱὸν εἶναι

---

102 intervallo distare demonstramus (Deum enim increatum et aeternum
esse, ac sola mente et ratione cognosci posse, materiam autem
creatam corruptioni obnoxiam), nonne immerito atheorum nomen
imponitur?

66 7. Nos autem eorum quae perspicimus et credimus testes habemus 162
prophetas, qui divino Spiritu afflati de Deo ac rebus divinis pro-
254 nuntiarunt. Atque id quidem ipsi quoque confirmabitis, qui pru-
dentia et pietate in verum numen ceteros superatis, alienum esse
a ratione, ut Dei Spiritui, qui prophetarum ora tamquam instru-
menta pulsavit, credere supersedentes, humanis opinionibus ad-
haereamus.

66 9. [Prophetae] mente et animo extra se rapti, impellente Spiritu 163
Sancto, quae ipsis inspirabantur, ea sunt locuti, utente illis Spiritu
Sancto velut si tibiam inflet tibicen.

102 10. Satis igitur demonstratum a me est atheos nos non esse, 164
98 qui unum ingenitum et aeternum tenemus Deum, invisibilem et
108 impassibilem, qui nec capi aut comprehendi potest, qui sola mente
et ratione cognoscitur, ac luce et pulchritudine et spiritu ac po-
181 tentia non enarrabili circumdatus est, a quo denique omnia per
ipsius Verbum et creata et ornata sunt, et conservantur. Agnoscimus
141 148 enim et Dei Filium. Nec quisquam ridiculum existimet Deo esse

162. MG 6, 904; Ge 125. 163. MG 6, 908; Ge 127.
164. MG 6, 908; Ge 127.

τῷ Θεῷ. Οὐ γάρ, ὡς ποιηταὶ μυθοποιοῦσιν, οὐδὲν βελτίους
τῶν ἀνθρώπων δεικνύντες τοὺς θεούς, ἢ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ
Πατρὸς ἢ περὶ τοῦ Υἱοῦ πεφρονήκαμεν· ἀλλ' ἔστιν ὁ Υἱὸς
τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῦ Πατρὸς ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ. Πρὸς
αὐτοῦ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, ἑνὸς ὄντος τοῦ Πατρὸς
καὶ τοῦ Υἱοῦ. Ὄντος δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐν Πατρί, καὶ Πατρὸς ἐν
Υἱῷ, ἑνότητι καὶ δυνάμει Πνεύματος, νοῦς καὶ Λόγος τοῦ Πατρὸς
ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ δι' ὑπερβολὴν συνέσεως σκοπεῖν
ὑμῖν ἔπεισιν, ὁ παῖς τί βούλεται, ἐρῶ διὰ βραχέων πρῶτον
γέννημα εἶναι τῷ Πατρί, οὐχ ὡς γενόμενον, ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ
Θεὸς νοῦς ἀΐδιος ὢν εἶχεν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν Λόγον, ἀϊδίως
λογικὸς ὤν, ἀλλ' ὡς τῶν ὑλικῶν ξυμπάντων ἀποίου φύσεως
καὶ γῆς ἀχρείας ὑποκειμένων δίκην, μεμιγμένων τῶν παχυμε-
ρεστέρων πρὸς τὰ κουφότερα ἐπ' αὐτοῖς, ἰδέα καὶ ἐνέργεια
εἶναι προελθών. . . . Καίτοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι 167
προφητικῶς Ἅγιον Πνεῦμα ἀπόρροιαν εἶναί φαμεν τοῦ Θεοῦ,
ἀπορρέον καὶ ἐπαναφερόμενον ὡς ἀκτῖνα ἡλίου. Τίς οὖν οὐκ ἂν 152
ἀπορήσαι, λέγοντας Θεὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν Θεὸν καὶ Πνεῦμα
Ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν καὶ
τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; Καὶ
οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ θεολογικὸν ἡμῶν ἵσταται μέρος· ἀλλὰ 198
καὶ πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμεν, οὓς ὁ ποιητὴς
καὶ δημιουργὸς κόσμου Θεὸς διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ Λόγου
διένειμε, καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς
οὐρανοὺς καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τὴν τούτων
εὐταξίαν.

---

filium. Neque enim, ut poetae fabulantur, qui nihilo meliores
hominibus inducunt deos, ita de Deo et Patre aut de Filio sentimus.
Sed est Filius Dei Verbum Patris in idea et operatione; ab eo
enim et per eum facta omnia, cum Pater et Filius unum sint.
Cum autem Pater sit in Filio, et Filius in Patre, unitate et virtute
Spiritus, mens et Verbum Patris est Filius Dei. Quod si vobis
pro summa vestra intellegentia inquirere subeat, quid sibi velit
filius, dicam breviter primam esse Patris progeniem, non quod
factus sit (ab aeterno enim Deus habebat in se ipso Verbum, utpote
ab aeterno rationalis), sed quod prodierit, ut omnium materialium
rerum, quae instar informis naturae et inertis terrae, partibus
crassioribus commistis cum levioribus, iacebant, idea et actus
foret. . . . Spiritum Sanctum, qui in prophetis operatur, effluentiam 167
Dei esse dicimus, emanantem et redeuntem veluti radium solis.
Quis igitur non miretur, cum atheos vocari audiat eos, qui Deum 152
Patrem et Filium Deum et Spiritum Sanctum asserunt, ac eorum
et in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant?
Neque his tamen theologiae nostrae ratio continetur; sed et multi- 198
tudinem angelorum et ministrorum agnoscimus, quos creator et
opifex mundi Deus per Verbum suum distribuit et ordinavit, ut
circa elementa, caelos, mundum et quae in eo sunt, eorumque
temperationem versarentur.

141 24. Ὡς γὰρ Θεόν φαμεν καὶ Υἱὸν τὸν Λόγον αὐτοῦ καὶ 165
Πνεῦμα Ἅγιον, ἑνούμενα μὲν κατὰ δύναμιν, τὸν Πατέρα, τὸν
162 Υἱόν, τὸ Πνεῦμα, ὅτι νοῦς, λόγος, σοφία Υἱὸς τοῦ Πατρός,
198 καὶ ἀπόρροια, ὡς φῶς ἀπὸ πυρός, τὸ Πνεῦμα· οὕτως καὶ
ἑτέρας εἶναι δυνάμεις κατειλήμμεθα περὶ τὴν ὕλην ἐχούσας καὶ
δι' αὐτῆς.

118 31. Εἰ μὲν γὰρ ἕνα τὸν ἐνταῦθα βίον βιώσεσθαι πεπείσμεθα, 166
290 κἂν ὑποπτεύειν ἐνῆν δουλεύοντας σαρκὶ καὶ αἵματι ἢ κέρδους
ἢ ἐπιθυμίας ἐλάττους γενομένους ἁμαρτεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐφεστη-
κέναι μὲν οἷς ἐννοοῦμεν, οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ'
ἡμέραν τὸν Θεὸν οἴδαμεν, πάντα δὲ φῶς αὐτὸν ὄντα, καὶ τὰ
ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ὁρᾶν, πεπείσμεθα, τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλλα-
γέντες βίου, βίον ἕτερον βιώσεσθαι ἀμείνονα ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε,
610 καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον (ὡς ἂν μετὰ Θεοῦ καὶ σὺν Θεῷ
ἀκλινεῖς καὶ ἀπαθεῖς τὴν ψυχήν, οὐχ ὡς σάρκες, κἂν ἔχωμεν,
592 ἀλλ' ὡς οὐράνιον πνεῦμα, μενοῦμεν)· ἢ συγκαταπίπτοντες τοῖς
λοιποῖς χείρονα καὶ διὰ πυρός (οὐ γὰρ καὶ ἡμᾶς, ὡς πρόβατα
ἢ ὑποζύγια, πάρεργον καὶ ἵνα ἀπολοίμεθα καὶ ἀφανισθείημεν
ἔπλασεν ὁ Θεός), ἐπὶ τούτοις οὐκ εἰκὸς ἡμᾶς ἐθελοκακεῖν, οὐδ'
αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ παραδιδόναι κολασθησομένους δικαστῇ.

575
577 33. Οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ 167
ἔργων τὰ ἡμέτερα· ἢ οἷός τις ἐτέχθη μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ.

---

141 24. Quemadmodum enim Deum dicimus et Filium Verbum 165
ipsius, et Spiritum Sanctum, unitos secundum virtutem, Patrem et
162 Filium et Spiritum Sanctum, quia mens, verbum et sapientia Filius
198 Patris, effluvium autem, ut lumen ab igne, Spiritus; sic alias esse
potestates accepimus, quae circa materiam et ope materiae prin-
cipatum exercent.

118 31. Si hanc tantum vitam nos victuros crederemus, tum sane 166
290 locus esset suspicandi nos carni et sanguini inservientes, vel avaritia
aut cupiditate victos peccare. Sed cum iis quae cogitamus quae-
que loquimur, Deum noctem diemque adesse sciamus, eumque
persuasum habeamus, cum totus lumen sit, ea etiam quae in cor-
dibus nostris latent, videre, nosque hac vita liberatos aliam ista
610 praestantiorem, ac caelestem, non terrenam victuros (quippe cum
apud Deum et cum Deo extra omnem immutationem et perpessionem
animae, non ut caro, etsi carnem habituri simus, sed ut caelestis
592 spiritus mansuri simus), vel, si aliorum ruinis abripiamur, deteriorem
ac in ignis supplicio victuros (neque enim nos etiam Deus tamquam
pecora et iumenta perfunctorie et ut periremus et evanesceremus
creavit), in his institutis verisimile non est ut libenter peccemus,
nosque magno iudici puniendos tradamus.

575 33. Neque meditatione sermonum, sed demonstratione et disci- 167
577 plina actionum res nostrae continentur, ut quisque vel qualis

---

165. MG 6, 945; Gc 142. 166. MG 6, 961; Gc 150.
167. MG 6, 965; Gc 152.

Ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐστι μοιχεία. «Ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησί, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται» [Mt 19, 9]· οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. Ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικός, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα, λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν.

De resurrectione mortuorum, paulo post 177.

168 12. Ὁ μέντοι Θεὸς οὔτ' ἂν μάτην ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, 191
ἔστι γὰρ σοφός, οὐδὲν δὲ σοφίας ἔργον μάταιον· οὔτε διὰ 193
χρείαν ἰδίαν, παντὸς γάρ ἐστιν ἀπροσδεής, τῷ δὲ μηδενὸς δεομένῳ τὸ παράπαν οὐδὲν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων συντελέσειεν ἂν εἰς χρείαν ἰδίαν. Ἀλλ' οὐδὲ διά τινα τῶν ὑφ' αὐτοῦ γενομένων ἔργων ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲν γὰρ τῶν λόγῳ καὶ κρίσει χρωμένων, οὔτε τῶν μειζόνων οὔτε τῶν καταδεεστέρων γέγονεν ἢ γίνεται πρὸς ἑτέρου χρείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν τῶν γενομένων ζωήν τε καὶ διαμονήν. . . . Οὐκοῦν, εἰ μήτε ἀναιτίως καὶ μάτην γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων μάταιον κατά γε τὴν τοῦ ποιήσαντος γνώμην, μήτε χρείας ἕνεκεν αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων ποιημάτων, εὔδηλον ὅτι, κατὰ

---

natus est maneat, vel unicis in nuptiis. Secundae enim decorum adulterium. *Quicumque enim dimiserit,* inquit, *uxorem suam et aliam duxerit, moechatur,* nec eam dimitti sinens, cuius virginitati finem quis imposuit, nec aliam insuper duci. Nam qui se ipse prima uxore spoliat, etiamsi mortua sit, occulta quadam ratione est adulter; tum quod manum Dei transgrediatur (nam initio Deus unum hominem finxit ac unam mulierem), tum quod carnis cum carne coniunctionem quodam veluti vinculo ad commiscendum genus colligatam dissolvat.

168 12. Deus autem nec frustra hominem fecit, est enim sapiens, 191
nullum autem sapientiae opus inutile; nec ad proprium suum usum, 193
nulla enim re indiget; qui autem nulla omnino re indiget, sua ei opera nihil ad proprium usum attulerint. Sed nec ob aliquam rerum a se creatarum hominem condidit. Nihil enim ex iis, quae ratione et iudicio utuntur, ad alterius sive superioris sive inferioris usum creatum est aut creatur, sed ad propriam eorum, qui creantur, vitam et perpetuitatem. . . . Quam ob rem si nec sine causa nec frustra creatus est homo (nihil enim inter divina opera inutile, quantum ad auctoris consilium spectat), nec ad ipsius creatoris usum, nec ad alterius cuiuspiam rei ab ipso conditae; liquet Deum, si prima et latius patens consideretur ratio, propter se ipsum et

---

168. MG 6, 996; TU Band 4, Heft 2 (ed. E. Schwartz, 1891), 61.

Moysi docet, cuius praeceptum alicubi conservat, nondum
dico confirmat.

343 4, 40. Acceptum panem et distributum discipulis corpus 487
suum illum fecit *hoc est corpus meum* [Lc 22, 19] dicendo, id
est figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis 376
esset corpus. Ceterum vacua res, quod est phantasma, figuram
capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi finxit,
quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere
pro nobis.

344 5, 1. Nihil sine origine nisi Deus solus. Quae quantum 260
praecedit in statu omnium rerum, tantum praecedat necesse
est etiam in retractatu earum, ut constare de statu possit,
quia nec habeas dispicere quid quale sit, nisi certus an sit,
cum cognoveris unde sit. Et ideo ex opusculi ordine ad
hanc materiam devolutus, apostoli quoque Pauli originem a
Marcione desidero, novus aliqui discipulus nec ullius alterius
auditor, qui nihil interim credam nisi nihil temere credendum,
temere porro credi quodcumque sine originis agnitione credetur.

345 5, 9. Et ipsum, quod mortuorum resurrectio dicitur, exigit 598
defendi proprietates vocabulorum «mortuorum» ⟨et «resurrec-
tionis»⟩. [Ita] mortuum [vocabulum] non est nisi quod amisit 583
animam, de cuius facultate vivebat; corpus est quod amittit
animam et amittendo fit mortuum: ita mortui vocabulum

342. CV 47, 533; ML 2, 442. 343. CV 47, 559; ML 2, 460.
344. CV 47, 568; ML 2, 468. 345. CV 47, 601; ML 2, 491.

600 corpori competit. Porro si resurrectio mortui est, mortuum autem non aliud est quam corpus, corporis erit resurrectio. Sic et resurrectionis vocabulum non aliam rem vindicat quam quae cecidit. Surgere enim potest dici et quod omnino non cecidit, quod semper retro iacuit. Resurgere autem non est nisi eius quod cecidit; iterum enim surgendo, quia cecidit, resurgere dicitur. «Re» enim syllaba iterationi semper adhibetur. Cadere ergo dicimus corpus in terram per mortem, sicut et res ipsa testatur ex Dei lege. Corpori enim dictum est: *Terra es et in terram ibis* [Gn 3, 19]. Ita quod de terra est ibit in terram, hoc cadit quod in terram ibit, hoc resurgit
299 quod cadit. *Quia per hominem mors, et per hominem resurrectio*
414 [1 Cor 15, 21]. Hic mihi et Christi corpus ostenditur in nomine hominis, qui constat ex corpore, ut saepe iam docuimus. Quodsi sic in Christo vivificamur omnes, sicut mortificamur in Adam, quando in Adam corpore mortificemur, sic necesse est et in Christo [corpore] vivificemur. Ceterum similitudo non constat, si non in eadem substantia mortificationi in Adam vivificatio concurrat in Christo. Sed interposuit aliquid adhuc de Christo et propter praesentem disceptationem non omittendum. Tanto magis enim probabitur carnis resurrectio, quanto Christum eius Dei ostendero, apud quem creditur carnis resurrectio.

De anima, 208/11.

593 7. Dolet apud inferos anima cuiusdam et punitur in flamma 346
et cruciatur in lingua et de digito animae felicioris implorat solacium roris. Imaginem existimas exitum illum pauperis laetantis et divitis maerentis? Et quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? sed et si imago credenda est, testi-
217 monium erit veritatis. Si enim non haberet anima corpus [1], non caperet imago animae imaginem corporis, nec mentiretur de corporalibus membris scriptura, si non erant.

217 9. Quid nunc quod et effigiem animae damus, Platone 347
nolente, quasi periclitetur de animae immortalitate? Omne enim effigiatum compositum et structile affirmat: dissolubile autem omne compositicium et structile; sed animam immortalem, igitur indissolubilem, qua immortalem et ineffigiatam, qua indissolubilem. Ceterum compositiciam et structilem, si effigiatam; tamquam alio eam modo effigians intellectualibus formis, pulchram iustitia et disciplinis philosophiae, deformem vero contrariis artibus. Sed nos corporales quoque illi inscribimus lineas.

---

[1] Cf. n. 355.

346. CV 20 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa, 1890), 308; ML 2, 656.
347. CV 20, 310; ML 2, 659.

348 21. Non dabit arbor mala bonos fructus, si non inseratur, 308
et bona malos dabit, si non colatur. Et lapides filii Abrahae
fient, si in fidem Abrahae formentur. Et genimina viperarum
fructum paenitentiae facient, si venena malignitatis exspuerint.
Haec erit vis divinae gratiae, potentior utique natura, habens 333
in nobis subiacentem sibi liberam arbitrii potestatem, quod
αὐτεξούσιον dicitur; quae cum sit et ipsa naturalis atque
mutabilis, quoquo vertitur, natura convertitur.

349 22. Definimus animam Dei flatu natam immortalem, cor- 217
poralem [1], effigiatam, substantia simplicem, de suo sapientem, 218
varie procedentem, liberam arbitrii, accidentiis obnoxiam, per 301
ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, divinatricem,
ex una redundantem.

350 41. Solus Deus sine peccato, et solus homo sine peccato 374
Christus, quia et Deus Christus. 398

351 55. Nulli patet caelum, terra adhuc salva, ne dixerim clausa. 536
Cum transactione enim mundi reserabuntur regna caelorum.
Sed in aethere dormitio nostra cum puerariis Platonis aut in
aëre cum Ario aut circa lunam cum Endymionibus Stoicorum.
Immo, inquis, in paradiso, quo iam tunc et patriarchae et
prophetae appendices dominicae resurrectionis ab inferis mi-
graverint. Et quomodo Ioanni in spiritu paradisi regio re-
velata, quae subicitur altari, nullas alias animas apud se praeter
martyrium ostendit [cf. Apc 6, 9]? Quomodo Perpetua fortissima
martyr sub die passionis in revelatione paradisi solos illic
commartyres suos vidit, nisi quia nullis rhomphaea paradisi
ianitrix cedit nisi qui in Christo decesserint, non in Adam?
Nova mors pro Deo et extraordinaria pro Christo alio et
privato excipitur hospitio. Agnosce itaque differentiam ethnici
et fidelis in morte, si pro Deo occumbas, ut Paracletus monet,
non in mollibus febribus et in lectulis, sed in martyriis, si
crucem tuam tollas et sequaris Dominum, ut ipse praecepit
[cf. Mt 10, 38]. Tota paradisi clavis tuus sanguis est. Habes
etiam de paradiso a nobis libellum, quo constituimus omnem
animam apud inferos sequestrari in diem Domini.

352 58. Congruentissimum est animam, licet non exspectata 586
carne, puniri, quod non sociata carne commisit. Sic et ob 290
cogitatus pios et benivolos, in quibus carne non eguit, sine
carne recreabitur. Quid nunc, si et in carnalibus prior est
quae concipit, quae disponit, quae mandat, quae impellit?
Et si quando invita, prior tamen tractat, quod per corpus
actura est. Numquam denique conscientia posterior erit facto.
Ita huic quoque ordini competit eam priorem pensare mer-

---

[1] Cf. n. 355. 348. CV 20, 334; ML 2, 685.
349. CV 20, 335; ML 2, 686. 350. CV 20, 368; ML 2, 720.
351. CV 20, 388; ML 2, 744. 352. CV 20, 395; ML 2, 751.

587 cedes cui priori debeantur. In summa, cum carcerem illum,
quem evangelium demonstrat, inferos intellegimus et novissi-
mum quadrantem modicum quoque delictum mora resurrec-
tionis illic luendum interpretamur, nemo dubitabit animam
aliquid pensare penes inferos salva resurrectionis plenitudine
per carnem quoque.

De carne Christi, 208/11.

376 5. Iam hic responde, interfector veritatis. Nonne vere 353
crucifixus est Deus? nonne vere mortuus, ut vere crucifixus?
nonne vere resuscitatus, ut vere scilicet mortuus? Falso ergo
statuit inter nos scire Paulus tantum Iesum crucifixum? falso
sepultum ingessit? falso resuscitatum inculcavit? Falsa est
igitur et fides nostra, et phantasma est totum quod speramus
a Christo? Scelestissime hominum, qui interemptores excusas
Dei. Nihil enim ab iis passus est Christus, si nihil vere est
passus. Parce unicae spei totius orbis. Quid destruis ne-
257 cessarium dedecus fidei? Quodcumque Deo indignum est,
mihi expedit. Salvus sum, si non confundar de Domino meo.
Qui mei, inquit, *confusus fuerit, confundar et ego eius* [cf. Mc
8, 38]. Alias non invenio materias confusionis, quae me per
contemptum ruboris probent bene impudentem et feliciter
stultum. Natus est Dei Filius: non pudet quia pudendum est;
et mortuus est Dei Filius: prorsus credibile est quia ineptum
est; et sepultus resurrexit: certum est quia impossibile. Sed
377 haec quomodo in illo vera erunt, si ipse non fuit verus, si
non vere habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod
sepeliretur et resuscitaretur, carnem scilicet sanguine suffusam,
ossibus structam, nervis intextam, venis implexam, quae nasci
et mori novit? Humana sine dubio, ut nata de homine;
ideoque mortalis haec erit in Christo, quia Christus homo et
filius hominis. Aut cur homo Christus et filius hominis, si
nihil hominis et nihil ex homine? . . . Quid dimidias mendacio
Christum? Totus veritas fuit. Maluit, crede, nasci quam ex
aliqua parte mentiri, et quidem in semetipsum; ut carnem
gestaret sine ossibus duram, sine musculis solidam, sine san-
guine cruentam, sine tunica vestitam, sine fame esurientem,
sine dentibus edentem, sine lingua loquentem; ut phantasma
auribus fuerit sermo eius per imaginem vocis.
200 6. Constat angelos carnem non propriam gestasse, utpote 354
naturas substantiae spiritalis, et, si corporis alicuius, sui tamen
generis; in carnem autem humanam transfigurabiles ad tempus,
ut videri et congredi cum hominibus possent. Igitur cum

353. ML 2, 760; O (= Oehler) 2, 433.
354. ML 2, 764; O 2, 438.

relatum non sit unde sumpserint carnem, relinquitur intellectui nostro non dubitare hoc esse proprium angelicae potestatis, ex nulla materia corpus sibi sumere.

355 11. Si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus eius. Omne quod est, corpus est sui generis: nihil est incorporale, nisi quod non est [1].

356 14. Sed angelum, aiunt, gestavit Christus. Qua ratione? 410
Qua et hominem. Eadem ergo est et causa, ut hominem gestaret Christus: salus hominis fuit causa; scilicet ad restituendum quod perierat. Homo perierat, hominem restitui oportuerat. Ut angelum gestaret Christus, nihil tale de causa est. Nam etsi angelis perditio reputatur, *in ignem praeparatum* 208
diabolo et angelis eius [Mt 25, 41], numquam tamen illis restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute angelorum suscepit Christus a Patre. Quod Pater neque repromisit neque mandavit, Christus administrare non potuit.

357 16. Defendimus autem non carnem peccati evacuatam esse 376
in Christo, sed peccatum carnis, non materiam, sed naturam, 397
nec substantiam, sed culpam, secundum apostoli auctoritatem dicentis: *Evacuavit peccatum in carne* [Rom 8, 3]. Nam et alibi: *In similitudine,* inquit, *carnis peccati* [ib.] fuisse Christum. Non quod similitudinem carnis acceperit, quasi imaginem corporis, et non veritatem; sed similitudinem peccatricis carnis vult intellegi; quod ipsa non peccatrix caro Christi, eius fuit par, cuius erat peccatum, genere, non vitio Adae; quando hinc etiam confirmamus eam fuisse carnem in Christo, cuius natura est in homine peccatrix; et sic in illa peccatum evacuatum, quod in Christo sine peccato habeatur, quae in homine sine peccato non habebatur.

358 17. Deus imaginem et similitudinem suam, a diabolo captam, 430
aemula operatione recuperavit. In virginem enim adhuc Evam 433
irrepserat verbum aedificatorium mortis; in virginem aeque introducendum erat Dei Verbum exstructorium vitae; ut, quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eumdem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eva serpenti, credidit Maria Gabrieli. Quod illa credendo deliquit, haec credendo delevit.

359 23. Virgo quantum a viro; non virgo quantum a partu. . . . 431
Et si virgo concepit, in partu suo nupsit, ipsa patefacti corporis lege, in quo nihil interfuit, de vi masculi admissi an emissi, idem illud sexus resignaverit. . . . Utique magis non virgo dicenda est quam virgo, saltu quodam mater ante quam nupta.

[1] Attulimus hunc locum ad explicandum quo sensu intellegendi sint n. 346 349 374.

355. ML 2, 774; O 2, 446. 356. ML 2, 777; O 2, 450. 357. ML 2, 780; O 2, 452. 358. ML 2, 782; O 2, 454. 359. ML 2, 790; O 2, 461.

De carnis resurrectione, 208/11.

225 5. *Et finxit Deus hominem* [Gn 1, 27]. Magnae sine dubio 360
differentiae ratio, pro condicione scilicet rerum. Minora enim
quae fiebant eo, cui fiebant, si quidem homini fiebant, cui
mox a Deo addicta sunt. Merito igitur, ut famula, iussu et
imperio et sola vocali potestate universa processerant, contra
homo, ut dominus eorum, in hoc ab ipso Deo exstructus est.
225 6. ⟨Non⟩ adeo magna res [agebatur], quae ista materia 361
exstruebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus Dei
patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum
effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum ac deditum,
manu, sensu, opere, consilio, sapientia, providentia et ipsa
228 imprimis affectione, quae liniamenta ducebat. Quodcumque
enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur, homo futurus,
quod et limus, et caro sermo, quod et terra tunc. Sic enim
praefatio Patris ad Filium: *Faciamus hominem ad imaginem
et similitudinem nostram. Et fecit hominem Deus*, id utique
quod finxit, *ad imaginem Dei fecit illum*, scilicet Christi
[Gn 1, 26].
455 8. Caro salutis est cardo. De qua cum anima Deo alli- 362
459 475 gatur, ipsa est quae efficit ut anima alligari possit. Scilicet
476 caro abluitur, ut anima emaculetur; caro ungitur, ut anima
482 439 consecretur; caro signatur, ut et anima muniatur; caro manus
485 impositione adumbratur, ut et anima spiritu illuminetur; caro
corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo
508 saginetur. Non possunt ergo separari in mercede, quas opera
coniungit.
189 11. Igitur confide illum totum hoc ex nihilo protulisse, et 363
Deum nosti fidendo, quod tantum Deus valeat. Nam et
quidam, infirmiores hoc prius credere, de materia potius
subiacenti volunt ab illo universitatem dedicatam secundum
philosophos. Porro et si ita in vero haberet, cum tamen
longe alias substantias longeque alias species ex reformatione
materiae diceretur protulisse quam fuisset ipsa materia, non
minus defenderem ex nihilo eum protulisse, si ea protulerat,
quae omnino non fuerant. Quo enim interest ex nihilo quid
proferri an ex aliquo, dum quod non fuit fiat, quando etiam
non fuisse nihil sit fuisse? Sic et fuisse e contrario non nihil
est fuisse. Nunc etsi interest, tamen utrumque mihi applaudit.
598 Sive enim ex nihilo Deus molitus est cuncta, poterit et carnem
in nihilum perductam exprimere de nihilo: sive de materia
modulatus est alia, poterit et carnem quocumque dehaustam
evocare de alio. Et utique idoneus est reficere qui fecit:

360. CV 47 (ed. A. Kroymann, 1906), 32; ML 2, 801.
361. CV 47, 33; ML 2, 802. 362. CV 47, 36; ML 2, 806.
363. CV 47, 40; ML 2, 809.

quanto plus est fecisse quam refecisse, initium dedisse quam reddidisse, ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione.

364 14. Haec erit tota causa, immo necessitas resurrectionis, 598
congruentissima scilicet Deo, destinatori iudicii. De cuius 601
dispositione dispicias, an utrique substantiae humanae diiudicandae censura divina praesideat, tam animae quam et carni. Quod enim congruet iudicari, hoc competet etiam resuscitari. Dicimus plenum primo perfectumque credendum iudicium Dei, ut ultimum iam atque exinde perpetuum, ut sic quoque iustum, dum non in aliquo minus, ut sic quoque Deo dignum, dum pro tanta eius patientia plenum atque perfectum. Atquin plenitudinem perfectionemque iudicii nonnisi de totius hominis repraesentatione constare. Totum porro hominem ex utriusque substantiae concretione parere, idcircoque in utraque exhibendum quem totum oporteat iudicari, qui nisi totus utique non vixerit. Qualis ergo vixerit, talem iudicatum iri, quia de eo, quod vixerit, habet iudicari. Vita est enim causa iudicii, per tot substantias dispungenda, per quot et functa est.

365 63. Resurget igitur caro, et quidem omnis, et quidem ipsa, 599
et quidem integra. In deposito est ubicumque apud Deum 600
per fidelissimum sequestrem Dei et hominum Iesum Christum, qui et homini Deum et hominem Deo reddet, carni spiritum et spíritui carnem.

De exhortatione castitatis, 208/11.

366 7. Differentiam inter ordinem et plebem constituit ecclesiae 554
auctoritas, et honor per ordinis consessum sanctificatus. Adeo, ubi ecclesiastici ordinis non est consessus, et offers, et tinguis,
et sacerdos es tibi solus. . . . Igitur si habes ius sacerdotis 468
in temetipso, ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam
sacerdotis, ubi necesse sit habere ius sacerdotis. Digamus 577
tinguis? digamus offers? Quanto magis laico digamo capitale 566
est agere pro sacerdote, cum ipsi sacerdoti digamo facto auferatur agere sacerdotem! Sed necessitati, inquis, indulgetur. Nulla necessitas excusatur, quae potest non esse. Noli denique digamus deprehendi, et non committas in necessitatem administrandi quod non licet digamo. Omnes nos Deus ita vult dispositos esse, ut ubique sacramentis eius obeundis apti simus. Unus Deus, una fides, una et disciplina. Usque adeo, nisi et laici ea observent, per quae presbyteri alleguntur, quomodo erunt presbyteri, qui de laicis alleguntur? Ergo pugnare debemus ante laicum iussum a secundo matrimonio abstinere, dum presbyter esse non alius potest quam laicus, qui semel fuerit maritus.

---

364. CV 47, 43; ML 2, 813. 365. CV 47, 123; ML 2, 885.
366. ML 2, 922; O 1, 747.

De corona, 211.

461 3. Ut a baptismate ingrediar, aquam adituri, ibidem, sed 367
et aliquanto prius in ecclesia sub antistitis manu contestamur
464 nos renuntiare diabolo et pompae et angelis eius; dehinc ter
mergitamur, amplius aliquid respondentes, quam Dominus in
evangelio determinavit. Inde suscepti, lactis et mellis con-
cordiam praegustamus, exque ea die lavacro cotidiano per
totam hebdomadem abstinemus. Eucharistiae sacramentum,
et in tempore victus, et omnibus mandatum a Domino, etiam
antelucanis coetibus, nec de aliorum manu quam praesidentium
520 sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die
588 facimus. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geni-
culis adorare. Eadem immunitate a die Paschae in Pentecosten
485 usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid de-
287 cuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum atque
promotum, ad omnem aditum et exitum, ad calciatum, ad
lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quae-
cumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo
terimus.

De idololatria, ca 211.

506 7. Zelus fidei perorabit ingemens: Christianum ab idolis 368
in ecclesiam venire, . . . eas manus admovere corpori Domini,
quae daemoniis corpora conferunt? Nec hoc sufficit. Parum
sit, si ab aliis manibus accipiant quod contaminent, sed etiam
ipsae tradunt aliis quod contaminaverunt. Alleguntur in or-
dinem ecclesiasticum artifices idolorum. Pro scelus! Semel
Iudaei Christo manus intulerunt, isti cotidie corpus eius la-
cessunt. O manus praecidendae!

Ad Scapulam, 212.

28 2. Tanta hominum multitudo, pars paene maior civitatis 369
30 cuiusque, in silentio et modestia agimus, singuli forte noti
magis quam omnes; nec aliunde noscibiles quam de emen-
datione vitiorum pristinorum.

De fuga in persecutione, 213.

413 12. Ut redimas hominem tuum nummis, quem sanguine 370
suo redemit Christus, quam indignum Deo et dispositione eius,
qui *Filio suo non pepercit* [Rom 8, 32] pro te, ut fieret maledictum
pro nobis; quia *maledictus qui pependerit in ligno* [Dt 21, 23]; . . .

---

367. ML 2, 79; O 1, 421.
368. CV 20 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa, 1890), 36; ML 1, 669.
369. ML 1, 700; O 1, 542. 370. ML 2, 114; O 1, 482.

et traditus est in mortem, *mortem autem crucis* [Phil 2, 8]: totum hoc, ut nos a peccatis lucraretur! . . . Et Dominus quidem illum [hominem] redemit ab angelis mundi tenentibus potestatibus, a spiritalibus nequitiae, a tenebris huius aevi, a iudicio aeterno, a morte perpetua.

Adversus Praxean, 213/18.

371 2. Unicum quidem Deum credimus, sub hac tamen dis- 141
pensatione, quam oikonomiam dicimus, ut unici Dei sit et 148
Filius, Sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia 162
facta sunt et sine quo factum est nihil [cf. Io 1, 3]. Hunc 181
missum a Patre in virginem et ex ea natum, hominem et 375
Deum, filium hominis et Filium Dei, et cognominatum Iesum 377
Christum. . . . Hanc regulam ab initio evangelii decucurrisse, 78
etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxean
hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum
quam ipsa novellitas Praxeae hesterni. Quo peraeque ad-
versus universas haereses iam hinc praeiudicatum sit id esse
verum, quodcumque primum, id esse adulterum, quodcumque
posterius. Sed salva ista praescriptione ubique tamen propter 83
instructionem et munitionem quorumdam dandus est etiam
retractatibus locus, vel ne videatur unaquaeque perversitas
non examinata, sed praeiudicata damnari, maxime haec, quae 187
se existimat meram veritatem possidere, dum unicum Deum
non alias putat credendum, quam si ipsum eumdemque et
Patrem et Filium et Spiritum dicat; quasi non sic quoque
unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiae scilicet
unitatem, et nihilominus custodiatur oikonomiae sacramentum,
quae unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens Patrem 149
et Filium et Spiritum, — tres autem non statu sed gradu,
nec substantia sed forma, nec potestate sed specie, — unius
autem substantiae et unius status et unius potestatis, quia unus
Deus, ex quo et gradus isti et formae et species in nomine
Patris et Filii et Spiritus Sancti deputantur.

372 4. Spiritum non aliunde <de>puto quam a Patre per Filium. 170

373 7. Haec est nativitas perfecta Sermonis, dum ex Deo pro- 153 162
cedit. Conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine sophiae: 163
Dominus condidit me initium viarum [Prv 8, 22], dehinc gene-
ratus ad effectum: *Cum pararet caelum, aderam illi* [ib. 27],
exinde, eum Patrem sibi faciens, de quo procedendo * * *,
Filius factus est, primogenitus, ut ante omnia genitus, et uni-
genitus, ut solus ex Deo genitus, proprie de vulva cordis

371. CV 47 (ed. A. Kroymann, 1906), 229; ML 2, 156. Rursus edidit *A. Kroymann* in Sammlung . . . von Dr G. Krüger, 1907.
372. CV 47, 232; ML 2, 159. 373. CV 47, 235; ML 2, 161.

ipsius, secundum quod et Pater ipse testatur: *Eructavit cor*
meum sermonem optimum [Ps 44, 2].
98 7. Quis negabit Deum corpus esse [1], etsi Deus spiritus est? 374
Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed si et
invisibilia illa, quaecumque sunt, habent apud Deum et suum
corpus et suam formam, per quae soli Deo visibilia sunt,
153 quanto magis, quod ex ipsius substantia emissum est, sine
substantia non erit? Quaecumque ergo substantia Sermonis
fuit, illam dico personam et illi nomen Filii vindico et, dum
160 Filium agnosco, secundum a Patre defendo.
162 8. Nec dubitaverim Filium dicere et radicis fruticem et 375
fontis fluvium et solis radium, quia omnis origo parens est
et omne, quod ex origine profertur, progenies est, multo
magis Sermo Dei, qui etiam proprie nomen Filii accepit. Nec
frutex tamen a radice nec fluvius a fonte nec radius a sole
171 discernitur, sicut nec a Deo Sermo. . . . Tertius est Spiritus
a Deo et Filio, sicut tertius a radice fructus ex frutice et
tertius a fonte rivus ex flumine et tertius a sole apex ex
radio.
141 9. Hanc me regulam professum, qua inseparatos ab alter- 376
utro Patrem et Filium et Spiritum testor, tene ubique, et ita
149 quid quomodo dicatur agnosces. Ecce enim dico alium esse
Patrem et alium Filium et alium Spiritum, — male accipit
idiotes quisque aut perversus hoc dictum, quasi diversitatem
sonet et ex diversitate separationem protendat Patris et Filii
187 et Spiritus Sancti; necessitate autem hoc dico, cum eumdem
Patrem et Filium et Spiritum contendunt, adversus oikonomiam
monarchiae adulantes — non tamen diversitate alium Filium
a Patre, sed distributione, nec divisione alium, sed distinctione,
quia non sint idem Pater et Filius, vel modulo alius ab alio.
158 Pater enim tota substantia est, Filius vero derivatio totius et
160 portio, sicut ipse profitetur: *Quia Pater maior me est* [Io 14, 28].
A quo et minoratus canitur in psalmo modicum quid citra
159 angelos. Sic et Pater alius a Filio, dum Filio maior, dum
184 alius qui generat, alius qui generatur, dum alius qui mittit,
alius qui mittitur, dum alius qui facit, alius per quem fit.
Bene, quod et Dominus usus hoc verbo in persona Paracleti
non divisionem significavit, sed dispositionem: *Rogabo* enim,
inquit, *Patrem, et alium advocatum mittet vobis, Spiritum veri-*
173 *tatis* [Io 14, 16], sic alium a se *** Paracletum, quomodo et
nos a Patre alium Filium, ut tertium gradum ostenderet in
Paracleto, sicut nos secundum in Filio propter oikonomiae
observationem.

---

[1] Cf. n. 355.

374. CV 47, 237; ML 2, 162. 375. CV 47, 238; ML 2, 163.
376. CV 47, 239; ML 2, 164.

377 13. Duos quidem definimus, Patrem et Filium, et iam tres 141
cum Spiritu Sancto, — secundum rationem oikonomiae, quae
facit numerum, ne, ut vestra perversitas infert, Pater ipse 375
credatur natus et passus, quod non licet credi, quoniam non
ita traditum est — duos tamen Deos et duos Dominos num-
quam ex ore nostro proferimus, non quasi non et Pater Deus
et Filius Deus et Spiritus Deus et Dominus unusquisque, sed 164
quoniam ⟨ideo⟩ retro et duo Dii et duo Domini praedicabantur,
ut, ubi venisset Christus, et Deus agnosceretur et Dominus 374
vocaretur, quia Filius Dei et Domini.
378 25. *De meo sumet* [Io 16, 14], inquit, sicut ipse de Patris. 149
Ita conexus Patris in Filio et Filii in Paracleto tres efficit 168
cohaerentes, alterum ex altero. Qui tres unum sunt, non 146
unus, quomodo dictum est: *Ego et Pater unum sumus* [Io 10, 30],
ad substantiae unitatem, non ad numeri singularitatem.
379 27. Quaerendum quomodo Sermo caro sit factus, utrumne 162 382
quasi transfiguratus in carnem, an indutus carnem. Immo 383
indutus. Ceterum Deum immutabilem et informabilem credi
necesse est, ut aeternum. Transfiguratio autem interemptio
est pristini. Omne enim, quodcumque transfiguratur in aliud,
desinit esse quod fuerat, et incipit esse quod non erat. Deus
autem neque desinit esse neque aliud potest esse. Sermo
autem Deus, et sermo Domini manet in aevum, perseverando
scilicet in sua forma. Quem si non capit transfigurari, con-
sequens est, ut sic caro factus intellegatur, dum fit in carne
et manifestatur et videtur et contrectatur per carnem, quia
et cetera sic accipi exigunt. Si enim Sermo ex transfigura-
tione et demutatione substantiae caro factus est, una iam erit
substantia Iesus ex duabus, ex carne et spiritu, mixtura quae-
dam, ut electrum ex auro et argento. . . . Videmus duplicem 385
statum, non confusum, sed coniunctum, in una persona, Deum
et hominem Iesum (de Christo enim differo), et adeo salva 390
est utriusque proprietas substantiae, ut et spiritus res suas
egerit in illo, id est virtutes et opera et signa, et caro pas- 401
siones suas functa sit, esuriens sub diabolo, sitiens sub Sa- 402
maritide, flens Lazarum, anxia usque ad mortem, denique et
mortua [est]. Quodsi tertium quid esset, ex utroque confusum,
ut electrum, non tam distincta documenta parerent utriusque
substantiae, sed et spiritus carnalia et caro spiritalia egisset
ex translatione, aut neque carnalia neque spiritalia, sed tertiae
alicuius formae ex confusione. Immo aut Sermo mortuus esset,
aut caro mortua non esset, si Sermo conversus esset in carnem;
aut caro enim immortalis fuisset aut Sermo mortalis. Sed quia

377. CV 47, 248; ML 2, 169. 378. CV 47, 276; ML 2, 188.
379. CV 47, 280; ML 2, 190.

substantiae ambae in statu suo quaeque distincte agebant, ideo illis et operae et exitus sui occurrerunt.

De monogamia, ca 217.

430 8. Quis corpus Domini dignius initiaret quam eiusmodi 380
432 caro, qualis et concepit illud et peperit? Et Christum quidem virgo enixa est, semel nuptura post partum, ut uterque titulus sanctitatis in Christi sensu dispungeretur, per matrem et virginem et univiram. . . .

566 8. Petrum solum invenio maritum, per socrum; mono- 381
54 gamum praesumo, per ecclesiam, quae, super illum aedificata, omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura. Ceteros cum maritos non invenio, aut spadones intellegam necesse est, aut continentes.

588 10. Pro anima eius [mariti] orat [mulier] et refrigerium in- 382
terim adpostulat ei et in prima resurrectione consortium et offert annuis diebus dormitionis eius.

De pudicitia, 217/23[1].

523 1. Audio etiam edictum esse propositum, et quidem per- 383
59 emptorium. Pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum, edicit: ‚Ego et moechiae et fornicationis delicta paenitentia functis dimitto.' O edictum, cui adscribi non poterit: ‚Bonum factum!'

570 4. Penes nos occultae quoque coniunctiones, id est non 384
prius apud ecclesiam professae, iuxta moechiam et fornicationem iudicari periclitantur.

522 523 5. Adsistit idololatres, adsistit homicida, in medio eorum 385
525 adsistit et moechus. Pariter de paenitentiae officio sedent, in sacco et cinere inhorrescunt, eodem fletu ingemiscunt, iisdem precibus ambiunt, iisdem genibus exorant, eamdem invocant matrem. Quid agis, mollissima et humanissima disciplina?

---

[1] Attende Tertullianum montanistam in libello *de pudicitia* retractare ea quae catholicus docuerat in libello *de paenitentia* de remissione peccatorum; quod ipse fatetur: «Erit igitur et hic adversus psychicos titulus, adversus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis obiectent. Numquam societatis repudium delicti praeiudicium est; quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. At enim me non magis dedecorabit utilis levitas, quam ornarit nocens. Non suffundor errore, quo carui, quia caruisse delector, quia meliorem me et pudiciorem recognosco» (De pud. 1; ed. Pr. p. 19).

380. ML 2, 939; O (= Oehler) 1, 772.
381. ML 2, 939; O 1, 773. 382. ML 2, 942; O 1, 776.
383. Pr (= Preuschen) 19; ML 2, 980. Ediderunt etiam *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa* in CV, et *P. de Labriolle,* Texte latin, trad. fr., Paris 1906.
384. Pr 24; ML 2, 987. 385. Pr 26; ML 2, 989.

Aut omnibus iis hoc esse debebis, *beati* enim *pacifici* [Mt 5, 9], aut, si non omnibus, nostra esse. Idololatren quidem et homicidam semel damnas, moechum vero de medio excipis? Idololatrae successorem, homicidae antecessorem, utriusque collegam? Personae acceptatio est: miserabiliores paenitentias reliquisti.

386 18. Quodsi clementia Dei ignorantibus adhuc et infidelibus 526
competit, utique et paenitentia ad se clementiam invitat, salva 531
illa paenitentiae specie post fidem, quae aut levioribus delictis
veniam ab episcopo consequi poterit, aut maioribus et irre- 522
missibilibus a Deo solo.

387 21. Sed habet, inquis, potestatem ecclesia delicta donandi. 521
Hoc ego magis et agnosco et dispono, qui ipsum Paracletum 522
in prophetis novis habeo dicentem: ‚Potest ecclesia donare delictum, sed non faciam, ne et alia delinquant.‘ Quid, si pseudopropheticus spiritus pronuntiavit? atqui magis eversoris fuisset et semetipsum de clementia commendare et ceteros ad delinquentiam temptare. Aut si et hoc secundum spiritum veritatis adfectare gestivit, ergo spiritus veritatis potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurium malo non
vult. De tua nunc sententia quaero, unde hoc ius ecclesiae 54
usurpes. Si quia dixerit Petro Dominus: *Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; tibi dedi claves regni caelestis,* vel: *Quaecumque alligaveris vel solveris in terra, erunt alligata vel soluta in caelis* [Mt 16, 18 sq]; idcirco praesumis et ad te derivasse solvendi et alligandi potestatem, id est ad omnem ecclesiam Petri propinquam? Qualis es, evertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem? *Super te,* inquit, *aedificabo ecclesiam meam,* et: *Dabo tibi claves,* non ecclesiae, et: *Quaecumque solveris vel alligaveris,* non quae solverint vel alligaverint.

S. HIPPOLYTUS, saec. II—III.

De Antichristo, ca 200.

388 2. Οὗτοι γὰρ πνεύματι προφητικῷ οἱ πάντες κατηρτισμένοι 66
καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἀξίως τετιμημένοι, ὀργάνων δίκην ἑαυτοῖς ἡνωμένοι ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς ἀεὶ τὸν Λόγον ὡς πλῆκτρον,

388 2. Hi namque patres spiritu prophetiae aptati digneque ab 66
ipso Verbo honorati, quo nimirum velut organa in se ipsis semper unitum Verbum tamquam plectrum haberent, cuius nutu atque

386. Pr 59; ML 2, 1017. 387. Pr 67; ML 2, 1024.
388. CB 1, 2. Hälfte (ed. H. Achelis, 1897), 4; MG 10, 728.

δι' οὗ κινούμενοι ἀπήγγελλον ταῦτα ἅπερ ἤθελεν ὁ Θεός. Οὐ γὰρ ἐξ ἰδίας δυνάμεως οἱ προφῆται ἐφθέγγοντο, μὴ πλανῶ, οὐδὲ ἅπερ αὐτοὶ ἠβούλοντο ταῦτα καὶ ἐκήρυσσον.

125 3. Οὐδένα γὰρ ἀποβάλλεται τῶν ἑαυτοῦ δούλων, οὐδένα 389
βδελύσσεται ὡς μὴ ὄντα ἄξιον τῶν θείων αὐτοῦ μυστηρίων ... πάντας ἐλεῶν καὶ πάντας σώζειν ἐπιθυμῶν, πάντας υἱοὺς Θεοῦ καταρτίσαι θέλων, καὶ τοὺς πάντας ἁγίους εἰς ἕνα τέλειον
410 ἄνθρωπον καλῶν. Εἷς γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς, δι' οὗ καὶ ἡμεῖς
182 τυχόντες τὴν διὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἀναγέννησιν, εἰς τὸν ἕνα τέλειον καὶ ἐπουράνιον ἄνθρωπον οἱ πάντες καταντῆσαι
377 ἐπιθυμοῦμεν. 4. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ ἄσαρκος ὢν ἐνεδύσατο τὴν ἁγίαν σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ὡς νυμφίος ἱμάτιον, ἐξυφήνας ἑαυτῷ ἐν τῷ σταυρικῷ πάθει, ὅπως συγκεράσας τὸ θνητὸν ἡμῶν σῶμα τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, καὶ μίξας τὸ φθαρτὸν τῷ ἀφθάρτῳ καὶ τὸ ἀσθενὲς τῷ ἰσχυρῷ σώσῃ τὸν ἀπολλύμενον ἄνθρωπον . . . Οἱ δὲ ἐργαζόμενοι πατριάρχαι τε καὶ προφῆται οἱ τὸν καλὸν ποδήρη καὶ τέλειον χιτῶνα ὑφαίνοντες Χριστοῦ, δι' ὧν ὁ Λόγος διικνούμενος κερκίδος δίκην ἐξυφαίνει δι' αὐτῶν ταῦθ' ἅπερ βούλεται ὁ Πατήρ.

In Danielem, 200/4.

476 1, 16. Πίστις καὶ ἀγάπη τὸ ἔλαιον καὶ τὰ σμήγματα τοῖς 390
λουομένοις ἑτοιμάζουσιν. Τίνα δὲ ἦν τὰ σμήγματα ἀλλ' ἢ αἱ τοῦ Λόγου ἐντολαί; τί δὲ τὸ ἔλαιον ἀλλ' ἢ τοῦ Ἁγίου Πνεύ-

---

afflatu, quae Deus vellet, haec prophetae annuntiabant; non enim ex sua facultate loquebantur, ne erres, nec quae ex animo essent haec praedicabant.

125 3. Nullum suorum servorum reicit, nullum horret ut divinorum 389
mysteriorum indignum . . . omnes volens omnesque salvare desiderans, omnes Dei filios praestare volens sanctosque omnes in
410 unum hominem perfectum vocans. Nam et unus Dei Filius est,
182 cuius etiam nos munere per Spiritum Sanctum adepti regenerationem, in unum perfectum ac caelestem hominem omnes occurrere
377 optamus. 4. Dei enim Verbum, cum esset carnis expers, sanctam carnem ex sancta virgine induit tamquam sponsus sibi ipsi in crucis patibulo vestem contexens; quo nimirum mortale corpus nostrum suae adunando virtuti, et corruptibile incorruptibili, infirmum firmo miscens, homini qui perierat salutem praestaret. . . . Textores artifices [sunt] patriarchae et prophetae, pulchrum Christo contexentes poderem ac perfectam tunicam, per quas Verbum pervadens radiorum more illarum opere contexit ea quae vult Pater.

476 1, 16. Fides et caritas oleum et unguenta lavantibus parant. 390
Quaenam vero unguenta, nisi Verbi mandata? quodnam autem

389. CB 1, 2, 6; MG 10, 732.
390. CB 1, 1. Hälfte (ed. G. N. Bonwetsch, 1897), 26; MG 10, 692.

ματος δύναμις; αἷς μετὰ τὸ λουτρὸν ὡς μύρῳ χρίονται οἱ πιστεύοντες.

390a 4, 6. Οὐδὲν γὰρ ὅλως ψεύδεται ἡ γραφή, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα 70
τὸ Ἅγιον πλανᾷ τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς προφήτας, δι' ὧν
εὐηρέστησεν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ καταγγεῖλαι τοῖς ἀνθρώποις.

•

Contra haeresim Noeti, 200/10.

391 10. Θεὸς μόνος ὑπάρχων, καὶ μηδὲν ἔχων ἑαυτῷ σύγ- 196
χρονον, ἐβουλήθη κόσμον κτίσαι. . . . Οὐδὲν πλὴν αὐτὸς ἦν· 191 157
αὐτὸς δὲ μόνος ὤν, πολὺς ἦν. Οὔτε γὰρ ἄλογος, οὔτε ἄσοφος,
οὔτε ἀδύνατος, οὔτε ἀβούλευτος ἦν. Πάντα δὲ ἦν ἐν αὐτῷ, αὐτὸς
δὲ ἦν τὸ πᾶν. Ὅτε ἠθέλησεν, καθὼς ἠθέλησεν, ἔδειξε τὸν
Λόγον αὐτοῦ καιροῖς ὡρισμένοις παρ' αὐτῷ, δι' οὗ τὰ πάντα 181
ἐποίησεν. . . . Ἐποίησεν οὖν ὡς ἠθέλησεν, Θεὸς γὰρ ἦν. Τῶν
δὲ γινομένων ἀρχηγὸν καὶ σύμβουλον καὶ ἐργάτην ἐγέννα Λόγον, 153
ὃν Λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ἀόρατόν τε ὄντα τῷ κτιζομένῳ
κόσμῳ, ὁρατὸν ποιεῖ, προτέραν φωνὴν φθεγγόμενος, καὶ φῶς
ἐκ φωτὸς γεννῶν, προῆκεν τῇ κτίσει κύριον, τὸν ἴδιον νοῦν.

392 11. Καὶ οὕτως παρίστατο αὐτῷ ἕτερος. Ἕτερον δὲ λέγων 158
οὐ δύο θεοὺς λέγω, ἀλλ' ὡς φῶς ἐκ φωτός, ἢ ὡς ὕδωρ ἐκ
πηγῆς, ἢ ὡς ἀκτῖνα ἀπὸ ἡλίου. Δύναμις γὰρ μία ἡ ἐκ τοῦ
παντός· τὸ δὲ πᾶν Πατήρ, ἐξ οὗ δύναμις Λόγος. Οὗτος δὲ
νοῦς, ὃς προβὰς ἐν κόσμῳ ἐδείκνυτο παῖς Θεοῦ.

---

oleum, nisi virtus Spiritus Sancti? quibus post lavacrum fideles perunguntur.

390a 4, 6. Nihil omnino mentitur scriptura, nec Spiritus Sanctus 70
decipit servos suos prophetas, per quos placuit voluntatem Dei
hominibus annuntiare.

391 10. Deus solus cum esset, nihilque sibi coaevum haberet, voluit 196
mundum efficere. . . . Nihil erat praeter ipsum; ipse solus, multus 191 157
erat. Nec enim erat sine ratione, sine sapientia, sine potentia,
sine consilio. Omnia erant in eo: ipse erat omnia. Quando voluit,
et quomodo voluit, ostendit Verbum suum temporibus apud eum
definitis; per quod omnia fecit. . . . Fecit igitur sicut voluit: Deus 181
enim erat. Eorum autem quae facta sunt, ducem, consiliarium et 153
operarium generabat Verbum; quod Verbum cum in se haberet,
essetque mundo creato inaspectabile, fecit aspectabile, emittens
priorem vocem; et lumen ex lumine generans, deprompsit ipsi
creaturae dominum, sensum suum.

392 11. Atque ita astitit ei alius. Cum alium dico, non duos deos 158
dico; sed tamquam lumen ex lumine et aquam ex fonte, aut radium
a sole. Una enim virtus quae ex toto est; totum vero Pater, ex
quo virtus Verbum. Hoc vero mens est, quod, prodiens in mundum,
ostensum est puer Dei.

390a. CB 1, 1, 198. 391. MG 10, 817.
392. MG 10, 817.

375 15. Ποῖον Υἱὸν ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς διὰ τῆς σαρκὸς κατέπεμ- 393
ψεν, ἀλλ' ἢ τὸν Λόγον, ὃν Υἱὸν προσηγόρευε διὰ τὸ μέλλειν
αὐτὸν γενέσθαι; Καὶ τὸ κοινὸν ὄνομα τῆς εἰς ἀνθρώπους
157 φιλοστοργίας ἀναλαμβάνει ὁ Υἱὸς καλούμενος. Οὔτε γὰρ
ἄσαρκος καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Λόγος, τέλειος ἦν Υἱός, καίτοι
385 τέλειος Λόγος ὤν, μονογενής. Οὔθ' ἡ σὰρξ καθ' ἑαυτὴν δίχα
τοῦ Λόγου ὑποστᾶναι ἠδύνατο, διὰ τὸ ἐν Λόγῳ τὴν σύστασιν
ἔχειν. Οὕτως οὖν εἷς Υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη. 16. . . . Ἴδω-
μεν δὲ καὶ τὸ προκείμενον· ὅτι ὄντως, ἀδελφοί, ἡ δύναμις ἡ
πατρῴα, ὅ ἐστιν Λόγος, ἀπ' οὐρανοῦ κατῆλθεν, καὶ οὐκ αὐτὸς
ὁ Πατήρ.

376 17. Πιστεύσωμεν οὖν, μακάριοι ἀδελφοί, κατὰ τὴν παρά- 394
δοσιν τῶν ἀποστόλων, ὅτι Θεὸς Λόγος ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν
378 εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, ἵνα σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς, λαβὼν
398 δὲ καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, λογικὴν δὲ λέγω, γεγονὼς πάντα
415 ὅσα ἐστὶν ἄνθρωπος, ἐκτὸς ἁμαρτίας, σώσῃ τὸν πεπτωκότα,
καὶ ἀφθαρσίαν ἀνθρώποις παράσχῃ τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ
ὄνομα αὐτοῦ. Ἐν πᾶσιν οὖν ἀποδέδεικται ἡμῖν τῆς ἀληθείας
181 λόγος, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Πατήρ, οὗ πάρεστι Λόγος, δι' οὗ τὰ
πάντα ἐποίησεν· ὃν ὑστέροις καιροῖς, καθὼς εἴπαμεν ἀνωτέρω,
184 ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων. Οὗτος διὰ
373 νόμου καὶ προφητῶν ἐκηρύχθη παρεσόμενος εἰς τὸν κόσμον.
Καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκηρύχθη, κατὰ τοῦτον καὶ παρὼν ἐφα-
430 νέρωσεν ἑαυτὸν ἐκ παρθένου καὶ Ἁγίου Πνεύματος, καινὸς

---

375 15. Qualem Filium suum Deus per carnem misit nisi Verbum 393
quod Filium vocavit, quia futurum erat ut ortum caperet? Et
cum Filius vocatur, commune nomen amoris erga homines sumit.
157 Neque enim Verbum sine carne et per se perfectus erat Filius,
385 licet fuerit perfectum Verbum, unigenitus. Neque caro per se
sine Verbo subsistere poterat, quia in Verbo habet subsistentiam.
Sic ergo unus Filius Dei perfectus manifestatus est. 16. . . . Videa-
mus nunc quod propositum nobis est: quod vere, fratres, virtus
Patris, id est Verbum, e caelo descendit et non ipse Pater.

376 17. Credamus igitur, dilecti fratres, secundum traditionem apo- 394
stolorum, quod Deus Verbum e caelis descendit in sanctam vir-
378 ginem Mariam, ut ex ea incarnatus sumpta anima humana, rationis
398 inquam participe, factus omnia quaecumque homo est, excepto
415 peccato, salvaret eum qui ceciderat, et immortalitatem hominibus
largiretur iis qui crederent in nomine suo. In omnibus igitur
demonstratum est nobis verbum veritatis, quod unus est Pater,
181 cuius adest Verbum, per quod omnia fecit, quod posterioribus
184 temporibus, sicut superius diximus, misit Pater ad salutem hominum.
373 Ille per legem et prophetas praedicatus est venturus in mundum.
430 Sicut igitur praedicatus est, sic praesens se ipsum manifestum
fecit ex virgine et Spiritu Sancto novus homo factus; habens

---

393. MG 10, 824. 394. MG 10, 825.

ἄνθρωπος γενόμενος· τὸ μὲν οὐράνιον ἔχων τὸ πατρῷον ὡς
Λόγος, τὸ δὲ ἐπίγειον ὡς ἐκ παλαιοῦ Ἀδὰμ διὰ παρθένου
σαρκούμενος. Οὗτος προελθὼν εἰς κόσμον Θεὸς ἐν σώματι 382
ἐφανερώθη, ἄνθρωπος τέλειος προελθών. Οὐ γὰρ κατὰ φαν-
τασίαν ἢ τροπήν, ἀλλ' ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος.

Adversus Graecos, ante 222.

395 2. Ἡμεῖς μὲν οὖν καὶ σῶμα ἀνίστασθαι πεπιστεύκαμεν. Εἰ 600
γὰρ καὶ φθείρεται, ἀλλ' οὐκ ἀπόλλυται· τούτου γὰρ τὰ λείψανα
γῆ ὑποδεξαμένη τηρεῖ, καὶ δίκην σπόρου πιαινομένου καὶ τῷ
γῆς λιπαρωτέρῳ συμπλεκομένου ἀνθεῖ· καὶ τὸ μὲν σπαρὲν κόκκος
γυμνὸς σπείρεται, καὶ κελεύσματι τοῦ δημιουργήσαντος Θεοῦ
θάλλων ἠμφιεσμένος καὶ ἔνδοξος ἐγείρεται, οὐ πρότερον εἰ
μὴ ἀποθανὼν λυθῇ καὶ γῇ συμμιγῇ. Ὥστε τὴν ἀνάστασιν τοῦ
σώματος οὐ μάτην πεπιστεύκαμεν, ἀλλ' εἰ καὶ λύεται πρὸς 299
καιρὸν διὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην παρακοήν, ὡς εἰς χωνευ-
τήριον εἰς γῆν καθίσταται πάλιν ἀναπλασθησόμενον, οὐ τοιοῦτον
φθειρόμενον, ἀλλὰ καθαρὸν καὶ μηκέτι φθειρόμενον, ὡς ἑκάστῳ
σώματι ἡ ἰδία ψυχὴ ἀποδοθήσεται, καὶ τοῦτο ἐπενδυσαμένη 610
οὐκ ἀνιαθήσεται, ἀλλὰ συγχαρήσεται καθαρὰ καθαρῷ παρα-
μείνασα, ὡς ἐν τῷ κόσμῳ νῦν δικαίως συνοδεύσασα καὶ μὴ
ἐπίβουλον ἐν πᾶσιν ἔχουσα, μετὰ πάσης ἀγαλλιάσεως ἀπο-
λήψεται. Οἱ δὲ ἄδικοι οὐκ ἀλλοιωθέντα τὰ σώματα οὐδὲ 599
πάθους ἢ νόσου μεταστάντα οὐδὲ ἐνδοξασθέντα ἀπολήψονται,

caeleste quod paternum erat, tamquam Verbum; terrenum vero
tamquam ex vetere Adam, per virginem incarnatus. Sic in mundum 382
egressus Deus in corpore apparuit, egressus perfectus homo. Non
enim per fictionem aut mutationem, sed vere factus est homo.

395 2. Nos credimus corpus resurrecturum; si enim corrumpitur, 600
non omnino perditur; terra enim, recipiens eius reliquias, eas
servat; et efflorescunt, instar seminis, in terrae pinguedine im-
mersae; et seminatum quidem granum nudum seminatur; ad im-
perium vero Dei creatoris florens, indutum et gloriosum exsurgit,
non antequam moriens dissolvatur et terrae commisceatur. Ita
ut non vane credamus resurrectionem corporum; nam etiamsi ad 299
tempus solvatur corpus, propter transgressionem originaliter per-
petratam, tamquam in conflatorio terrae mandatur, rursum ali-
quando reformandum: non tale corruptibile, sed purum nec iam
corruptioni obnoxium; ideo cuilibet corpori sua propria anima
reddetur; et illo induta non maerebit, sed cum illo gaudebit, pura 610
purum inhabitans: ita ut nunc in mundo iuste comes facta, et
non habens in ulla re illum insidiatorem, hoc rursus accipiet cum
omni gaudio. Iniusti vero non immutata accipient corpora, nec 599
liberata affectibus et morbis, nec glorificata, sed in iis morbis

395. TU 20 [N. F. 5], 2. Heft (Fragmente vornicänischer Kirchenväter . . . ed. K. Holl, 1899), 140; MG 10, 800.

ἀλλ᾿ ἐν οἷς νοσήμασιν ἐτελεύτων καὶ ὁποῖα ἦν τοιαῦτα ἀναβιώσαντα ἐπενδύσονται, καὶ ὁποῖοι ἐν ἀπιστίᾳ γεγένηνται, τοιοῦτοι πιστῶς κριθήσονται.

601 3. Οὗ [τοῦ Θεοῦ Λόγου] κρίσει παραστάντες οἱ πάντες, ἄν- 396
θρωποί τε καὶ ἄγγελοι καὶ δαίμονες, μίαν ἀποφθέγξονται φωνήν, οὕτως λέγοντες· «Δικαία σου ἡ κρίσις» [Ps 118, 137]· ἧς φωνῆς
367 τὸ ἀνταπόδομα ἐπ᾿ ἀμφοτέροις τὸ δίκαιον ἐπάγει, τοῖς μὲν εὖ
594 πράξασι δικαίως τὴν ἀΐδιον ἀπόλαυσιν παρέχοντος, τοῖς δὲ τῶν φαύλων ἐρασταῖς τὴν αἰώνιον κόλασιν ἀπονέμοντος, καὶ
592 τούτοις μὲν τὸ πῦρ ἄσβεστον διαμένει καὶ ἀτελεύτητον, σκώληξ δέ τις ἔμπυρος μὴ τελευτῶν μηδὲ σῶμα διαφθείρων, ἀπαύστως
596 ὀδύνην ἐκ σώματος ἐκβράσσων παραμένει. Τούτους οὐχ ὕπνος ἀναπαύσει, οὐ νὺξ παρηγορήσει, οὐ θάνατος τῆς κολάσεως ἀπολύσει, οὐ παράκλησις συγγενῶν μεσιτευσάντων ὀνήσει. Οὐ γὰρ ἔτι δίκαιοι ὑπ᾿ αὐτῶν ὁρῶνται, οὐδὲ μνήμης γίνονται ἄξιοι.

Philosophumena, post 222.

188 L. 10, c. 32. Θεὸς εἷς, ὁ πρῶτος καὶ μόνος καὶ ἁπάντων 397
196 ποιητὴς καὶ κύριος, σύγχρονον ἔσχεν οὐδέν, οὐ χάος ἄπειρον, οὐχ ὕδωρ ἀμέτρητον ἢ γῆν στερράν, οὐχὶ ἀέρα πυκνόν, οὐ πῦρ θερμόν, οὐ πνεῦμα λεπτόν, οὐκ οὐρανοῦ μεγάλου κυανέαν
191 ὀροφήν· ἀλλ᾿ ἦν εἷς μόνος ἑαυτῷ, ὃς θελήσας ἐποίησε τὰ ὄντα
118 οὐκ ὄντα πρότερον, πλὴν ὅτι ἠθέλησε ποιεῖν, ὡς ἔμπειρος ὢν τῶν ἐσομένων· πάρεστι γὰρ αὐτῷ καὶ πρόγνωσις.

---

quibus vitam finierunt, et eadem quae antea fuerunt resurgentia; et quales in incredulitate vixerunt, tales certe iudicabuntur.

601 3. Cuius [Dei Verbi] iudicio adstantes omnes, homines, angeli, 396
daemones, unam hanc vocem emittent, sic dicentes: *Iustum iudicium tuum.* Cuius vocis aequitatem retributio utrisque facta
367 ostendit; cum bene facientibus iuste fruitio aeterna retribuatur,
594 malorum vero cupidis aeternum supplicium reddatur, et hos manet
592 ignis inexstinguibilis et qui numquam finietur, et vermis igneus non moriens, sed incessabili dolore ex corpore effervescens. Illis
596 non somnus quietem afferet, non nox leniet, non mors supplicia solvet, non iuvabit exhortatio affinium intercessorum. Nam iusti non amplius ab illis videbuntur, nec ulla sunt amplius memoria digni.

188 10, 32. Deus unus, primus et solus et omnium creator et do- 397
196 minus, coaevum habuit nihil, non chaos infinitum, non aquam immensam vel terram solidam, non aëra densum, non ignem calidum, non spiritum tenuem, non caeli magni cyaneam cameram; sed
191 erat unus, solus pro se, qui, dum voluit, fecit omnia quae sunt,
118 quae non erant antea, nisi quod voluit ea facere, utpote gnarus futurorum: est enim ei et praescientia.

---

396. TU 20, 2, 141; MG 10, 801.
397 MG 16, 3, 3446; C (= Cruice) 514.

398 10, 33. Οὗτος οὖν μόνος καὶ κατὰ πάντων Θεὸς Λόγον 163
πρῶτον ἐννοηθεὶς ἀπογεννᾷ, οὐ λόγον ὡς φωνήν, ἀλλ' ἐνδιάθετον τοῦ παντὸς λογισμόν. Τοῦτον μόνον ἐξ ὄντων ἐγέννα,
τὸ γὰρ ὂν αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἦν, ἐξ οὗ τὸ γεννηθέν. Αἴτιον τοῖς 181
γινομένοις Λόγος ἦν, ἐν ἑαυτῷ φέρων τὸ θέλειν τοῦ γεγεννηκότος, οὐκ ἄπειρος τῆς τοῦ Πατρὸς ἐννοίας· ἅμα γὰρ τῷ ἐκ τοῦ γεννήσαντος προελθεῖν, πρωτότοκος τούτου γενόμενος φωνή, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὰς ἐν τῷ Πατρὶ προεννοηθείσας ἰδέας, ὅθεν, κελεύοντος Πατρὸς γίνεσθαι κόσμον, τὸ κατὰ ἓν Λόγος ἀπετελεῖτο ἀρέσκων Θεῷ. . . . Ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίει ὁ Θεός. Ταῦτα Λόγῳ ἐδημιούργει, ἑτέρως γενέσθαι μὴ δυνάμενα, ἢ ὡς ἐγένετο. Ὅτε δὲ ὡς ἠθέλησε καὶ ἐποίησε, ὀνόματι καλέσας ἐσήμηνεν. Ἐπὶ τούτοις τὸν πάντων ἄρχοντα δημιουργῶν ἐκ πασῶν συνθέτων οὐσιῶν ἐσκεύασεν· οὐ θεὸν θέλων ποιεῖν ἔσφηλεν, οὐδὲ ἄγγελον (μὴ πλανῶ), ἀλλ' ἄνθρωπον. Εἰ γὰρ θεόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι, ἐδύνατο· ἔχεις τοῦ Λόγου τὸ παράδειγμα· ἄνθρωπον θέλων ἄνθρωπόν σε ἐποίησεν· εἰ δὲ θέλεις καὶ θεὸς γενέσθαι, ὑπάκουε τῷ πεποιηκότι, καὶ μὴ ἀντίβαινε νῦν, ἵνα ἐπὶ τῷ μικρῷ πιστὸς εὑρεθεὶς καὶ τὸ μέγα πιστευθῆναι δυνηθῇς. Τούτου ὁ Λόγος μόνος ἐξ αὐτοῦ· διὸ καὶ 158
Θεός, οὐσία ὑπάρχων Θεοῦ· ὁ δὲ κόσμος ἐξ οὐδενός· διὸ οὐ 189
Θεός· οὗτος ἐπιδέχεται καὶ λύσιν, ὅτε βούλεται ὁ κτίσας. Ὁ δὲ 197
κτίσας Θεὸς κακὸν οὐκ ἐποίει οὐδὲ ποιεῖ· [ποιεῖ] καλὸν καὶ
ἀγαθόν, ἀγαθὸς γὰρ ὁ ποιῶν. . . . Τοῦτον τὸν Λόγον ἐν 184
375

398 10, 33. Hic igitur solus et super omnia Deus Verbum primum 163
cogitando egignit, non verbum veluti vocem, sed interiorem universi ratiocinationem. Hunc solum ex entibus genuit; ens enim
ipse Pater erat, ex quo id quod genitum est. Causa eorum quae 181
exsistunt Verbum erat, in se ipso gerens voluntatem genitoris, haud ignarum paternae cogitationis. Nam simul atque ex genitore processit, primogenita eius facta vox, habet in semetipso ideas in Patre praecogitatas; quare, iubente Patre fieri mundum, singula Verbum perficiebat placens Deo. . . . Quaecumque voluit, faciebat Deus. Haec per Verbum fabricabantur, quae aliter fieri non possunt atque facta sunt. Quando autem sicuti voluit etiam fecit ea, nomine vocando significavit. Super haec universorum principem fabricans ex omnibus compositis substantiis confecit; non deum volens facere fefellit, neque angelum (ne erres), sed hominem. Nam si deum te voluisset facere, poterat; habes Verbi exemplum; hominem volens, hominem te fecit; sin vero vis et deus fieri, oboedi ei qui te fecit, neque obnitere nunc, ut super parvum fideli tibi reperto magnum etiam concredi possit. Huius Verbum solum ex 158
ipso; ideo et Deus, substantia cum sit Dei. Mundus autem ex 189
nihilo; ideo non Deus; hic etiam dissolvitur, quando vult qui eum
creavit. Deus autem, qui creavit, malum non faciebat neque facit; 197
facit honestum et bonum; bonus est enim qui facit. . . . Hoc 184
375

398. MG 16, 3, 3447; C 515.

373 ὑστέροις ἀπέστελλεν ὁ Πατήρ, οὐκέτι διὰ προφήτου λαλεῖν,
οὐ σκοτεινῶς κηρυσσόμενον ὑπονοεῖσθαι θέλων, ἀλλ' αὐτοψεὶ
φανερωθῆναι τοῦτον λέγων, ἵνα κόσμος ὁρῶν δυσωπηθῇ οὐκ
ἐντελλόμενον διὰ προσώπου προφητῶν, οὐδὲ δι' ἀγγέλου
φοβοῦντα ψυχήν, ἀλλ' αὐτὸν παρόντα τὸν λελαληκότα. Τοῦτον
377 ἔγνωμεν ἐκ παρθένου σῶμα ἀνειληφότα, καὶ τὸν παλαιὸν ἄν-
412 θρωπον διὰ καινῆς πλάσεως πεφορηκότα, ἐν βίῳ διὰ πάσης
ἡλικίας ἐληλυθότα, ἵνα πάσῃ ἡλικίᾳ αὐτὸς νόμος γενηθῇ, καὶ
σκοπὸν τὸν ἴδιον ἄνθρωπον πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδείξῃ παρών,
καὶ δι' αὐτοῦ ἐλέγξῃ, ὅτι μηδὲ ἐποίησεν ὁ Θεὸς πονηρόν, καὶ
301 ὡς αὐτεξούσιος ὁ ἄνθρωπος ἔχων τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν,
379 δυνατὸς ὢν ἐν ἀμφοτέροις· τοῦτον ἄνθρωπον ἴσμεν [ἐκ] τοῦ
καθ' ἡμᾶς φυράματος γεγονέναι. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ
ὑπῆρξε, μάτην νομοθετεῖ μιμεῖσθαι τὸν διδάσκαλον. Εἰ γὰρ
ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος ἑτέρας ἐτύγχανεν οὐσίας, τί τὰ ὅμοια
κελεύει ἐμοὶ τῷ ἀσθενεῖ πεφυκότι, καὶ πῶς οὗτος ἀγαθὸς καὶ
δίκαιος;

374 10, 34. Χριστός ἐστιν ὁ κατὰ πάντων Θεός, ὃς τὴν ἁμαρτίαν 399
413 415 ἐξ ἀνθρώπων ἀποπλύνειν προσέταξε, νέον τὸν παλαιὸν ἄν-
θρωπον ἀποτελῶν, εἰκόνα τοῦτον καλέσας ἀπ' ἀρχῆς διὰ τύπου
τὴν εἴς σε ἐπιδεικνύμενος στοργήν, οὗ προστάγμασιν ὑπακούσας
σεμνοῖς, καὶ ἀγαθοῦ ἀγαθὸς γενόμενος μιμητής, ἔσῃ ὅμοιος ὑπ'
αὐτοῦ τιμηθείς. Οὐ γὰρ πτωχεύει Θεὸς καὶ σὲ θεὸν ποιήσας
εἰς δόξαν αὐτοῦ.

---

373 Verbum posterioribus temporibus mittebat Pater, non amplius per
prophetam loqui neque obscure praedicatum subintellegi illud
volens, sed ipso visu apparere, ut mundus illud videns revereretur
non per prophetas praecipiens, neque per angelum terrens animum,
377 sed ipsum praesens quod locutum est. Hoc novimus ex virgine
corpus assumpsisse, et veterem hominem per novam assumptionem
412 gestasse, in vita per quamque aetatem venisse, ut cuique aetati
caro mea est pro saeculi vita [Io 6, 51 52]. Quando ergo dicit in aeternum vivere si qui ederit de eius pane, ut manifestum est eos vivere qui corpus eius attingunt et eucharistiam iure communicationis accipiunt, ita contra timendum est et orandum, ne, dum quis abstentus separatur a Christi corpore, remaneat a salute, comminante ipso et dicente: *Nisi ederitis carnem Filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis*
vitam in vobis [Io 6, 54]. Et ideo panem nostrum, id est 501
Christum, dari nobis cotidie petimus, ut, qui in Christo manemus et vivimus, a sanctificatione eius et corpore non recedamus.

Ad Demetrianum, 252.

560 24. Cremabit addictos ardens semper gehenna et vivacibus 592 594
flammis vorax poena, nec erit unde habere tormenta vel re- 596
quiem possint aliquando vel finem. Servabuntur cum corpori-

---

558. CV 3, 1, 276; ML 4, 528. 559. CV 3, 1, 280; ML 4, 531.
560. CV 3, 1, 368; ML 4, 561.

584 bus suis animae infinitis cruciatibus ad dolorem. . . . Erit tunc sine fructu paenitentiae dolor poenae, inanis ploratio et inefficax deprecatio. In aeternam poenam sero credunt qui in vitam aeternam credere noluerunt.

584 25. Quando istinc recessum fuerit, nullus iam paenitentiae 561
locus est, nullus satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur aut tenetur: hic saluti aeternae cultu Dei et fructu fidei pro-
547 videtur. Nec quisquam aut peccatis retardetur aut annis, quo-
522 minus veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti paenitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam Dei aditus, et quaerentibus atque intellegentibus veritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu et vitae temporalis occasu pro delictis roges, et Deum, qui unus et verus est, confessione et fide agnitionis eius implores, venia confitenti datur et credenti indulgentia salutaris de divina pietate conceditur et ad immortalitatem sub ipsa morte transitur.

De mortalitate, 252/3.

3 6. Si tibi vir gravis et laudabilis aliquid polliceretur, haberes 562
254 pollicenti fidem nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem stare in sermonibus atque in actibus suis scires. Deus tecum loquitur, et tu mente incredula perfidus fluctuaris? Deus de hoc mundo recedenti immortalitatem atque aeternitatem pollicetur, et dubitas? Hoc est Deum omnino non nosse, hoc est Christum credendi magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere.

De opere et eleemosynis, 253.

415 1. Multa et magna sunt, fratres carissimi, beneficia divina, 563
quibus in salutem nostram Dei Patris et Christi larga et copiosa clementia et operata sit et semper operetur, quod conservandis et vivificandis nobis Pater Filium misit ut reparare nos posset, quodque Filius missus esse et hominis filius vocari voluit ut nos Dei filios faceret: humiliavit se ut populum qui prius iacebat erigeret, vulneratus est ut vulnera nostra curaret, servivit ut ad libertatem servientes extraheret. Mori sustinuit ut immortalitatem mortalibus exhiberet. . . . Cum Dominus adveniens sanasset illa quae Adam portaverat vulnera et venena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano et praecepit ne ultra iam peccaret, ne quid peccanti gravius eveniret

354 14. Eme tibi albam vestem, ut, qui secundum Adam nudus 564
fueras et horrebas ante deformis, indumento Christi candido

561. CV 3, 1, 370; ML 4, 563. 562. CV 3, 1, 300; ML 4, 586.
563. CV 3, 1, 373; ML 4, 601. 564. CV 3, 1, 384; ML 4, 612.

vestiaris. Et quae matrona locuples et dives es, ungue oculos 367
tuos non stibio diaboli sed collyrio Christi, ut pervenire ad videndum Deum possis, dum Deum et moribus et operibus promereris.

De bono patientiae, 256.

565 6. Omnis actus eius [Christi] ab ipso statim adventu patientia 419
comite signatur, quod primum de [illa] sublimitate caelesti ad terrena descendens non aspernatur Dei Filius carnem hominis induere et, cum peccator ipse non esset, aliena peccata portare. Immortalitate interim posita fieri se mortalem patitur, ut innocens pro nocentium salute perimatur.

566 17. Cum in illa prima transgressione praecepti firmitas 231
corporis cum immortalitate discesserit et cum morte infirmitas 299
venerit, nec possit firmitas recipi nisi cum recepta et immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporea luctari semper et congredi.

567 19. Diabolus hominem ad imaginem Dei factum impatienter 229 298
tulit: inde et perit primus et perdidit. Adam contra caeleste 299
praeceptum cibi letalis impatiens in mortem cecidit nec acceptam divinitus gratiam patientia custode servavit.

Epistulae[1].

568 Ep. 4 [Pomponio, a.?], 4. Si de iis [virginibus Deo dicatis] 580 523
aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat paenitentiam plenam, 525
quia, quae hoc crimen admisit, non mariti sed Christi adultera est, et ideo aestimato iusto tempore postea exomologesi facta ad ecclesiam redeat. Quodsi obstinate perseverant nec se ab invicem separant, sciant se cum hac sua impudica obstinatione numquam a nobis admitti in ecclesiam posse, ne exemplum ceteris ad ruinas delictis suis facere incipiant.

568 15 (ML ep. 10). Contra abusum libellorum martyrum et de reconciliatione episcopo reservata, v. K 267 sqq.*

569 16 [Presbyteris et diaconis, a. 250], 2. Cum in minoribus pec- 525
catis agant peccatores paenitentiam iusto tempore, et secundum disciplinae ordinem ad exomologesim veniant, et per manus 527
impositionem episcopi et cleri ius communicationis accipiant, 439
nunc crudo tempore persecutione adhuc perseverante, nondum restituta ecclesiae ipsius pace, ad communicationem ad-

---

[1] Post numerum epistulae indicatur cui et quando scripta fuerit. Numerus vero datur iuxta editionem CV; quodsi non idem est apud ML, indicatur in notis.

565. CV 3, 1, 401; ML 4, 626. 566. CV 3, 1, 409; ML 4, 633.
567. CV 3, 1, 410; ML 4, 634.
568. CV 3, 2, 476; ML (ep. 62) 4, 370.
569. CV 3, 2, 518; ML (ep. 9) 4, 251.

mittuntur, et offertur nomine eorum, et nondum paenitentia
506 acta, nondum exomologesi facta, nondum manu iis ab episcopo
et clero imposita, eucharistia illis datur, cum scriptum sit:
Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit
corporis et sanguinis Domini [1 Cor 11, 27].

536 18 [Presbyteris et diaconis, a. 250], 1. Quoniam video facul- 570
tatem veniendi ad vos nondum esse et iam aestatem coepisse,
quod tempus infirmitatibus assiduis et gravibus infestat, oc-
550 currendum puto fratribus nostris, ut, qui libellos a martyribus
acceperunt et praerogativa eorum apud Deum adiuvari possunt,
529 si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint,
non exspectata praesentia nostra, apud presbyterum quem-
cumque praesentem vel, si presbyter repertus non fuerit et
546 urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesim
527 facere delicti sui possint, ut manu iis in paenitentiam imposita
veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris
ad nos factis desideraverunt.

34 33 [sine inscriptione, a. 250], 1. Dominus noster, cuius prae- 571
54 cepta metuere et servare debemus, episcopi honorem et ec-
clesiae suae rationem disponens in evangelio loquitur et dicit
Petro: *Ego tibi dico, quia tu es Petrus,* etc. [Mt 16, 18 19].
39 Inde per temporum et successionum vices, episcoporum ordi-
natio et ecclesiae ratio decurrit, ut ecclesia super episcopos
constituatur et omnis actus ecclesiae per eosdem praepositos
gubernetur. Cum hoc ita divina lege fundatum sit, miror
quosdam audaci temeritate sic mihi scribere voluisse, ut ec-
clesiae nomine litteras facerent, quando ecclesia in episcopo
et clero et in omnibus stantibus sit constituta.

283 39 [Presbyteris et diaconis et plebi universae, a. 251], 3. Lau- 572
rentius et Egnatius in castris et ipsi quondam saecularibus
militantes, sed veri et spiritales Dei milites, dum diabolum
Christi confessione prosternunt, palmas Domini et coronas
illustri passione meruerunt. Sacrificia pro iis semper, ut
meministis, offerimus, quoties martyrum passiones et dies anni-
versaria commemoratione celebramus.

40 43 [Plebi universae, a. 251], 5. Deus unus est et Christus 573
46 59 unus et una ecclesia et cathedra una super Petrum Domini
voce fundata. Aliud altare constitui et sacerdotium novum
fieri praeter unum altare et unum sacerdotium non potest.
Quisque alibi collegerit, spargit.

58 48 [Cornelio P., a. 251], 3. Placuit ut per episcopos retenta 574
59 a nobis rei veritate et ad comprobandam ordinationem tuam

570. CV 3, 2, 523; ML (ep. 12) 4, 259.
571. CV 3, 2, 566; ML (ep. 27) 4, 298.
572. CV 3, 2, 583; ML (ep. 34) 4, 323.
573. CV 3, 2, 594; ML (ep. 40) 4, 336.
574. CV 3, 2, 607; ML (ep. 45) 3, 711.

facta auctoritate maiore, tunc demum scrupulo omni de sin-
gulorum pectoribus excusso, per omnes omnino istic positos
litterae fierent; sicuti fiunt, ut te universi collegae nostri et
communicationem tuam, id est catholicae ecclesiae unitatem, 53
pariter et caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod
divinitus evenisse et consilium nostrum providenter processisse
gaudemus.

575 55 [Antoniano, a. 251/2], 8. Factus est autem Cornelius 56
episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum paene 58
omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit suffragio, de
sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum
nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus
Petri et gradus cathedrae sacerdotalis vacaret: quo occupato
et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensione firmato,
quisque iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec
habeat ecclesiasticam ordinationem qui ecclesiae non tenet
unitatem.

576 55, 17. Placuit, frater carissime, examinatis causis singulo- 529
rum libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subveniri,
quia exomologesis apud inferos non est nec ad paenitentiam 584
quis a nobis compelli potest, si fructus paenitentiae subtrahatur.
Si proelium prius venerit, corroboratus a nobis invenietur
[armatus] ad proelium; si vero ante proelium infirmitas urserit,
cum solacio pacis et communicationis abscedit.

577 55, 27. Neminem putamus a fructu satisfactionis et spe 522
pacis arcendum, cum sciamus iuxta scripturarum divinarum
fidem, auctore et hortatore ipso Deo, et ad agendam paeni-
tentiam peccatores redigi et veniam atque indulgentiam paeni-
tentibus non denegari.

578 55, 29. Quodsi invenimus a paenitentia agenda neminem 522
debere prohiberi et deprecantibus atque exorantibus Domini 525
misericordiam, secundum quod ille misericors et pius est, per
sacerdotes eius pacem posse concedi, admittendus est plan- 545
gentium gemitus et paenitentiae fructus dolentibus non ne-
gandus. Et quia apud inferos confessio non est nec exomo- 584
logesis illic fieri potest, qui ex toto corde paenituerint et
rogaverint, in ecclesiam debent interim suscipi et in ipsa
Domino reservari.

579 58 [Plebi Thibari consistenti, a. 253], 10. O dies ille qualis et 594
quantus adveniet, fratres dilectissimi, cum coeperit populum 601
suum Dominus recensere et divinae cognitionis examine sin-
gulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes

575. CV 3, 2, 629; ML (ep. 52) 3, 770.
576. CV 3, 2, 636; ML (ep. 52) 3, 783.
577. CV 3, 2, 646; ML (ep. 52) 3, 793.
578. CV 3, 2, 647; ML (ep. 52) 3, 794.
579. CV 3, 2, 665; ML (ep 56) 4, 357.

et persecutores nostros flammae poenalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei et devotionis exsolvere.
607 Quae erit gloria et quanta laetitia, admitti ut Deum videas,
611 honorari ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias, Abraham et Isaac et Iacob et patriarchas omnes et apostolos et prophetas et martyres salutare, cum iustis et Dei amicis in regno caelorum datae immortalitatis voluptate gaudere, sumere illic quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Maiora enim nos accipere quam quod hic aut operamur aut patimur apostolus praedicat dicens: *Non sunt condignae passiones huius temporis ad superventuram claritatem quae revelabitur in nobis* [Rom 8, 18]. Cum revelatio illa venerit, cum claritas super nos Dei fulserit, tam beati erimus et laeti dignatione Domini honorati, quam rei remanebunt et miseri qui Dei desertores aut contra Deum rebelles voluntatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inexstinguibili igne torqueri.

58 59 [Cornelio P., a 252], 14. Navigare audent [haeretici] et ad 580
63 Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, ab schismaticis et profanis litteras ferre nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum?

515 63 [Caecilio, a ?], 4. *Tu es sacerdos in aeternum secundum* 581
493 *ordinem Melchisedech* [Ps 109, 4]. Qui ordo utique hic est de sacrificio illo veniens et inde descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem et vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem?

493 63, 9. Invenimus calicem mixtum fuisse quem Dominus 582
obtulit, et vinum fuisse quod sanguinem dixit. Unde apparet
513 sanguinem Christi non offerri, si desit vinum calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni.

494 63, 13. Quia nos omnes portabat Christus, qui et peccata 583
nostra portabat, videmus in aqua populum intellegi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, et credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur et iungitur.

512 63, 14. Si Christus Iesus Dominus et Deus noster ipse est 584
499 summus sacerdos Dei Patris, et sacrificium Patri se ipsum

---

580. CV 3, 2, 683; ML (ep. 55) 3, 818.
581. CV 3, 2, 703; ML 4, 376. 582. CV 3, 2, 708; ML 4, 380.
583. CV 3, 2, 711; ML 4, 383. 584. CV 3, 2, 713; ML 4, 385.

obtulit, et hoc fieri in sui commemorationem praecepit, utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur et sacrificium verum et plenum tunc offert in ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse.

585 64 [Cyprianus et ceteri collegae qui in concilio adfuerunt numero LXVI 473
Fido, a. 252], 2. Quantum vero ad causam infantium pertinet 474
quos dixisti intra secundum vel tertium diem quem nati sint constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius iudicavimus nulli hominum nato misericordiam Dei et gratiam denegandam.

586 64, 5. Si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum 470
ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum
datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto 302
magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil pec- 303
cavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima nativitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata.

587 66 [Florentio, a. 254], 8. Loquitur illic [Io 6, 67—69] Petrus, 50
super quem aedificata fuerat ecclesia, ecclesiae nomine docens et ostendens, quia, etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, ecclesia tamen a Christo non recedit, et illi sunt ecclesia plebs sacerdoti adunata et pastori suo grex adhaerens. Unde scire debes episcopum in ecclesia esse et ecclesiam in episcopo, et, si qui cum episcopo non sit, in ecclesia non esse; et frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt, quando ecclesia, quae catholica una est, scissa non sit neque divisa, sed sit utique conexa et cohaerentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata.

588 67 [Cyprianus, Caecilius, Primus etc. (37 episcopi) Felici et Aelio 564
et plebi, a. 256], 5. Propter quod diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum, quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciae proximi quique conveniant, et episcopus deligatur plebe praesente, quae sin-

---

585. CV 3, 2, 718; ML (ep. 59) 3, 1015.
586. CV 3, 2, 720; ML (ep. 59) 3, 1018.
587. CV 3, 2, 732; ML (ep. 69) 4, 406.
588. CV 3, 2, 739; ML (ep. 68) 3, 1027.

gulorum vitam plenissime novit et uniuscuiusque actum de
eius conversatione perspexit. Quod et apud vos factum videmus
in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de universae fraterni-
tatis suffragio et de episcoporum, qui in praesentia convenerant
quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio episcopatus ei
561 deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur.

46 69 [Magno, a. 255], 3. Ecclesia una est, quae una et intus 589
52 esse et foris non potest. Si enim apud Novatianum est, apud
Cornelium [Papam] non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui
Fabiano episcopo legitima ordinatione successit et quem praeter
sacerdotii honorem martyrio quoque Dominus glorificavit,
Novatianus in ecclesia non est nec episcopus computari
potest, qui evangelica et apostolica traditione contempta nemini
succedens a se ipso ortus est. Habere namque aut tenere
ecclesiam nullo modo potest qui ordinatus in ecclesia non est.

463 69, 12. Quaesisti etiam, fili carissime, quid mihi de illis 590
videatur, qui in infirmitate et languore gratiam Dei con-
sequuntur, an habendi sint legitimi Christiani eo quod aqua
salutari non loti sint sed perfusi. Qua in parte nemini vere-
cundia et modestia nostra praeiudicat, quo minus unusquisque
quod putat sentiat et quod senserit faciat. Nos, quantum
concipit mediocritas nostra, aestimamus in nullo mutilari et
debilitari posse beneficia divina nec minus aliquid illic posse
contingere, ubi plena et tota fide et dantis et sumentis ac-
437 cipitur quod de divinis muneribus hauritur. . . . In sacramentis
salutaribus necessitate cogente et Deo indulgentiam suam
largiente totum credentibus conferunt divina compendia; nec
quemquam movere debet quod aspergi vel perfundi videntur
aegri, cum gratiam dominicam consequuntur.

469 70 [Cyprianus, Liberalis etc. (31 episc. Africae proconsularis) Ianuario, 591
Saturnino etc. (18 episc. Numidiae), a 255], 1. Sententiam nostram
non novam promimus, sed iam pridem ab antecessoribus
nostris statutam et a nobis observatam vobiscum pari con-
sensione coniungimus, censentes scilicet et pro certo tenentes
neminem baptizari foris extra ecclesiam posse, cum sit baptisma
unum in sancta ecclesia constitutum.

476 478 70, 2. Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus est, ut 592
481 accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei et habere
in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia est
unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatum[1]. Sancti-
ficare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit
450 nec ecclesiam. Unde nec unctio spiritalis apud haereticos

[1] Sic mss; in aliquibus edd. legitur: oleo . . . sanctificato.
589. CV 3, 2, 752; ML (ep. 76) 3, 1140.
590. CV 3, 2, 760; ML (ep. 76) 3, 1147.
591. CV 3, 2, 767; ML 3, 1037. 592. CV 3, 2, 768; ML 3, 1040.

potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse.

592a 71 [Quinto, a. 256], 1. Nescio qua etenim praesumptione 469
ducuntur quidam de collegis nostris, ut putent eos qui apud haereticos tincti sunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere, eo quod dicant unum baptisma esse. . . . Nos autem 446
dicimus eos qui inde veniunt, non rebaptizari apud nos, sed baptizari. . . . 2. Et dicunt se in hoc veterem consuetudinem sequi, quando apud veteres haereseos et schismatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic essent qui de ecclesia recedebant et hic baptizati prius fuerant, quos tunc ad ecclesiam revertentes et paenitentiam agentes necesse non erat baptizare. . . . 3. Non est autem de consuetudine praescribendum, sed ratione vincendum. . . . 4. Quod quidem et Agrippinus, bonae memoriae vir, cum ceteris coepiscopis suis, qui illo tempore in provincia Africa et Numidia ecclesiam Domini gubernabant, statuit et librata consilii communis examinatione firmavit. Quorum sententiam religiosam et legitimam, salutarem fidei et ecclesiae catholicae congruentem, nos etiam secuti sumus.

593 73 [Iubaiano, a. 256], 1. Scripsisti mihi, frater carissime, 469
desiderans significari tibi motum animi nostri, quid nobis videatur de haereticorum baptismo, qui foris positi et extra ecclesiam constituti vindicant sibi rem nec iuris sui nec potestatis. Quod nos nec ratum possumus nec legitimum computare, quando hoc apud eos esse constet illicitum. . . . Et nunc quoque cum in unum convenissemus tam provinciae Africae quam Numidiae episcopi numero septuaginta et unus, hoc idem denuo sententia nostra firmavimus, statuentes unum baptisma esse, quod sit in ecclesia catholica constitutum, ac per hoc non rebaptizari sed baptizari a nobis quicumque ab 446
adultera et profana aqua venientes abluendi sint et sanctificandi salutaris aquae veritate.

594 73, 7. Intellegimus non nisi in ecclesia praepositis et evan- 467
gelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare 545
et remissam peccatorum dare, foris autem nec ligari aliquid 450
posse nec solvi, ubi non sit qui aut ligare possit aut solvere.

595 73, 9. Qui legitimum et ecclesiasticum baptisma consecuti 476
fuerant, baptizari eos [Samaritanos] ultra non oportebat, sed tantummodo quod deerat, id a Petro et Ioanne factum est, ut oratione pro iis habita et manu imposita invocaretur et infunderetur super eos Spiritus Sanctus [Act 8, 14 sqq]. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut, qui in ecclesia baptizantur, praepositis ecclesiae offerantur et per nostram orationem ac

592a. CV 3, 2, 771; ML 4, 409. 593. CV 3, 2, 778; ML 3, 1110.
594. CV 3, 2, 783; ML 3, 1114. 595. CV 3, 2, 784; ML 3, 1115.

439 manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur.

450 73, 12. Si baptizari quis apud haereticos potuit, utique et 596
remissam peccatorum consequi potuit; si peccatorum remissam consecutus est, sanctificatus est; si sanctificatus est, templum Dei factus est; si templum Dei factus est, quaero cuius Dei?
141 Si creatoris, non potuit qui in eum non credidit. Si Christi,
374 nec huius fieri potest templum, qui negat Deum Christum.
148 Si Spiritus Sancti, cum tres unum sint, quomodo Spiritus Sanctus placatus esse ei potest, qui aut Filii aut Patris inimicus est?

465 73, 18. Ubi post resurrectionem a Domino apostoli ad 597
gentes mittuntur, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti
466 baptizare gentiles iubentur. Quomodo ergo quidam dicunt foris extra ecclesiam, immo et contra ecclesiam, modo in nomine Iesu Christi cuiuscumque et quomodocumque gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizari iubeat in plena et adunata Trinitate?

472 73, 22. Quidam, quasi evacuare possint humana argumen- 598
tatione praedicationis evangelicae veritatem, catechumenos nobis opponunt, si quis ex his, antequam in ecclesia baptizetur, in confessione nominis apprehensus fuerit et occisus, an spem salutis et praemium confessionis amittat, eo quod ex aqua prius non sit renatus. Sciant igitur eiusmodi homines, suffragatores et fautores haereticorum, catechumenos illos primo integram fidem et ecclesiae veritatem tenere, et ad debellandum diabolum de divinis castris cum plena et sincera Dei Patris et Christi et Spiritus Sancti cognitione procedere, deinde nec privari baptismi sacramento, utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo, de quo et Dominus dicebat habere se aliud baptisma baptizari [Lc 12, 50]. Sanguine autem suo baptizatos et passione sanctificatos consummari et divinae pollicitationis gratiam consequi declarat in evangelio idem Dominus, quando ad latronem in ipsa passione credentem et confitentem loquitur et quod secum futurus sit in paradiso pollicetur.

320 76 [Nemesiano, Felici, etc., in metallo constitutis, a. 257], 4. Quis 599
non pretiosam in conspectu Dei mortem fortiter et constanter excipiat, placiturus eius oculis, qui nos in congressione nominis sui desuper spectans, volentes comprobat, adiuvat dimicantes,
366 vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternae remunerans in nobis quidquid ipse praestitit, et honorans quod ipse perfecit?

596. CV 3, 2, 786; ML 3, 1117. 597. CV 3, 2, 791; ML 3, 1120.
598. CV 3, 2, 795; ML 3, 1124. 599. CV 3, 2, 831; ML (ep. 77) 4, 418.

Sentententiae episcoporum LXXXVII in Concilio Carthaginensi, a. 256.

600 87. *Cyprianus a Carthagine dixit:* Meam sententiam ple- 469
nissime exprimit epistula quae ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, haereticos secundum evangelicam et apostolicam contestationem adversarios Christi et antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiae baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, de antichristis christiani.

(?) De rebaptismate, 256.

601 10. Cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerum- 467
que cum baptismate aquae coniunctum est, sit constituta, siquidem per nos baptisma tradetur, integre et sollemniter et per omnia quae scripta sunt assignetur atque sine ulla ullius
rei separatione tradatur; aut si a minore clero per necessitatem 559
traditum fuerit, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis aut [a] Domino supplendum reservetur.

*601** *S. Stephani I Papae fragm. epist. ad Cyprianum. De baptismo haereticorum, apud Cypr., ep. 74 et 75, v. DB 46 sq.*

FIRMILIANUS, † 269.

Epistula ad Cyprianum, a. 256.

602 Apud *Cypr.,* Ep. 75, 16. Qualis vero error sit et quanta 450
caecitas eius, qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas haereticorum dari posse nec permanet in fundamento unius ecclesiae, quae semel a Christo super petram solidata est, hinc intellegi potest, quod soli Petro Christus dixerit: *Quaecumque ligaveris* etc. [Mt 16, 19]. . . . Potestas ergo peccatorum 521
remittendorum apostolis data est, et ecclesiis quas illi a Christo 60
missi constituerunt, et episcopis qui iis ordinatione vicaria successerunt.

*602** *Alia fragm. eiusdem epist. De baptismo haereticorum, v. DB 47, not., et K 308 sq.*

NOVATIANUS, † ca 257.

De Trinitate, ante 251.

603 2. Quidquid omnino de illo [Deo] rettuleris, rem aliquam 108
ipsius magis et virtutem quam ipsum explicaveris. Quid enim 110

---

600. CV 3, 1, 461; ML 3, 1074. Rursus edidit critice *H. von Soden* in Nachrichten von der Königl. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen, Philol.-histor. Kl., 1909, p. 247 sqq.
601. CV 3, 3, 82; ML 3, 1195. 602. CV 3, 2, 820; ML 3, 1168.
603. Fa (= Fausset) 8; ML 3, 890.

de eo condigne aut dicas aut sentias, qui omnibus et sermonibus et sensibus maior est? Nisi quod uno modo (et hoc ipsum quomodo possumus, quomodo capimus, quomodo intellegere licet?) quid sit Deus mente capiemus, si cogitaverimus id illum esse, quod, quale et quantum sit non possit intellegi, nec in ipsam quidem cogitationem possit venire.

376 10. Neque eum haereticorum agnoscimus Christum, qui in 604
imagine (ut dicitur) fuit et non in veritate; nihil enim verum
eorum quae gessit fecerit, si ipse phantasma et non veritas
fuit; neque eum qui nihil in se nostri corporis gessit, dum
379 ex Maria nihil accepit, ne non nobis venerit, dum non in
nostra substantia visus apparuit. Neque illum, qui aethercam
sive sideream, ut alii voluerunt haeretici, induit carnem, nullam
in illo nostro intellegamus salutem, si non etiam nostri corporis cognoscamus soliditatem.

383 11. Verum ne ex hoc, quod Dominum nostrum Iesum 605
Christum Dei creatoris Filium in substantia veri corporis exhibitum asserimus, aliis haereticis hoc in loco hominem tantum et solum defendentibus atque ideo hominem illum nudum et solitarium probare cupientibus aut manus dedisse aut loquendi materiam commodasse videamur; non sic de substantia corporis ipsius exprimimus, ut solum et tantum hominem illum esse dicamus, sed ut, divinitate Sermonis in ipsa concretione permixta, etiam Deum illum secundum scripturas esse teneamus.

384 24. Filius Dei descendit, qui, dum filium hominis in se 606
suscepit, consequenter illum Filium Dei fecit, quoniam illum Filius sibi Dei sociavit et iunxit, ut, dum filius hominis adhaeret in nativitate Filio Dei, ipsa permixtione faeneratum et mutuatum teneret quod ex natura propria possidere non posset. Ac sic facta est angeli voce, quod nolunt haeretici, inter Filium Dei hominisque, cum sua tamen sociatione, distinctio, urgendo illos uti Christum, hominis filium hominem, intellegant quoque Dei Filium, et hominem Dei Filium, id est Dei Verbum (sicut scriptum est), Deum accipiant; atque ideo Christum Iesum Dominum (ut ita dixerim) ex utroque contextum atque concretum et in eadem utriusque substantiae concordia mutui ad invicem foederis confibulatione sociatum, hominem et Deum, scripturae hoc ipsum dicentis veritate, cognoscant.

447 29. Hic est [Spiritus Sanctus] qui operatur ex aquis secundam 607
356
357 nativitatem, semen quoddam divini generis, et consecrator
360 caelestis nativitatis, pignus promissae hereditatis [Eph 1, 14]
et quasi chirographum quoddam aeternae salutis; qui nos Dei faciat templum [1 Cor 3, 17] et nos eius efficiat domum; qui

604. Fa 33; ML 3, 902. 605. Fa 35; ML 3, 903.
606. Fa 90; ML 3, 934. 607. Fa 109; ML 3, 944.

interpellat divinas aures pro nobis gemitibus ineloquacibus [Rom 8, 26], advocationis implens officia et defensionis exhibens munera; inhabitator corporibus nostris datus et sanctitatis effector.

608 31. Est ergo Deus Pater omnium institutor et creator, solus 188 151
originem nesciens, invisibilis, immensus, immortalis, aeternus, 100
unus Deus; cuius neque magnitudini neque maiestati neque 102 103
virtuti quidquam non dixerim praeferri, sed nec comparari
potest. Ex quo, quando ipse voluit, Sermo Filius natus est. . . . 153 154
Hic ergo, cum sit genitus a Patre, semper est in Patre. 157
Semper autem sic dico, ut non innatum sed natum probem.
Sed qui ante omne tempus est, semper in Patre fuisse dicendus
est; nec enim tempus illi assignari potest, qui ante tempus
est. Semper enim in Patre, ne Pater non semper sit Pater.
Quia et Pater illum etiam praecedit, quod necesse est prior 160
sit, qua Pater sit; quoniam antecedat necesse est eum qui
habet originem, ille qui originem nescit. . . . Hic ergo, quando
Pater voluit, processit ex Patre; et qui in Patre fuit, quia ex
Patre fuit, cum Patre postmodum fuit, quia ex Patre processit,
substantia scilicet illa divina cuius nomen est Verbum, per
quod facta sunt omnia et sine quo factum est nihil. Omnia 181
enim post ipsum sunt, quia per ipsum sunt, et merito ipse
est ante omnia, sed post Patrem, quando per illum facta sunt
omnia. Qui processit ex eo, ex cuius voluntate facta sunt
omnia, Deus utique procedens ex Deo, secundam personam
efficiens post Patrem, qua Filius, sed non eripiens illud Patri,
quod unus est Deus. Si enim natus non fuisset, innatus
comparatus cum eo qui esset innatus, aequatione in utroque
ostensa, duos faceret innatos et ideo duos faceret deos. Si
non genitus esset, collatus cum eo qui genitus non esset, et
aequales inventi, duos deos merito reddidissent non geniti;
atque ideo duos Christus reddidisset deos.

608* *S. Dionysii Romani fragm. ex epist. contra Sabellianos, ca 260. De Trinitate et Incarnatione, apud Athan., De decr. nic. syn. 26, cf. DB 48 sqq.*

S. DIONYSIUS ALEXANDRINUS, fin. saec. II—264/5.

Fragmenta.

609 *Elenchus et Apologia,* lib. 1. Fragm. apud *Athan.,* De sent. 157
Dion. 15. Οὐ γὰρ ἦν ὅτε ὁ Θεὸς οὐκ ἦν Πατήρ. . . . Ἀπαύγασμα δὲ ὢν [ὁ Υἱός] φωτὸς ἀϊδίου, πάντως καὶ αὐτὸς ἀΐδιός

---

609 Numquam fuit quando Deus non erat Pater. . . . Cum [Filius] 157
sit splendor lucis aeternae, et ipse omnino aeternus est. Luce

---

608. Fa 115; ML 3, 949.
609. MG 25, 501; ML 5, 118; Fe (= Feltoe) 186.

ἐστιν· ὄντος γὰρ ἀεὶ τοῦ φωτός, δῆλον ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα· τούτῳ γὰρ καὶ ὅτι φῶς ἐστι τῷ καταυγάζειν νοεῖται, καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι. . . . Ὄντος οὖν αἰωνίου τοῦ Πατρός, αἰώνιος ὁ Υἱός ἐστι, φῶς ἐκ φωτὸς ὤν· ὄντος γὰρ γονέως, ἔστι καὶ τέκνον· εἰ δὲ μὴ τέκνον εἴη, πῶς καὶ τίνος εἶναι δύναται γονεύς; Ἀλλ' εἰσὶν ἄμφω, καὶ εἰσὶν ἀεί.

163 *Id.* Fragm. apud *Athan.*, De sent. Dion. 23. Ἀπόρροια 610
γὰρ νοῦ λόγος· καὶ ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἰπεῖν, ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχετεύεται, ἕτερος γενόμενος τοῦ ἐν καρδίᾳ λόγου, ὁ διὰ γλώσσης νοῦς προπηδῶν. Ὁ μὲν γὰρ ἔμεινε προπέμψας, καὶ ἔστιν οἷος ἦν· ὁ δὲ ἐξέπτη προπεμφθεὶς καὶ φέρεται πανταχοῦ· καὶ οὕτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὢν θατέρου. καὶ ἕν εἰσιν, ὄντες δύο. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἕν, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι.

Fragm. ex epist. ad Philemonem Romanum. De baptismo haereticorum, 610*
apud Eus., H. E. 7, 7, v. K 313 sqq.

S. GREGORIUS THAUMATURGUS, ca 213—270/5.

Expositio fidei, 260/70.

141 Εἷς Θεός, Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ 611
162 157 δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, Λόγος ἐνεργός, σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική, καὶ δύναμις τῆς

---

enim semper exsistente, manifestum est et splendorem semper exsistere; eo enim ipso lucem esse intellegitur quod splendeat; ac fieri nequit ut lux non luceat. . . . Cum igitur aeternus sit Pater, aeternus est et Filius, lumen de lumine. Nam si genitor est, est et filius; quodsi filius non est, qua ratione et cuius potest esse genitor? Atqui ambo sunt, et semper sunt.

163 Verbum quippe est mentis emanatio et (ut humano more lo- 610
quamur) ex corde per os emittitur. Mens vero, quae per linguam prosilit, diversa est a verbo quod in corde exsistit; istud enim, postquam illud praemiserit, remanet et est quale antea erat; illud vero praemissum evolat et circumquaque fertur, et sic est utrumque in altero, tametsi diversum est ab altero, et unum sunt, licet duo sint. Sic namque Pater et Filius unum sunt, et in se invicem illos esse comprobatum est.

141 Unus Deus, Pater Verbi viventis, sapientiae subsistentis et 611
162 157 virtutis et figurae aeternae; perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, figura et imago deitatis, Verbum activum, sapientia omnium substantiam comprehendens, et virtus totius creaturae effectrix. Filius verus

---

610. MG 25, 513; ML 5, 122; Fe 191.
611. MG 10, 984; H (= Hahn) 253.

ὅλης κτίσεως ποιητική. Υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρός, ἀόρα-
τος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου,
καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα Ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν 170
ἔχον, καὶ διὰ Υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις· εἰκὼν 169
τοῦ Υἱοῦ, τελείου τελεία, ζωὴ ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης 175
ἁγιασμοῦ χορηγός· ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατήρ, ὁ ἐπὶ 182
πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ Υἱός, ὁ διὰ πάντων. Τριὰς
τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη, μηδὲ
ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι, 148
οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ
ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε Υἱὸς Πατρί, οὔτε Υἱῷ τὸ
Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί.

611* *S. Petri Alexandrini epist. canon., 9. De romano martyrio SS. Petri et Pauli, v.: K 347.*

S. METHODIUS, † ca 311.

Convivium decem virginum.

612 Or. 3, c. 6. Δεδημιούργητο [ὁ Ἀδάμ] αὐτὸς ἔξω φθορᾶς, 231
ἵνα τὸν βασιλέα γεραίρῃ πάντων καὶ ποιητήν, ἀντίφθογγα μελ-
ῳδῶν ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ φερομέναις βοαῖς. Ἀλλ'
ἐπεὶ συνέβη παρεληλυθότα τὴν ἐντολήν, ὀλέθριον πτῶμα καὶ 299
δεινὸν πεσεῖν εἰς θάνατον ἀναστοιχειωθέντα· διὰ τοῦτό φησιν
ὁ Κύριος, ἑαυτὸν εἰς τὸν βίον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐληλυθέναι,
καταλελοιπότα τὰς τάξεις καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν ἀγγέλων. . . .
Ἔλειπε γὰρ ἄνθρωπον εἰς τὴν βίβλον ἐγκαταλεχθῆναι ταύτην

---

veri Dei, invisibilis ex invisibili, incorruptibilis ex incorruptibili,
immortalis ex immortali, aeternus ex aeterno. Et unus Spiritus 170
Sanctus, ex Deo substantiam habens, et qui per Filium apparuit
hominibus; imago Filii, perfecti perfecta, vita viventium causa, 169
fons sanctus, sanctitas sanctificationem inducens; in quo Deus 175
Pater manifestatur, qui est super omnia et in omnibus, et Deus 182
Filius, qui est per omnia. Trinitas perfecta, gloria et aeternitate
et regno non divisa, neque abalienata. Neque creatum quid aut 148
serviens in Trinitate neque superinductum, quasi antea non fuisset
et postea supervenisset. Neque ita defuit umquam Filius Patri,
neque Filio Spiritus; sed invertibilis et immutabilis eadem Trini-
tas semper.

612 3, 6. Creatus est [Adam] ipse expers corruptionis, ut laudaret 231
regem et creatorem omnium, altero velut choro respondens angelo-
rum de caelo clamoribus. Sed cum contigisset eum, violato Dei 299
mandato, exitiali et terribili casu cadere in mortem et dissolu-
tionem, propterea dicit Dominus se in mundum e caelis venisse,
relictis angelorum ordinibus et cohortibus. . . . Restabat ut homo
in illum librum et numerum adscriberetur, cum illum Dominus

---

612. MG 18, 69.

ἔτι καὶ τὸν ἀριθμόν, βαστάσαντος αὐτὸν τοῦ Κυρίου καὶ ἀμφι-
εσαμένου· ἵνα μὴ καὶ πάλιν, ὡς ἔφην, ταῖς τρικυμίαις καὶ
415 ταῖς ἀπάταις περικλυσθεὶς καταποντωθῇ. Ταύτῃ γὰρ τὸν ἄν-
θρωπον ἀνείληφεν ὁ Λόγος, ὅπως δὴ δι' αὐτοῦ καταλύσῃ τὴν
409 ἐπ' ὀλέθρῳ γεγονυῖαν καταδίκην, ἡττήσας τὸν ὄφιν. Ἥρμοζε
γὰρ μὴ δι' ἑτέρου νικηθῆναι τὸν πονηρόν, ἀλλὰ δι' ἐκείνου ὃν
δὴ καὶ ἐκόμπαζεν ἀπατήσας αὐτὸν τετυραννηκέναι· ὅτι μὴ ἄλ-
λως τὴν ἁμαρτίαν λυθῆναι καὶ τὴν κατάκρισιν δυνατὸν ἦν, εἰ
μὴ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος, δι' ὃν εἴρητο τὸ «Γῆ εἶ,
καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ» [Gn 3, 19], ἀναπλασθεὶς ἀνέλυσε τὴν
ἀπόφασιν, τὴν δι' αὐτὸν εἰς πάντας ἐξενηνεγμένην· ὅπως,
καθὼς ἐν τῷ Ἀδὰμ πρότερον πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω
δὴ πάλιν καὶ ἐν τῷ ἀνειληφότι Χριστῷ τὸν Ἀδὰμ πάντες ζωο-
ποιηθῶσι.

475 8, 8. Ἐγὼ γὰρ τὸν ἄρσενα ταύτῃ γεννᾶν εἰρῆσθαι νομίζω 613
358 τὴν ἐκκλησίαν· ἐπειδὴ τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὴν ἐκτύπωσιν καὶ
τὴν ἀρρενωπίαν τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνουσιν οἱ φωτιζόμενοι,
τῆς καθ' ὁμοίωσιν μορφῆς ἐν αὐτοῖς ἐκτυπουμένης τοῦ Λόγου,
καὶ ἐν αὐτοῖς γεννωμένης κατὰ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν καὶ πίστιν·
ὥστε ἐν ἑκάστῳ γεννᾶσθαι τὸν Χριστὸν νοητῶς. Καὶ διὰ
τοῦτο ἡ ἐκκλησία σπαργᾷ καὶ ὠδίνει, μέχριπερ ἂν ὁ Χριστὸς
ἐν ἡμῖν μορφωθῇ γεννηθείς [cf. Gal 4, 19], ὅπως ἕκαστος τῶν
ἁγίων, τῷ μετέχειν Χριστοῦ, Χριστὸς γεννηθῇ. Καθ' ὃν λόγον
καὶ ἔν τινι γραφῇ φέρεται· «Μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου,
καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύησθε» [Ps 104, 15].

---

suscepisset et induisset, ne rursus, ut dicebam, fraudum fluctibus
415 circumvolutus demergeretur. Ideo enim hominem suscepit Verbum,
ut per se ipsum, devicto serpente, capitis damnationem solveret.
409 Congruebat enim non ab alio vinci malum spiritum nisi ab illo
quem gloriabatur fraude suae subiecisse tyrannidi; nam neque
aliter solvi poterat peccatum et damnatio, nisi rursus idem ille
homo, propter quem dictum erat illud: *Terra es et in terram
reverteris,* renovatus abrogasset sententiam quae propter illum in
omnes ceciderat, ut, sicut prius in Adam omnes moriuntur, sic
rursus in Christo, qui Adam assumpsit, omnes vivificentur.

475 8, 8. Ego enim hac de causa dictum existimo gigni marem 613
358 ab ecclesia, quod nempe ii qui illuminantur Christi lineamenta
effigiemque ac virilem vere animum aspectumque assumunt, Verbi
forma, quae secundum similitudinem est, iis impressa, et per certam
scientiam fidemque in iis progenita, ita ut in unoquoque spiritualiter
nascatur Christus. Ac propterea ecclesia velut fervet turgetque
ac parturit, donec formetur in nobis genitus Christus; quo nimirum
quisque sanctorum, qua ratione Christi particeps est, Christus
nascatur. Iuxta quem sensum in quadam scriptura dicitur: *Nolite
tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.* Tam-

613. MG 18, 149.

Οἱονεὶ χριστῶν γεγονότων τῶν κατὰ μετουσίαν τοῦ Πνεύματος εἰς Χριστὸν βεβαπτισμένων· συμβαλλούσης ἐνταῦθα τὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν αὐτῶν καὶ μεταμόρφωσιν τῆς ἐκκλησίας.

De libero arbitrio.

614 C. 2, n. 8. Τὸν δημιουργὸν ἐπαινεῖν ἠρχόμην, τήν τε γῆν 87
πεπηγυῖαν ὁρῶν, καὶ ζῴων διαφοράς, καὶ ποικίλα φυτῶν τὰ 188
ἐξανθήματα. 9. Οὐχ ἵστατο δέ μοι ἐπὶ τούτοις καὶ μόνοις ὁ νοῦς, ἀλλὰ τὸ λοιπόν, ὅθεν ταῦτα τὴν σύστασιν ἔχει, ζητεῖν ἠρχόμην, πότερον ἔκ τινος συνόντος ἀεὶ τῷ Θεῷ, ἢ ἐξ αὐτοῦ καὶ μόνου, συνυπάρχοντος αὐτῷ οὐδενός. Τὸ γὰρ ἐξ οὐκ 196
ὄντων [τι] γεγονέναι οὐδὲ σκοπεῖν μοι καλῶς ἐδόκει, [μὴ] τέλεον ἀπιθάνου [τοῖς πολλοῖς] ὑπάρχοντος τοῦ λόγου. Τὰ γὰρ γινόμενα ἐξ ὄντων πέφυκε τὴν σύστασιν ἔχειν. Καὶ ὁμοίως ἀληθῶς ἐδόκει μηδὲν λέγειν ἀεὶ συνεῖναι τῷ Θεῷ ἕτερόν τι παρ' αὐτόν, ἀλλ' ἐξ ⟨μόνου⟩ αὐτοῦ τὰ ὄντα γεγονέναι· καὶ γάρ πως ἔπειθέ με τὸ εὔτακτον τῶν στοιχείων καὶ ἡ περὶ αὐτὰ τῆς φύσεως εὐκοσμία.

615 7, 8 (Fragm. apud *Photium*, Biblioth. 236). Ὁ μὲν γὰρ 189
ἄνθρωπος καὶ χωρὶς τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἔσται, ἡ δ' οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. Ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. 9. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχον ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας, ἐξ οὐκ ὄντων φάναι

---

quam christi evaserint, per commercium Spiritus, qui in Christum baptizati sunt, suas hic ecclesia conferente partes ad eorum in Verbo effigiem et transformationem.

614 2, 8. Coepi laudare opificem, qui terram fixam animaliumque 87
differentias ac varios plantarum flores aspicerem. 9. Non autem 188
in istis et solis constitit animus, sed de cetero quaerere coepi, unde haec constituta essent; num ex aliquo quod semper coexsistat Deo, vel ex ipso soloque Deo, nulla ei re coexsistente, consisterent. Nam aliquid ex nihilo factum fuisse, ratione non omnino impro- 196
babili plurimis suppetente, non considerandum duxi. Habent enim quae fiunt ex aliquo fieri et constitui; similiter etiam vere dicendum videbatur nihil Deo praeter ipsum coexsistere, esseque res ipso solo creante; id enim suaserat compositus elementorum ordo naturaeque in iis concinnitas.

615 7, 8. Homo quidem etiam sine tectonica erit; at illa nisi prius 189
exsistente homine nulla erit. Quare dicendum necessario, habere artes natura ut ex nihilo fiant in hominibus. 9. Ergo si ita habere ostendimus in hominibus, quomodo non aequum erit dicere posse a Deo non solum qualitates, sed et substantias, fieri ex nihilo?

---

614. Bw (= Bonwetsch) 1, 7; MG 18, 244.
615. Bw 1, 21; MG 18, 256.

δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; Τῷ γὰρ δυνατὸν φανῆναι γίνεσθαί τι ἐξ ουκ ὄντων τὸ καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

De resurrectione.

598 51 (al. 12), 1. Διὸ ἐπίστησον ὡς καὶ ὁ Κύριος τὰ αὐτὰ ταῦτα διδάσκειν θέλων, μὴ πιστευόντων Σαδδουκαίων εἰς τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκός. Δόγμα γὰρ τοῦτο Σαδδουκαίων. Ὅθεν συσκευασάμενοι τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς παραβολήν, ἵνα τὸν περὶ ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς λόγον ἀπορήσωσι, προσῆλθον αὐτῷ, ἀμέλει αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπεσημήνατο «προσῆλθον δὲ αὐτῷ» εἰπὼν «καὶ Σαδδουκαῖοι, λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν» [Mt 22, 23]. 2. Ὁ οὖν Χριστός, εἰ μὴ ἦν ἀνάστασις σαρκός, ἀλλὰ μόνον ἐσῴζετο [ἡ] ψυχή, συνέθετο ἂν αὐτοῖς, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς φρονοῦσι. Νυνὶ δὲ ἀποκρούεται λέγων· «Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ εἰσιν» [ib. 30]· οὐ τῷ σάρκα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι, ἀλλ' εἶναι λοιπὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. 616

ARNOBIUS, † ca 327.

Adversus nationes, ca 305.

374 L. 1, c. 42. Natum hominem colitis. Etiamsi esset id verum . . ., tamen pro multis et tam liberalibus donis, quae ab eo profecta in nobis sunt, Deus dici appellarique deberet. Cum vero Deus sit re certa et sine ullius seriae dubitationis ambiguo, infitiaturos arbitramini nos esse, quam maxime illum ab nobis coli et praesidem nostri corporis nuncupari? Ergone, 617

Dum enim possibile videtur ut aliquod ex nihilo fiat, posse etiam substantias ex nihilo fieri ostenditur.

598 51 (al. 12), 1. Ac vide, quaeso, quemadmodum Dominus eadem illa tradere Sadducaeis, qui resurrectionem negabant, voluerit. Est enim hoc Sadducaeorum dogma. Unde composita illa parabola de muliere septemque fratribus, ut de resurrectione carnis sermonem haberent, accesserunt ad eum; unde evangelista ait: *Accesserunt ad eum et Sadducaei, dicentes resurrectionem non esse.* Proinde Christus, si nulla carnis esset resurrectio, sed anima sola salutem consequeretur, illis utique ut recte ac praeclare sentientibus, suam auctoritatem adiungeret. Renuens vero ait: *In resurrectione neque ducunt uxores, neque nubunt, sed ut angeli in caelo sunt;* non quod carnem non habeant, sed quod mutuas nuptias nullas contrahant, sed deinceps sint corruptionis expertes. 616

---

616. Bw 1, 160; MG 18, 281.
617. CV 4 (ed. A. Reifferscheid, 1875) 28; ML 5, 771.

inquiet aliquis furens iratus et percitus, Deus ille est Christus? Deus, respondebimus, et interiorum potentiarum Deus.

618 1, 43. Potestis aliquem nobis designare, monstrare ex om- 25
nibus illis magis, qui umquam fuere per saecula, consimile aliquid Christo millesima ex parte qui fecerit?

619 1, 54. Non creditis gesta haec [miracula Christi]. Sed qui 16
ea conspicati sunt fieri et sub oculis suis viderunt agi, testes 25
optimi certissimique auctores et crediderunt haec ipsi et credenda posteris nobis haud exilibus cum approbationibus tradiderunt. Quinam isti sint, fortasse quaeritis? Gentes, populi, nationes et incredulum illud genus humanum; quod, nisi aperta res esset et luce ipsa, quemadmodum dicitur, clarior, numquam rebus huiusmodi credulitatis suae commodaret assensum. At numquid dicemus illius temporis homines usque adeo fuisse vanos, mendaces, stolidos, brutos, ut, quae numquam viderant, vidisse se fingerent, et quae facta omnino non erant, falsis proderent testimoniis aut puerili assertione firmarent, cumque possent vobiscum et unanimiter vivere et inoffensas ducere coniunctiones, gratuita susciperent odia et exsecrabili haberentur in nomine?

620 1, 58. Sed ab indoctis hominibus et rudibus scripta sunt 16
[evangelia], et idcirco non sunt facili auditione credenda. Vide ne magis haec fortior causa sit, cur illa sint nullis coinquinata mendaciis, mente simplici prodita, et ignara lenociniis ampliare. Trivialis et sordidus sermo est. Numquam enim veritas sectata est fucum, nec, quod exploratum et certum est, circumduci se patitur orationis per ambitum longiorem.

621 2, 5. Nonne vel haec saltem fidem vobis faciunt argumenta 28
credendi, quod iam per omnes terras in tam brevi temporis spatio immensi nominis huius sacramenta diffusa sunt; quod nulla iam natio est tam barbari moris et mansuetudinem 30
nesciens, quae non eius amore versa molliverit asperitatem suam et in placidos sensus assumpta tranquillitate migraverit; quod tam magnis ingeniis praediti oratores, grammatici, rhetores, consulti iuris ac medici, philosophiae etiam secreta rimantes magisteria haec expetunt, spretis quibus paulo ante fidebant?

622 2, 64. Sed si generis Christus humani, inquitis, conservator 347
advenit, cur omnino non omnes aequali munificentia liberat? Non aequaliter liberat qui aequaliter omnes vocat? aut ab 332
indulgentia principali quemquam repellit aut despuit, qui sublimibus, infimis, servis, feminis, pueris uniformiter potestatem veniendi ad se facit? Patet igitur omnibus fons vitae

---

618. CV 4, 28; ML 5, 773. 619. CV 4, 36; ML 5, 792.
620. CV 4, 39; ML 5, 796. 621. CV 4, 50; ML 5, 816.
622. CV 4, 99; ML 5, 910.

neque ab iure potandi quisquam prohibetur aut pellitur. Si tibi fastidium tantum est, ut oblati respuas beneficium muneris, quinimmo si tantum sapientia praevales, ut ea quae offeruntur a Christo ludum atque ineptias nomines, quid invitans exspectatur, cuius solae sunt hae partes, ut sub tui iuris arbitrio fructum suae benignitatis exponat?

112 3, 19. Quidquid de Deo dixeris, quidquid tacitae mentis 623
cogitatione conceperis, in humanum transilit et corrumpitur sensum, nec habet propriae significationis notam quod nostris
109 dicitur verbis atque ad negotia humana compositis. Unus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, si scias et sentias nihil de illo posse mortali oratione depromi.

LACTANTIUS.

Divinae institutiones, 305/10.

87 L. 1, c. 2, n. 5. Nemo est tam rudis, tam feris moribus, 624
quin oculos suos in caelum tollens, tametsi nesciat cuius dei providentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquam tamen esse intellegat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione, nec posse fieri, quin id quod mirabili ratione constat consilio maiore aliquo sit instructum.

103 1, 3, 7. Dii si plures sint, minus valebunt, aliis tantumdem 625
in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura in eo potest esse, in quo totum est, quam in eo, in quo pars exigua de toto est. Deus vero, si perfectus est, ut esse debet, non potest esse nisi unus, ut in eo sint omnia. 8. Deorum igitur virtutes ac potestates infirmiores sint necesse est, quia tantum singulis deerit, quantum in ceteris fuerit: ita, quanto plures, tanto minores erunt.

8 1, 4, 1. Prophetae, qui fuerunt admodum multi, unum Deum 626
praedicant, unum loquuntur, quippe qui unius Dei spiritu pleni quae futura essent pari et consona voce praedixerint. 2. At enim veritatis expertes non putant his esse credendum; illas enim non divinas, sed humanas fuisse voces aiunt, videlicet quia de uno Deo praeconium faciunt, aut insani aut fallaces fuerunt. 3. Atquin impleta esse implerique cotidie illorum vaticinia videmus et in unam sententiam congruens divinatio docet non fuisse furiosos. Quis enim mentis emotae non modo futura praecinere, sed etiam cohaerentia loqui possit? . . . 5. Praeterea voluntas fingendi ac mentiendi eorum est, qui

623. CV 4, 124; ML 5, 962.
624. CV 19 (ed. S. Brandt, 1890) 7; MG 6, 121.
625. CV 19, 8; ML 6, 123. 626. CV 19, 11; ML 6, 127.

σίας τοῦ κατὰ φύσιν ἐκφυγόντες, εἰ μεμενήκεισαν καλοί. Διὰ
γὰρ τὸν συνόντα τούτοις Λόγον καὶ ἡ κατὰ φύσιν φθορὰ
τούτων οὐκ ἤγγιζε.

751 9. Συνιδὼν γὰρ ὁ Λόγος, ὅτι ἄλλως οὐκ ἂν λυθείη τῶν 409
ἀνθρώπων ἡ φθορά, εἰ μὴ διὰ τοῦ πάντως ἀποθανεῖν· οὐχ 414
οἷόν τε δὲ ἦν τὸν Λόγον ἀποθανεῖν ἀθάνατον ὄντα καὶ τοῦ
Πατρὸς Υἱόν· τούτου ἕνεκεν τὸ δυνάμενον ἀποθανεῖν ἑαυτῷ
λαμβάνει σῶμα, ἵνα τοῦτο τοῦ ἐπὶ πάντων Λόγου μεταλαβόν,
ἀντὶ πάντων ἱκανὸν γένηται τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τὸν ἐνοι-
κήσαντα Λόγον ἄφθαρτον διαμείνῃ, καὶ λοιπὸν ἀπὸ πάντων ἡ
φθορὰ παύσηται τῇ τῆς ἀναστάσεως χάριτι. Ὅθεν ὡς ἱερεῖον 416
καὶ θῦμα παντὸς ἐλεύθερον σπίλου, ὃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔλαβε

---

vero post haec quales creati sunt permansere; sed suis cogita-
tionibus in dies magis corrupti, in mortis ditionem et potestatem
sunt redacti. Nam praecepti transgressio illos ad propriae naturae 231
condicionem revocavit, ut, quemadmodum cum non essent facti
sunt, sic in eo quod sunt corruptionem, labente tempore, paterentur,
idque meritissimo.

750 5. Nam Deus non solum nos ex nihilo fecit, sed etiam divini 299
Verbi gratia secundum Deum vivere concessit. At homines, ab
aeternis rebus aversi et ad res corruptioni subiectas consilio diaboli
conversi, sibi ipsis corruptionis mortis auctores facti sunt; qui, ut 231
dixi, ex natura quidem mortales erant, sed gratia, qua Verbi erant
participes, naturae condicionem haud dubie effugissent, si boni
utique permansissent. Siquidem propter Verbum, quod cum illis
fuisset, ad eos naturalis corruptio non accessisset.

751 9. Nam cum Verbum intellegeret non posse aliter hominum 409
corruptionem solvi, nisi omnino morerentur; cum item fieri non 414
posset ut Verbum, utpote immortale et Patris Filius, moreretur:
idcirco corpus quod mori posset sibi assumpsit, ut illud, Verbi
omnium praesidis factum particeps, morti pro omnibus satis esset
atque propter Verbum in se habitans incorruptum permaneret, ac
denique in posterum corruptio resurrectionis gratia ab omnibus
discederet. Hinc corpus quod sibi ipse accepit velut hostiam et 416

---

750. MG 25, 104. 751. MG 25, 112.

σῶμα προσάγων εἰς θάνατον, ἀπὸ πάντων εὐθὺς τῶν ὁμοίων
419 ἠφάνιζε τὸν θάνατον τῇ προσφορᾷ τοῦ καταλλήλου. Ὑπὲρ
422 πάντας γὰρ ὢν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰκότως, τὸν ἑαυτοῦ ναὸν
καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον προσάγων ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων,
ἐπλήρου τὸ ὀφειλόμενον ἐν τῷ θανάτῳ· καὶ οὕτως συνὼν διὰ
τοῦ ὁμοίου τοῖς πᾶσιν ὁ ἄφθαρτος τοῦ Θεοῦ Υἱός, εἰκότως
τοὺς πάντας ἐνέδυσεν ἀφθαρσίαν ἐν τῇ περὶ τῆς ἀναστάσεως
ἐπαγγελίᾳ.

414 54. Αὐτὸς γὰρ ἐνηνθρώπησεν, ἵνα ἡμεῖς θεοποιηθῶμεν· καὶ 752
αὐτὸς ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν διὰ σώματος, ἵνα ἡμεῖς τοῦ ἀοράτου
Πατρὸς ἔννοιαν λάβωμεν· καὶ αὐτὸς ὑπέμεινε τὴν παρ' ἀνθρώπων ὕβριν, ἵνα ἡμεῖς ἀθανασίαν κληρονομήσωμεν.

Apologia contra Arianos, ca 348.

554 75. Θεόγνιος, καὶ Μάρις . . . ἔλεγον καὶ περὶ ποτηρίου κυρια- 753
563 κοῦ κεκλασμένου, ὑποβληθέντος αὐτοῖς ὑπὸ Ἰσχύρα, ὃν ἤγαγον
μεθ' ἑαυτῶν, λέγοντος ἑαυτὸν εἶναι πρεσβύτερον, ὃς οὐκ ἔστι πρεσβύτερος. Ὑπὸ γὰρ Κολλούθου τοῦ πρεσβυτέρου φαντασθέντος ἐπισκοπήν, καὶ ὕστερον ὑπὸ κοινῆς συνόδου Ὁσίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων κελευσθέντος πρεσβυτέρου εἶναι, καθὸ καὶ πρότερον ἦν, κατεστάθη· καὶ κατὰ ἀκολουθίαν πάντες οἱ ὑπὸ Κολλούθου κατασταθέντες ἀνέδραμον εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, εἰς ὃν καὶ πρότερον ἦσαν, ὡς καὶ αὐτὸς Ἰσχύρας λαϊκὸς ὤφθη.

---

victimam omni puram macula morti offerendo, mortem statim ab
419 omnibus similibus, suo pro aliis oblato, propulsavit. Sic enim Dei
422 Verbum superius omnibus exsistens, suum templum et corporeum
instrumentum pro omnibus, uti decebat, devovendo et offerendo, id quod debebatur in morte solvit, atque ita omnibus per simile corpus coniunctus, incorruptus Dei Filius omnes resurrectionis promissione incorruptos iure et merito reddidit.

414 54. Ipse siquidem homo factus est, ut nos dii efficeremur; ipse 752
se ipsum per corpus videndum exhibuit, ut nos invisibilis Patris cognitionem acciperemus; ipse iniurias sibi ab hominibus illatas sustinuit, ut nos immortalitatis heredes institueremur.

554 75. Theognius, et Maris . . . locuti sunt et de calice dominico 753
563 confracto, quod scelus iis delatum fuerat ab Ischyra, quem secum
adducebant, quique se presbyterum iactitabat, tametsi non presbyter. Ordinatus quippe fuit a Collutho presbytero, qui falso episcopi nomine gloriabatur, demumque in communi synodo ab Hosio et sociis eius episcopis celebrata ad priorem presbyteri ordinem redactus est. Ac consequenter quotquot a Collutho fuerant ordinati, ii sunt ad priorem reversi condicionem, ita ut ipse quoque Ischyras inter laicos visus fuerit.

---

752. MG 25, 192. 753. MG 25, 385.

Epistula de decretis nicaenae synodi, ca 350.

754 11. Ὁ Θεὸς κτίζει, καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων δὲ τὸ κτίζειν εἴρηται· 112
καὶ ὁ μὲν Θεὸς ὤν ἐστι· λέγονται δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι εἶναι, 95
παρὰ Θεοῦ καὶ τοῦτο λαβόντες ἔχειν. Ἆρ' οὖν οὕτως ὁ Θεὸς κτίζει ὡς ἄνθρωποι; Ἢ οὕτως ὤν ἐστιν ὡς ἄνθρωπος; Μὴ γένοιτο· ἄλλως ἐπὶ Θεοῦ τὰς λέξεις λαμβάνομεν, καὶ ἑτέρως
ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ταύτας διανοούμεθα. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς 189
κτίζει, καλῶν τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι, οὐδενὸς ἐπιδεόμενος· οἱ δὲ ἄνθρωποι τὴν ὑποκειμένην ὕλην ἐργάζονται, εὐξάμενοι πρότερον, καὶ τὴν ἐπιστήμην τοῦ ποιεῖν λαβόντες παρὰ τοῦ
πάντα δημιουργήσαντος Θεοῦ διὰ τοῦ ἰδίου Λόγου. Πάλιν τε 100
οἱ μὲν ἄνθρωποι, οὐ δυνάμενοι καθ' ἑαυτοὺς εἶναι, ἐν τόπῳ τυγχάνοντές εἰσι περιεχόμενοι, καὶ συνεστῶτες ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ· ὁ δὲ Θεὸς ὤν ἐστι καθ' ἑαυτόν, περιέχων τὰ πάντα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενος· καὶ ἐν πᾶσι μὲν ἔστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα καὶ δύναμιν, ἔξω δὲ τῶν πάντων πάλιν ἔστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν. Ὥσπερ οὖν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ ἄνθρωποι κτίζουσιν ὅνπερ τρόπον ὁ Θεὸς κτίζει, οὐδ' οὕτως εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ ἔστιν ὁ Θεός· οὕτως ἄλλως ἔστιν ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις, καὶ ἄλλως ἔστιν ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρός. Τῶν μὲν γὰρ ἀνθρώπων τὰ γεννήματα μέρη πως τῶν γεννώντων εἰσίν, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ τῶν σωμάτων ἡ φύσις οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν, ἀλλὰ ῥευστή, καὶ ἐκ μερῶν ἔχει τὴν σύνθεσιν·
. . . ὁ δὲ Θεός, ἀμερὴς ὤν, ἀμερίστως ἐστὶ καὶ ἀπαθὴς τοῦ 97
Υἱοῦ Πατήρ. Οὔτε γὰρ ἀπορροὴ τοῦ ἀσωμάτου ἐστίν, οὔτ'

---

754 11. Deus creat et de hominibus idem quoque dicitur; Deus 112
item is est qui est; homines similiter dicuntur esse, quod ipsum 95
quidem a Deo acceperunt. An ergo ita Deus creat ut homo? An eodem modo est quo homo? Minime, sed aliter has voces
de Deo intellegimus, aliter de hominibus. Nam Deus quidem creat, 189
ea quae non erant vocans ut sint, nullaque re indigens; homines vero non nisi subiecta utuntur materia, postquam a Deo, qui omnia per proprium Verbum creavit, artem agendi precibus obtinuerint.
Praeterea homines, qui per se ipsi esse non possunt, loco circum- 100
scribuntur atque in Dei Verbo consistunt; at Deus, qui per se vere est, omnia continet et a nulla re ipse continetur; in omnibus est sua bonitate et potentia; at extra omnia est propria natura. Quemadmodum ergo non eodem modo creant homines quo Deus creat, nec eodem modo sunt quo ille, ita aliter procreantur homines et aliter Filius ex Patre nascitur. Fetus enim hominum partes quodammodo sunt gignentium, quippe cum nec ipsa corporum natura
simplex sit, sed fluxa atque ex partibus composita; . . . Deus autem 97
individuus est, ac proinde absque divisione nihilque patiendo Filii est Pater. Nihil enim ex re incorporea effluere, nihilve in eam,

---

754. MG 25, 441.

ἐπιρροή τις εἰς αὐτὸν γίνεται, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων. Ἁπλοῦς δὲ
163 ὢν τὴν φύσιν, ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ Υἱοῦ Πατήρ ἐστι· διὰ τοῦτο
γὰρ καὶ μονογενής ἐστι, καὶ μόνος ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός
ἐστι, μόνον τε αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ δείκνυσιν ὁ Πατὴρ λέγων·
«Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα» [Mt 3, 17].
Λόγος δέ ἐστιν οὗτος τοῦ Πατρός, ἐν ᾧ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀμερὲς
τοῦ Πατρὸς νοεῖν δυνατόν. Λόγος γὰρ οὐδὲ ὁ τῶν ἀνθρώπων
κατὰ πάθος καὶ μέρος γεννᾶται· μήτι γε ὁ τοῦ Θεοῦ.

158 20. Ἡ ἐκ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γέννησις ἄλλη παρὰ τὴν ἀν- 755
θρώπων φύσιν ἐστί, καὶ οὐ μόνον ὅμοιος, ἀλλὰ καὶ ἀδιαίρετός
ἐστι τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, καὶ ἕν μέν εἰσιν αὐτὸς καὶ ὁ
Πατήρ, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ἀεὶ δὲ ἐν τῷ Πατρί ἐστιν ὁ Λόγος,
καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Λόγῳ [Io 10, 30], ὡς ἔστι τὸ ἀπαύγασμα
πρὸς τὸ φῶς· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ λέξις σημαίνει· διὰ τοῦτο ἡ
σύνοδος, τοῦτο νοοῦσα, καλῶς ὁμοούσιον ἔγραψεν, ἵνα τήν
τε τῶν αἱρετικῶν κακοήθειαν ἀνατρέψωσι, καὶ δείξωσιν ἄλλον
εἶναι τῶν γενητῶν τὸν Λόγον.

97 22. Εἰ μὲν οὖν τὸν Θεὸν ἡγεῖταί τις εἶναι σύνθετον, ὡς 756
ἐν τῇ οὐσίᾳ τὸ συμβεβηκός, ἢ ἔξωθέν τινα περιβολὴν ἔχειν
καὶ καλύπτεσθαι, ἢ εἶναί τινα περὶ αὐτὸν τὰ συμπληροῦντα
τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ὥστε λέγοντας ἡμᾶς Θεὸν ἢ ὀνομάζοντας
108 Πατέρα μὴ αὐτὴν τὴν ἀόρατον αὐτοῦ καὶ ἀκατάληπτον οὐσίαν
σημαίνειν, ἀλλά τι τῶν περὶ αὐτήν· μεμφέσθωσαν μὲν τὴν

---

uti hominibus accidit, potest influere. Quocirca, cum Deus sit
163 natura simplex, unius quoque ac solius Filii est Pater. Idcirco
enim et unigenitus est et solus est in sinu Patris, eumque solum
ex se ipso esse aperte Pater declarat his verbis: *Hic est Filius
meus dilectus in quo mihi complacui.* Ipse est Verbum Patris,
quem proinde ut Patrem nec quid pati nec dividi posse intellegendum est; quippe cum ipsi etiam homines proprium verbum citra
divisionem ac nihil patiendo producant; multo igitur magis Deus
suum Verbum.

158 20. Cum Filii ex Patre generatio alia plane sit a natura ho- 755
minum, nec solum similis ille sit substantiae Patris, sed dividi ab
ea non queat, cum item unum ipse et Pater sint, ut idem dixit,
semperque Verbum sit in Patre et Pater in Verbo, eo modo quo
splendor se habet ad lucem, id enim dictio ipsa significat: idcirco
synodus, ea re perspecta, eum esse consubstantialem recte scripsit,
ut et haereticorum perversitatem everteret et Verbum aliud a factis
rebus esse ostenderet.

97 22. Si quis ergo Deum compositum esse existimat, ut in sub- 756
stantia accidens, vel ita ut aliquem extrinsecus amictum habeat
quo contegatur, aut quaedam circum eum sint quae eius substantiam compleant, adeo ut, cum Deum dicimus vel Patrem no-
108 minamus, non eius substantiam, quae nec videri nec comprehendi
potest, sed aliquid eorum, quae circum ipsam sunt, significemus;

---

755. MG 25, 452. 756. MG 25, 453.

σύνοδον γράψασαν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱόν· κατανοείτωσαν δὲ ὅτι δύο ταῦτα βλασφημοῦσιν, οὕτω διανοούμενοι· τόν τε γὰρ Θεὸν σωματικόν τινα εἰσάγουσι, καὶ τὸν Κύριον οὐκ αὐτοῦ τοῦ Πατρός, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν εἶναι Υἱὸν καταψεύδονται. . . . Εἰ μὲν οὖν μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ 152
Λόγος, ὡς ἂν Υἱὸς εἴη φύσει γνήσιος ἐκ Πατρός, ἀλλ' ὡς τὰ 158
κτίσματα διὰ τὸ δεδημιουργῆσθαι λέγεται καὶ αὐτὸς ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ· οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ Πατρός, οὔτε αὐτὸς ὁ Υἱὸς κατ' οὐσίαν ἐστὶν Υἱός, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς, ὡς ἡμεῖς οἱ κατὰ χάριν καλούμενοι υἱοί. Εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι μόνος, ὡς Υἱὸς γνήσιος, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, λεχθείη ἂν εἰκότως καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός. 23. Καὶ γὰρ 162
καὶ τὸ παράδειγμα τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν. Οὐ γὰρ κατὰ τὸ ἐξαπτόμενον ἐκ τῆς θέρμης τοῦ ἡλίου πῦρ, ὅπερ καὶ σβέννυσθαι πάλιν εἴωθεν, εἰρήκασιν οἱ ἅγιοι εἶναι τὸν Λόγον πρὸς τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ ἔργον ἔξωθεν καὶ κτίσμα τοῦ ποιοῦντος ἦν. Ἀλλὰ ἀπαύγασμα αὐτὸν εὐηγγελίσαντο πάντες, ἵνα τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἴδιον καὶ ἀδιαίρετον καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἑνότητα δηλώσωσι.

757 27. Περὶ δὲ τοῦ ἀϊδίως συνεῖναι τὸν Λόγον τῷ Πατρί, καὶ 142
μὴ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πατρὸς ἴδιον αὐτὸν εἶναι, ὡς εἰρήκασιν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ, ἐξέστω πάλιν ὑμᾶς ἀκοῦσαι καὶ παρὰ τοῦ φιλοπόνου Ὠριγένους. . . . «Κατανοείτω γὰρ ὁ τολμῶν καὶ λέγων· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός,

---

synodum per me licet incusent, quae Dei Filium ex eius substantia esse scripserit; intellegant tamen se ita sentiendo duplicem impietatem committere; nam quemdam incorporeum inducunt, et Dominum non sui Patris sed rerum quae circum ipsum sunt Filium esse mentiuntur. . . . Si igitur Verbum non ita est ex Deo, 152
ut verus ex Patre natura sit Filius; sed si eo tantum modo ex Deo 158
esse dicitur, quo res omnes creatae, quia nempe a Deo factae sunt: sane neque ex substantia Patris est; neque ipse Filius substantia est Filius, sed solum ex virtute, non aliter ac nos, qui gratia filii vocamur. Sin autem solus ex Deo est, tamquam verus Filius, uti revera est, iure ac merito ex substantia Dei Filius dicendus est.
23. Certe rem ita se habere patet ex exemplo lucis et splendoris. 162
Non enim instar ignis, qui ex calore solis accenditur ac postea solet exstingui, Verbum se ad Deum habere sancti censuere; ita quippe externum et creatum effectoris opus esset. Verum Filium omnes splendorem esse dixere, ut cum proprie ac sine divisione ex substantia esse eiusque cum Patre unitatem significarent.

757 27. Quod autem Verbum ab aeternitate sit cum Patre, nec 142
alterius quam Patris substantiae vel hypostasis proprius sit, ut declaravit synodus, liceat vos iterum a laborioso Origene audire. . . . «Intellegat enim qui dicere audet: Fuit aliquando cum non esset

---

757. MG 25, 465.

ὅτι ἐρεῖ καὶ τό· Σοφία ποτὲ οὐκ ἦν, καὶ Λόγος οὐκ ἦν, καὶ Ζωὴ οὐκ ἦν» . . . Ἰδοὺ ἡμεῖς μὲν ἐκ πατέρων εἰς πατέρας διαβεβηκέναι τὴν τοιαύτην διάνοιαν ἀποδεικνύομεν· ὑμεῖς δέ, ὦ νέοι Ἰουδαῖοι καὶ τοῦ Καϊάφα μαθηταί, τίνας ἄρα τῶν ῥημάτων ὑμῶν ἔχετε δεῖξαι πατέρας; Ἀλλ' οὐδένα τῶν φρονίμων καὶ σοφῶν ἂν εἴποιτε· πάντες γὰρ ὑμᾶς ἀποστρέφονται πλὴν μόνου τοῦ διαβόλου· μόνος γὰρ ὑμῖν οὗτος τῆς τοιαύτης ἀποστασίας πατὴρ γέγονεν. . . . Ἣν γὰρ ἡ σύνοδος ἐγγράφως ὡμολόγησε πίστιν, αὕτη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐστί. Ταύτην ἐκδικοῦντες οἱ μακάριοι πατέρες οὕτως ἔγραψαν, καὶ κατέκριναν τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν.

152 30. Ὥσπερ οὖν τοῦτο τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν, οὕτως ὁ 758
βουλόμενος λέγειν τὸν Θεὸν ἀγένητον λεγέτω μήν, εἰ ἅπαξ οὕτως αὐτῷ δοκεῖ, μὴ μέντοι διὰ τὸ εἶναι τὸν Λόγον τῶν γενητῶν, ἀλλ' ὅτι, καθὰ προεῖπον, ὁ Θεὸς οὐ μόνον οὐκ ἔστι
181 γενητός, ἀλλὰ καὶ τῶν γενητῶν ποιητής ἐστι διὰ τοῦ ἰδίου Λόγου. Καὶ γὰρ καὶ οὕτω λεγομένου τοῦ Πατρός, πάλιν εἰκὼν
158 ὁ Λόγος ἐστὶ καὶ ὁμοούσιος τοῦ Πατρός· εἰκὼν δὲ ὢν αὐτοῦ,
162 ἄλλος ἂν εἴη τῶν γενητῶν καὶ τῶν πάντων· οὗ γάρ ἐστιν εἰκών, τούτου καὶ τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν ὁμοίωσιν ἔχει, ὥστε τὸν λέγοντα ἀγένητον καὶ παντοκράτορα τὸν Πατέρα, νοεῖν ἐν τῷ ἀγενήτῳ καὶ τῷ παντοκράτορι καὶ τὸν τούτου Λόγον καὶ τὴν Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Υἱός.

Filius, idem esse ac si diceret: Sapientia aliquando non erat, Verbum non erat, et Vita non erat» . . . En igitur nos quidem hanc sententiam a patribus ad patres transisse demonstramus; vos vero, o novi Iudaei et Caiphae discipuli, quos patres qui vestris voculis faverint exhibere potestis? Nullum certe prudentem et sapientem umquam proferetis; omnes enim a vobis abhorrent praeter unum diabolum, qui nempe solus huius vestrae defectionis pater et auctor exstitit. . . . Nam fides quam synodus scripto confessa est, ipsa vere est catholicae ecclesiae, quam ut tuerentur, placuit beatis patribus ita scribere, arianamque haeresim condemnare.

152 30. Ut igitur hic est illarum dictionum sensus, sic qui Deum 758
non factum cupit dicere, dicat sane si prorsus ita ipsi videtur, verum non eo utatur nomine ut significet Verbum rebus factis annumerandum esse, sed quia Deus, ut supra dixi, non solum non
181 est factus, sed et rerum factarum per proprium Verbum effector est. Namque etiam cum talis dicitur Pater, nihilominus Verbum
158 et imago Patris et eidem consubstantiale est, ac proinde, cum eius
162 sit imago, aliud certe a rebus factis et ab omnibus esse dicendum est. Cuius enim est imago, eius et proprietatem et similitudinem habet, adeo ut, qui Patrem non factum et omnipotentem appellat, is in non facto et omnipotente huius Verbum et Sapientiam, quae ipse est Filius, intellegat.

---

758. MG 25, 472.

De sententia Dionysii, 350/1.

759 9. «Ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1]· ἡ δὲ παρθένος 377
ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐν γαστρὶ ἔσχε, καὶ γέγονεν ὁ Κύριος 354 390
ἄνθρωπος. Καὶ εἷς μὲν ἔστιν ὁ ἐξ ἀμφοτέρων σημαινόμενος· «Ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο» [ib. 14]· τὰ δὲ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως εἰρημένα ῥήματα ἰδίαν καὶ κατάλληλον ἔχει πρὸς ἕκαστον τῶν λεγομένων τὴν ἑρμηνείαν· καὶ ὁ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ Λόγου γράφων οἶδε καὶ τὰ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ· καὶ ὁ περὶ τῆς θεότητος ἐξηγούμενος οὐκ ἀγνοεῖ τὰ ἴδια τῆς ἐνσάρκου παρουσίας αὐτοῦ· ἀλλ' ἕκαστον ὡς ἐπιστήμων καὶ δόκιμος τραπεζίτης διακρίνων, κατ' ὀρθὸν τῆς εὐσεβείας βαδιεῖται. Ὅτε γοῦν αὐτὸν κλαίοντα λέγει, οἶδεν ὅτι ἄνθρωπος γενόμενος ὁ Κύριος δείκνυσι τὸ μὲν κλαίειν τοῦ ἀνθρωπίνου, ἐγείρει δὲ Λάζαρον ὡς Θεός· καὶ πεινῶντα μὲν αὐτὸν καὶ διψῶντα οἶδε σωματικῶς, θεϊκῶς δὲ χορτάζοντα ἀπὸ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους· καὶ κείμενον μὲν οἶδεν ἐν μνημείῳ σῶμα ἀνθρώπινον, ἐγειρόμενον δὲ ὡς Θεοῦ σῶμα παρ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου.

Adversus Arianos orationes IV, 356—362[1].

760 Or. 1, n. 14. Εἰ μὴ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλ' ἀΐδιός ἐστιν 157
ὁ Υἱός, καὶ συνυπάρχει τῷ Πατρί, οὐκέτι υἱόν, ἀλλ' ἀδελφὸν εἶναι τοῦ Πατρὸς λέγετε αὐτόν. Ἀνόητοι καὶ φιλόνεικοι. Εἰ

---

759 9. *In principio* quidem *erat Verbum;* virgo autem circa con- 377
summationem saeculorum in utero habuit, Dominusque homo 354 390
factus est. Atque unus quidem est qui duabus illis sententiis indicatur, nam *Verbum caro factum est.* Quae porro de divinitate et de humanitate eius dicta sunt, propriam et unicuique de quo agitur congruentem habent interpretationem, ita ut, qui humana Verbi scribit, eius quoque divinitatem agnoscat; et qui de divinitate loquitur, minime sit ignarus eorum, quae ad carnalem eius adventum spectant, sed ut peritus et probus trapezita inter singula distinguens, in recta pietatis incedat via. Cum igitur eum lacrimantem dicit, probe novit Dominum hominem factum quoad humanitatem lacrimas profundere, ut Deum vero Lazarum a mortuis suscitare; novit quoque illum esurire corporaliter, ac divinitus ex quinque panibus quinque milia satiare; corpus itidem humanum in sepulcro iacere novit, nec ignorat illud ipsum a Verbo, ut Dei corpus, suscitari.

760 1, 14. Si non fuit aliquando, inquiunt, cum non esset Filius, 157
sed ipse aeternus est unaque cum Patre exsistit, nolite iam eum filium, sed fratrem Patris dicere. O stolidos admodum et litigiosos!

---

[1] Iuxta Loofs scriptae sunt a. 338—339; iuxta Cavallera 347—350.
759. MG 25, 492. 760. MG 26, 40.

μὲν γὰρ ἀϊδίως συνεῖναι μόνον αὐτὸν ἐλέγομεν, καὶ μὴ υἱόν,
153 πιθανή τις ἦν αὐτῶν ἡ προσποίητος εὐλάβεια· εἰ δὲ ἀΐδιον λέγοντες ὁμολογοῦμεν αὐτὸν Υἱὸν ἐκ Πατρός, πῶς ὁ γεννηθεὶς ἀδελφὸς τοῦ γεννήσαντος δύναται νομίζεσθαι; . . . Οὐ γὰρ ἔκ τινος ἀρχῆς προϋπαρχούσης ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐγεννήθησαν, ἵνα καὶ ἀδελφοὶ νομισθῶσιν· ἀλλ᾽ ὁ Πατὴρ ἀρχὴ τοῦ Υἱοῦ καὶ γεννήτωρ ἐστί, καὶ ὁ Πατὴρ πατήρ ἐστι, καὶ οὐχ υἱός τινος γέγονε· καὶ ὁ Υἱὸς δὲ υἱός ἐστι, καὶ οὐκ ἀδελφός. Εἰ δὲ ἀΐδιον γέννημα τοῦ Πατρὸς λέγεται, καλῶς λέγεται. Οὐ γὰρ ἀτελὴς οὐσία τοῦ Πατρὸς ἦν ποτε, ἵνα καὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς ἐπισυμβαίνῃ ταύτῃ· οὐδὲ ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου γεγέννηται ὁ Υἱός, ἵνα καὶ ὑστερίζῃ τῆς πατρῴας ὑπάρξεως· ἀλλὰ Θεοῦ γέννημά ἐστι, καὶ ὡς Θεοῦ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἴδιος ὢν Υἱός, ἀϊδίως ὑπάρχει. Ἀνθρώπων μὲν γὰρ ἴδιον τὸ ἐν χρόνῳ γεννᾶν διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς φύσεως· Θεοῦ δὲ ἀΐδιον τὸ γέννημα, διὰ τὸ ἀεὶ τέλειον τῆς φύσεως.

196 1, 29. Ἀλλ᾽ ἰδού, φασί, καὶ ἀεὶ ποιητής ἐστιν ὁ Θεός, καὶ 761
οὐκ ἐπιγέγονεν αὐτῷ τοῦ δημιουργεῖν ἡ δύναμις· ἆρ᾽ οὖν, ἐπειδὴ δημιουργός ἐστιν, ἀΐδιά ἐστι καὶ τὰ ποιήματα, καὶ οὐ θέμις εἰπεῖν οὐδὲ ἐπὶ τούτων· Οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ; . . . Ἵνα δέ, κἂν ἀμυδρόν τινα λογισμὸν εὑρόντες, μὴ σιωπήσωμεν, ἀκουέτωσαν ὅτι, εἰ καὶ τῷ Θεῷ δυνατὸν ἀεὶ ποιεῖν, ἀλλ᾽ οὐκ ἠδύνατο τὰ γενητὰ ἀΐδια εἶναι· ἐξ οὐκ ὄντων γάρ ἐστι, καὶ

Si enim eum ab aeternitate tantum simul exstitisse cum Patre nec filium esse asseveraremus, aliquid utique probabilitatis haberet
153 simulata illorum religio. Sin autem, cum eum aeternum dicimus, eumdem confitemur genitum ex Patre Filium, qua, quaeso, ratione genitus genitoris frater possit existimari? . . . Neque enim ex aliquo principio prius exsistente Pater et Filius geniti fuerunt, ut censeantur esse fratres: Pater quidem principium et genitor est Filii, et Pater pater est, nec alicuius fuit filius; Filius autem filius est, non frater. Si idem porro aeternus Patris fetus dicitur, recte omnino dicitur. Nam non aliquando imperfecta fuit Patris natura, ut, quod illius proprium esset, eidem postea accederet; neque ut homo ex homine genitus est Filius, ut Patre exsisteret posterior, sed Dei fetus est, qui, utpote proprius Dei semper exsistentis Filius, ab aeternitate et ipse exsistit. Hominum quidem proprium est in tempore gignere, propter naturae defectum; at aeternus est Dei fetus, quia semper perfectissima fuit Dei natura.

196 1, 29. Atqui, inquiunt, semper quoque Deus fuit effector, nec 761
efficiendi facultas illi postea accessit; num ergo, quia opifex est, aeterna quoque sunt eius opera, nec de his dicere licet: Non erant antequam fierent? . . . Ne autem, vel levem invenientes rationem, sileamus, audiant illi res factas aeternas esse non potuisse,
189 etiamsi eas semper potuerit facere Deus. Illae enim ex nihilo sunt,

---

761. MG 26, 72.

οὐκ ἦν πρὶν γένηται. Τὰ δὲ οὐκ ὄντα πρὶν γένηται, πῶς 189
ἠδύνατο συνυπάρχειν τῷ ἀεὶ ὄντι Θεῷ; Διὸ καὶ πρὸς τὸ
λυσιτελὲς αὐτῶν ἀφορῶν ὁ Θεός, ὅτε εἶδεν ὅτι δύναται γενόμενα διαμένειν, τότε καὶ πεποίηκε πάντα. . . . Ὁ δέ γε Υἱός, 152
οὐκ ὢν ποίημα, ἀλλ' ἴδιος τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός, ἀεὶ ἔστιν· 157
ἀεὶ γὰρ ὄντος τοῦ Πατρός, ἀεὶ εἶναι δεῖ καὶ τὸ ἴδιον τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὁ Λόγος αὐτοῦ καὶ ἡ Σοφία. Καὶ τὰ μὲν κτίσματα κἂν μηδέπω ὑπάρχῃ, οὐκ ἐλαττοῖ τὸν ποιητήν· ἔχει γὰρ τὸ δύνασθαι δημιουργεῖν, ὅτε βούλεται· τὸ δὲ γέννημα, ἐὰν μὴ ἀεὶ συνῇ τῷ πατρί, ἐλάττωμα τῆς τελειότητος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστιν. Ὅθεν τὰ μὲν ποιήματα, ὅτε ἠθέλησεν, ἐδημιουργήθη διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ· ὁ δὲ Υἱὸς ἀεί ἐστιν ἴδιον γέννημα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας.

762 1, 42. Οὐ γὰρ ἠλαττώθη ὁ Λόγος σῶμα λαβών, ἵνα καὶ 395
χάριν ζητήσῃ λαβεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐθεοποίησεν ὅπερ ἐνε- 415
δύσατο, καὶ πλέον ἐχαρίσατο τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τοῦτο. Ὥσπερ γὰρ ἀεὶ προσεκυνεῖτο Λόγος ὢν καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων· οὕτως ὁ αὐτὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, κληθείς τε Ἰησοῦς, οὐδὲν ἧττον ἔχει πᾶσαν ὑπὸ πόδα τὴν κτίσιν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ τὰ γόνατα κάμπτουσαν αὐτῷ, καὶ ἐξομολογουμένην ὅτι καὶ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν Λόγον, καὶ θάνατον ὑπομεῖναι σαρκί, οὐκ ἐπ' ἀδοξίᾳ τῆς θεότητος αὐτοῦ γέγονεν, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Δόξα δὲ Πατρός ἐστι τὸν γενόμενον ἄνθρωπον καὶ ἀπολόμενον εὑρεθῆναι, καὶ νεκρωθέντα

---

nec erant antequam fierent. Quae autem non erant antequam fierent, quomodo simul cum Deo, qui semper est, possint exsistere? Hinc Deus rerum ipsarum commodo prospiciens tunc omnia fecit,
cum vidit posse facta permanere. . . . At vero Filius, cum non 152
opus, sed naturae Patris sit proprius, semper idcirco est. Cum enim 157
semper sit Pater, semper quoque esse oportet quod eius naturae est proprium, quod idem et Verbum et Sapientia eius est. Ceterum res creatae licet nondum exsistant, nihil tamen suo detrahunt effectori, cum eas pro sua voluntate possit producere; at fetus, nisi semper simul sit cum patre, perfectionis eius naturae sequetur imminutio. Hinc opera quidem, cum voluit, per suum produxit Verbum; Filius vero semper est proprius naturae Patris fetus.

762 1, 42. Nec enim Verbum carne assumpta diminutum est, ut 395
quaereret accipiendam gratiam, sed potius divinum reddidit quod 415
induit, eoque humanum genus munifice locupletavit. Ut enim quatenus Dei Verbum et in forma Dei erat, semper fuit adoratum; ita idem etiam quatenus homo factus et vocatus Iesus, universas res creatas sub pedibus subiectas habet, omnesque in hoc nomine ipsi flectunt genua, confitenturque non ignominiosum eius divinitati, sed gloriosum Deo Patri esse, quod Verbum caro factum sit et mortem carne subierit. Patris scilicet gloria est, factum et postea

---

762. MG 26, 100.

ζωοποιηθῆναι, καὶ ναὸν γενέσθαι Θεοῦ. Καὶ γὰρ καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς δυνάμεων, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ἀεὶ μὲν προσκυνούντων αὐτόν, προσκυνούντων δὲ καὶ νῦν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ τὸν Κύριον, ἡμῶν ἐστιν αὕτη ἡ χάρις καὶ ὑπερύψωσις, ὅτι τε καὶ ἄνθρωπος γενόμενος προσκυνεῖται ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, καὶ οὐ ξενισθήσονται αἱ οὐράνιοι δυνάμεις βλέπουσαι τοὺς συσσώμους ἐκείνου πάντας ἡμᾶς εἰσαγομένους εἰς τὰς χώρας αὐτῶν.

299 1, 51. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ ἐτράπη, 763
καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, διὰ
τοῦτο τὸν δεύτερον Ἀδὰμ ἔπρεπεν ἄτρεπτον εἶναι· ἵνα κἂν
πάλιν ὁ ὄφις ἐπιχειρήσῃ, αὐτοῦ μὲν τοῦ ὄφεως ἡ ἀπάτη
ἐξασθενήσῃ, τοῦ δὲ Κυρίου ἀτρέπτου καὶ ἀναλλοιώτου ὄντος,
πρὸς πάντας ὁ ὄφις ἀσθενὴς τοῖς ἐπιχειρήμασι γένηται. Ὥσπερ
302 γάρ, τοῦ Ἀδὰμ παραβάντος, εἰς πάντας ἀνθρώπους ἔφθασεν
ἡ ἁμαρτία [cf. Rom 5, 12], οὕτως, τοῦ Κυρίου γενομένου ἀν-
θρώπου, καὶ τὸν ὄφιν ἀνατρέψαντος, εἰς πάντας ἀνθρώπους
ἡ τοιαύτη ἰσχὺς διαβήσεται, ὥστε λέγειν ἕκαστον ἡμῶν· «Οὐ
413 γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν» [2 Cor 2, 11]. Οὐκοῦν εἰ-
κότως ὁ Κύριος, ὁ ἀεὶ καὶ φύσει ἄτρεπτος, ἀγαπῶν δικαιοσύνην,
καὶ μισῶν ἀδικίαν, χρίεται, καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται, ἵνα ὁ
αὐτός τε ὢν καὶ αὐτὸς διαμένων, τὴν τρεπτὴν σάρκα λαβών,
τὴν μὲν ἁμαρτίαν ἐν αὐτῇ κατακρίνῃ [Rom 8, 3], ἐλευθέραν δὲ
αὐτὴν κατασκευάσῃ εἰς τὸ δύνασθαι λοιπὸν τὸ δικαίωμα τοῦ
νόμου πληροῦν ἐν αὐτῇ, ὥστε καὶ λέγειν δύνασθαι· «Ἡμεῖς

---

perditum reperiri hominem, mortuum revocari ad vitam ac templum Dei fieri. Cum enim caeli potestates, angeli et archangeli qui Dominum semper adoravere, nunc eum in nomine Iesu adorent, nostra profecto gratia et gloria est, quod etiam homo factus Dei Filius adoretur, nec virtutibus caelestibus mirum videbitur, cum nos omnes, qui eiusdem ac ille naturae corpora habemus, in suam regionem viderint introduci.

299 1, 51. Cum enim Adam primus homo fuerit mutatus, et mors 763
per peccatum in mundum intraverit, eam ob rem secundum Adam
decebat esse immutabilem, ut, si serpens insidias iterum tenderet,
eius fraudes irritae forent, summamque propter Domini immutabili-
tatem vim nullam adversus quemquam haberent omnes eius co-
302 natus. Nam quemadmodum peccante Adamo peccatum in omnes
homines pertransiit, ita, postquam Dominus factus homo serpentem
devicit, vis illa permanabit in omnes homines, ut singuli nostrum
413 dicant: *Non enim ignoramus cogitationes eius.* Meritissimo igitur
Dominus, qui semper et natura immutabilis est, qui iustitiam amat
et iniquitatem odio habet, ungitur et mittitur, ut idem ipse et
exsistens et permanens, carne mutabili assumpta, peccatum in
ipsa condemnet eamque reddat liberam, ut legis iustitiam possit
deinceps in ipsa implere. Hinc iam licet dicere: *Nos autem non*

---

763. MG 26, 117.

δὲ οὐκ ἐσμὲν ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν» [ib. 9].

764 2, 21. Πῶς γάρ, εἰ καθ' ὑμᾶς ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν, οἷός 152
τέ ἐστι τὰ οὐκ ὄντα εἰς τὸ εἶναι δημιουργεῖν; Εἰ δὲ κτίσμα ὢν 190
δημιουργεῖ καὶ αὐτὸς κτίσμα, ἔσται καὶ ἐφ' ἑκάστου κτίσματος τὸ αὐτὸ νοούμενον, ὥστε δύνασθαι καὶ αὐτὰ δημιουργεῖν. Καὶ εἰ τοῦτο οὕτω βούλεσθε, τίς ἡ χρεία τοῦ Λόγου, δυναμένων τῶν ὑποβεβηκότων παρὰ τῶν ὑπερεχόντων γίνεσθαι, ἢ ὅλως δυναμένου καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἑκάστου τῶν γενομένων ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ· Γενοῦ, καί· Ποιήθητι· καὶ οὕτως ἂν ἕκαστον ἐδημιουργεῖτο; Ἀλλ' οὐδὲ γέγραπται τοῦτο, οὔτε δυνατὸν ἦν. Τῶν γὰρ γινομένων οὐδέν ἐστι ποιητικὸν αἴτιον· πάντα γὰρ 181
διὰ τοῦ Λόγου γέγονεν. οὐκ ἂν ἐργασαμένου καὶ αὐτοῦ τὰ πάντα, εἰ καὶ αὐτὸς ὁ Λόγος τῶν κτισμάτων ἦν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄγγελοι δημιουργεῖν δυνήσονται, κτίσματα ὄντες καὶ αὐτοί, κἂν Οὐαλεντῖνος καὶ Μαρκίων καὶ Βασιλείδης τοιαῦτα φρονῶσι, καὶ ὑμεῖς ἐκείνων ζηλωταὶ τυγχάνητε.

765 2, 56. Καὶ γὰρ καὶ εἰ μὴ τὰ ἔργα ἔκτιστο, ἀλλ' ἦν ὁ Λόγος 406
τοῦ Θεοῦ, «καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1]. Τὸ δὲ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μὴ τῶν ἀνθρώπων ἡ χρεία γέγονεν αἰτία. Οὐκ ἔστιν ἄρα κτίσμα ὁ Υἱός· εἰ γὰρ κτίσμα 152
ἦν, οὐκ ἂν εἶπε· «Γεννᾷ με» [Prv 8, 25]· ὅτι τὰ μὲν κτίσματα ἔξωθέν ἐστιν ἔργα τοῦ ποιοῦντος, τὸ δὲ γέννημα οὐκ ἔξωθεν,

---

in carne sed in Spiritu sumus, si quidem Spiritus Dei habitat in nobis.

764 2, 21. Qui enim fieri queat, ut ea quae non sunt efficiat ut 152
sint, si, ut putatis, factus e nihilo est? Quodsi ille, licet creatus, 190
possit producere creaturam, certe idem de singulis creaturis erit intellegendum, nempe illas quoque creare posse. Quod si a vobis conceditur, quid Verbo opus fuit, cum inferiores a superioribus effici queant, vel saltem cum res singulae factae potuerint a Deo initio audire «Fias» et «Efficere», atque ita fuissent productae? Verum neque id scriptum est, neque fieri potuit. Nulla enim rerum quae fiunt causa est efficiens; nam omnia per Verbum facta 181
sunt, quod sane non fecisset omnia, si ipsum quoque Verbum e rebus creatis esset. Nec enim vel angeli poterunt creare, cum ipsi sint creati, licet ita senserint Valentinus, Marcion et Basilides, quorum vos aemulatores estis.

765 2, 56. Etiamsi nulla fuissent creata opera, nihilominus Verbum 406
Dei erat, *et Deus erat Verbum.* Ipsum autem Verbum nequaquam homo factum esset, nisi causa fuisset hominum necessitas. Itaque Filius res creata non est; nam, si res creata esset, non dixisset: 152
Gignit me, cum res creatae externa sint effectoris opera, res autem genitae non sint quid externum, ut opus, sed sunt ex patre, cuius

---

764. MG 26, 189.
765. MG 26, 268.

153 ὡς ἔργον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός ἐστιν ἴδιον τῆς οὐσίας. Διόπερ τὰ μὲν κτίσματα, ὁ δὲ Λόγος τοῦ Θεοῦ Υἱὸς μονογενής.

359 2, 59. Αὕτη δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἐστίν, ὅτι ὧν ἐστι 766
ποιητής, τούτων καὶ πατὴρ κατὰ χάριν ὕστερον γίνεται· γίνεται δὲ ὅταν οἱ κτισθέντες ἄνθρωποι, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, λάβωσιν «εἰς τὰς καρδίας ἑαυτῶν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ» [Gal 4, 6]. Οὗτοι δέ εἰσιν ὅσοι, δεξάμενοι τὸν Λόγον, ἔλαβον ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ τέκνα Θεοῦ
423 γενέσθαι· ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν γένοιντο υἱοί, ὄντες φύσει κτίσματα, εἰ μὴ τοῦ ὄντος φύσει καὶ ἀληθινοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ὑποδέξονται. Διό, ἵνα τοῦτο γένηται, «ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο» [Io 1, 14], ἵνα τὸν ἄνθρωπον δεκτικὸν θεότητος ποιήσῃ.

407 2, 68. Ἀλλ' ἠδύνατο, φασί, καὶ κτίσματος ὄντος τοῦ σω- 767
409 158 τῆρος, μόνον εἰπεῖν ὁ Θεὸς καὶ λῦσαι τὴν κατάραν. Τὸ αὐτὸ δ' ἂν ἀκούσαιεν καὶ αὐτοὶ παρ' ἑτέρου λέγοντος· Ἠδύνατο καὶ μηδ' ὅλως ἐπιδημήσαντος αὐτοῦ, μόνον εἰπεῖν ὁ Θεὸς καὶ λῦσαι τὴν κατάραν. Ἀλλὰ σκοπεῖν δεῖ τὸ τοῖς ἀνθρώποις λυσιτελοῦν καὶ μὴ ἐν πᾶσι τὸ δυνατὸν τοῦ Θεοῦ λογίζεσθαι.... Ἠδύνατο καὶ χωρὶς Μωσέως καὶ μόνον εἰπεῖν καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου· ἀλλὰ συνέφερε διὰ Μωσέως.... Ἠδύνατο καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ σωτὴρ ἐπιδημῆσαι, ἢ ἐλθὼν μὴ παραδοθῆναι Πιλάτῳ· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἦλθε, καὶ ζητούμενος εἶπεν· «Ἐγώ εἰμι» [Io 18, 5]· ὃ γὰρ ποιεῖ, τοῦτο καὶ συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἄλλως οὐκ ἔπρεπε γενέσθαι· καὶ ὅπερ δὲ συμ-

---

153 naturae sunt quid proprium. Hinc illae res sunt creatae; hic vero, Verbum Dei Filius unigenitus est.

359 2, 59. Haec est Dei benignitas, quod, quorum effector est, 766
horum etiam pater gratia postea fiat, quod tunc contingit cum creati homines, ut ait apostolus, *Spiritum Filii eius clamantem: Abba, Pater, in suis cordibus* suscipiunt. Hi porro sunt qui, suscepto Verbo, potestatem ab eo accepere filios Dei fieri. Nec
423 enim alio modo filii possunt fieri, cum ex natura sua sint creati, nisi Spiritum eius qui naturalis et verus est Filius acceperint. Quod ut fieret, *Verbum caro factum est,* ut hominem ad divinitatem recipiendam idoneum redderet.

407 2, 68. Atqui, inquiunt, etiamsi salvator creatus esset, poterat 767
409 158 Deus tantummodo dicere, atque ita solvere maledictionem. At simili modo ipsis ita occurri possit: Etiam sine ullo eius adventu poterat Deus tantummodo dicere, atque ita solvere maledictionem. Verum attendere oportet quid sit hominibus utile, non autem quid in omnibus possit Deus. . . . Poterat quoque absque Moyse solummodo dicere populumque educere ex Aegypto; at id per Moysen fieri conveniebat. . . . Quin etiam ipse salvator poterat ab initio advenire; vel, postquam advenit, poterat non tradi Pilato; attamen in fine saeculorum advenit, et quaesitus dixit: *Ego sum.* Quod enim ille facit, id hominibus expedit, nec aliter fieri decuit; quod

766. MG 26, 273. 767. MG 26, 292.

φέρει καὶ πρέπει, τούτου καὶ πρόνοιαν ποιεῖται.... Εἰ διὰ τὸ δυνατὸν εἰρήκει, καὶ ἐλέλυτο ἡ κατάρα· τοῦ μὲν κελεύσαντος ἡ δύναμις ἐπεδείκνυτο, ὁ μέντοι ἄνθρωπος τοιοῦτος ἐγίνετο, οἷος ἦν καὶ ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως, ἔξωθεν λαβὼν τὴν χάριν, καὶ μὴ συνηρμοσμένην ἔχων αὐτὴν τῷ σώματι· τοιοῦτος γὰρ ὢν καὶ τότε τέθειτο ἐν τῷ παραδείσῳ· τάχα δὲ καὶ χείρων ἐγίνετο, ὅτι καὶ παραβαίνειν μεμάθηκεν. Ὢν τοίνυν τοιοῦτος, εἰ καὶ παραπέπειστο ὑπὸ τοῦ ὄφεως, ἐγίνετο πάλιν χρεία προστάξαι τὸν Θεὸν καὶ λῦσαι τὴν κατάραν· καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον ἐγίνετο ἡ χρεία, καὶ οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνθρωποι ἔμενον ὑπεύθυνοι,
δουλεύοντες τῇ ἁμαρτίᾳ. . . . 69. Πάλιν τε εἰ κτίσμα ἦν ὁ Υἱός, 414
ἔμενεν ὁ ἄνθρωπος οὐδὲν ἧττον θνητός, μὴ συναπτόμενος τῷ 415
Θεῷ· οὐ γὰρ κτίσμα συνῆπτε τὰ κτίσματα τῷ Θεῷ, ζητοῦν καὶ αὐτὸ τὸν συνάπτοντα· οὐδὲ τὸ μέρος τῆς κτίσεως σωτηρία
τῆς κτίσεως ἂν εἴη, δεόμενον καὶ αὐτὸ σωτηρίας. Ἵνα οὖν 419
μηδὲ τοῦτο γένηται, πέμπει τὸν ἑαυτοῦ Υἱόν, καὶ γίνεται υἱὸς 422
ἀνθρώπου, τὴν κτιστὴν σάρκα λαβών· ἵν' ἐπειδὴ πάντες εἰσὶν ὑπεύθυνοι τῷ θανάτῳ, ἄλλος ὢν τῶν πάντων, αὐτὸς ὑπὲρ πάντων τὸ ἴδιον σῶμα τῷ θανάτῳ προσενέγκῃ, καὶ λοιπόν, ὡς πάντων δι' αὐτοῦ ἀποθανόντων, ὁ μὲν λόγος τῆς ἀποφάσεως πληρωθῇ (πάντες γὰρ ἀπέθανον ἐν Χριστῷ)· πάντες δὲ δι' αὐτοῦ γένωνται λοιπὸν ἐλεύθεροι μὲν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς δι' αὐτὴν κατάρας, ἀληθῶς δὲ διαμείνωσιν εἰσαεὶ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδυσάμενοι. Τοῦ γὰρ Λόγου ἐνδυσαμένου τὴν σάρκα, καθὼς πολ-

---

autem et expedit et decet, id ipse curat et providet. . . . Si Deus pro sua potentia dixisset solutaque esset maledictio, apparuisset quidem iubentis potestas, talisque factus fuisset homo qualis fuit Adam ante peccatum, qui nimirum gratiam extrinsecus acciperet nec eam corpori conexam haberet. Enimvero cum istiusmodi esset Adam, in paradiso est collocatus, immo vero forte peior factus est, quippe qui peccare didicerit. Quodsi, cum talis fuisset, contigisset quoque ut a serpente deciperetur, Deum iterum iubere et maledictionem solvere opus fuisset, eoque modo nullum finem consecuta esset necessitas, hominesque nihilominus rei mansissent ac
peccato serviissent. . . . 69. Praeterea, si Filius res creata esset, 414
homo nihilominus mortalis remaneret, utpote minime cum Deo 415
copulatus. Nec enim res aliqua creata res alias creatas cum Deo potest coniungere, cum ipsa coniungentem aliquem quaerat. Neque pars aliqua creatae naturae salutem illi posset afferre, cum ipsa salute
quoque indigeat. Quod ne fieret, Deus sui ipsius Filium misit, qui 419
creata carne assumpta factus est filius hominis, ut, quoniam omnes 422
rei essent mortis, ille qui alius est ab omnibus proprium corpus pro omnibus morti offerret, atque ita omnibus veluti per ipsum mortuis sententia adversum nos lata compleretur (omnes enim in Christo mortui sunt), et omnes deinceps a peccato et maledictione, quae ex eo secuta est, per ipsum fierent liberi vereque in perpetuum permanerent, immortalitate et incorruptione, postquam resurrexissent,

λάκις δέδεικται, πᾶν μὲν δῆγμα τοῦ ὄφεως δι᾽ ὅλου κατεσβέν-
νυτο ἀπ᾽ αὐτῆς· εἴ τι ἐκ τῶν σαρκικῶν κινημάτων ἀνεφύετο
κακόν, ἐξεκόπτετο, καὶ συνανῃρεῖτο τούτοις ὁ τῆς ἁμαρτίας
ἀκόλουθος θάνατος.

158 3, 3. «Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί» [Io 14, 10]. 768
Ἔστι γὰρ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί, ὥς γε νοεῖν ἔξεστιν, ἐπειδὴ
σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦτο τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἴδιόν
162 ἐστιν, ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, καὶ ἐκ πηγῆς ποταμός, ὥστε
τὸν ὁρῶντα τὸν Υἱὸν ὁρᾶν τὸ τοῦ Πατρὸς ἴδιον, καὶ νοεῖν,
ὅτι τοῦ Υἱοῦ τὸ εἶναι, ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄν, οὕτως ἐν τῷ Πατρί
ἐστιν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, ἐπειδὴ τὸ ἐκ τοῦ
Πατρὸς ἴδιον, τοῦτο ὁ Υἱὸς τυγχάνει ὤν, ὡς ἐν τῷ ἀπαυγάσ-
ματι ὁ ἥλιος, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ ποταμῷ ἡ
πηγή· οὕτω γὰρ ὁ θεωρῶν τὸν Υἱόν, θεωρεῖ τῆς τοῦ Πατρὸς
οὐσίας τὸ ἴδιον, καὶ νοεῖ, ὅτι ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι. Τοῦ
γὰρ εἴδους καὶ τῆς θεότητος τοῦ Πατρὸς οὔσης τὸ εἶναι τοῦ
Υἱοῦ, ἀκολούθως ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί ἐστι, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν
τῷ Υἱῷ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἰκότως εἰρηκὼς πρότερον·
«Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν» [Io 10, 30], ἐπήγαγε τό· «Ἐγὼ
ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί»· ἵνα τὴν μὲν ταὐτότητα
τῆς θεότητος, τὴν δὲ ἑνότητα τῆς οὐσίας δείξῃ.

148 3, 4. Ἓν γάρ εἰσιν, οὐχ ὡς ἑνὸς πάλιν εἰς δύο μέρη διαι-
ρεθέντος, καὶ μηδὲν ὄντων πλὴν ἑνός· οὐδὲ ὡς τοῦ ἑνὸς δὶς
ὀνομαζομένου, ὥστε τὸν αὐτὸν ἄλλοτε μὲν Πατέρα, ἄλλοτε

---

induti. Namque postquam Verbum carnem induit, ut saepe dictum est, ab ea exstinctus penitus est serpentis morsus, et quidquid mali exoriebatur ex carnis motibus praecisum omnino est, ac denique ipsa mors peccati comes fuit simul interempta.

158 3, 3. *Ego in Patre, et Pater in me est.* Filius enim in Patre 768
est, quantum licet intellegere, quia totum, quod est Filius, hoc
162 naturae Patris proprium est, eo modo quo ex luce splendor et ex
fonte fluvius exoritur, adeo ut, qui Filium videt, id quod proprium
est Patris videat, intellegatque Filium idcirco in Patre esse, quia
ex Patre habet ut sit; et vicissim Patrem in Filio esse, quia Filius
est id quod proprium est ex Patre, sicuti sol est in splendore,
mens in verbo, et fons in fluvio. Ita enim, qui Filium contemplatur,
id quod naturae Patris proprium est simul contemplatur Patrem-
que in Filio esse intellegit. Nam cum forma et divinitas Patris
hoc ipsum sit quod est Filius, omnino sequitur ut Filius sit in
Patre et Pater in Filio. Quocirca cum antea dixisset: *Ego et Pater
unum sumus,* hic recte ait: *Ego in Patre, et Pater in me est,*
ut scilicet eamdem amborum divinitatem unamque naturam esse
doceret.

148 3, 4. Unum enim illi sunt, non quod unum in duas partes sit
divisum quae nihil sint praeter unum, neque quod unum bis
nominetur, ita ut idem aliquando Pater, aliquando sui Filius fiat;

768. MG 26, 328.

δὲ Υἱὸν ἑαυτοῦ γίνεσθαι· τοῦτο γὰρ Σαβέλλιος φρονήσας,
αἱρετικὸς ἐκρίθη. Ἀλλὰ δύο μέν εἰσιν, ὅτι ὁ Πατὴρ πατήρ
ἐστι, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς υἱός ἐστι· καὶ ὁ Υἱὸς υἱός ἐστι, καὶ
οὐχ ὁ αὐτὸς πατήρ ἐστι. Μία δὲ ἡ φύσις· οὐ γὰρ ἀνόμοιον
τὸ γέννημα τοῦ γεννήσαντος· εἰκὼν γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ πάντα
τὰ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ ἐστι. Διὸ οὐδὲ ἄλλος Θεὸς ὁ Υἱός·
οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπενοήθη· ἐπεὶ πάντως καὶ πολλοί, ξένης παρὰ
τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπινοουμένης θεότητος· εἰ γὰρ καὶ ἕτερόν
ἐστιν ὡς γέννημα ὁ Υἱός, ἀλλὰ ταὐτόν ἐστιν ὡς Θεός· καὶ
ἕν εἰσιν αὐτὸς ὁ Πατὴρ τῇ ἰδιότητι καὶ οἰκειότητι τῆς φύσεως,
καὶ τῇ ταὐτότητι τῆς μιᾶς θεότητος, ὥσπερ εἴρηται.
769 3, 6. Οὐκ ἐκ μέρους δὲ ἡ τῆς θεότητος μορφή, ἀλλὰ τὸ 158
πλήρωμα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός ἐστι τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ,
καὶ ὅλος Θεός ἐστιν ὁ Υἱός. Διὰ τοῦτο καὶ ἴσα Θεῷ ὤν,
«οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ» [Phil 2, 6]· καὶ
πάλιν ἐπειδὴ τοῦ Υἱοῦ ἡ θεότης καὶ τὸ εἶδος οὐδενὸς ἄλλου
ἢ τοῦ Πατρός ἐστι, τοῦτό ἐστιν, ὅπερ εἶπε τό· «Ἐγὼ ἐν τῷ
Πατρί» [Io 14, 10]. Οὕτω «Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ 423
καταλλάσσων» [2 Cor 5, 19]· τὸ γὰρ ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς
οὐσίας ἐστὶν ὁ Υἱός, ἐν ᾧ ἡ κτίσις πρὸς τὸν Θεὸν κατηλ-
λάσσετο. Οὕτως ἃ εἰργάζετο ὁ Υἱός, τοῦ Πατρός ἐστιν ἔργα· 180
τὸ γὰρ εἶδος τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός ἐστιν ὁ Υἱός, ἥτις
εἰργάζετο τὰ ἔργα· οὕτω δὲ ὁ βλέπων τὸν Υἱὸν ὁρᾷ τὸν
Πατέρα· ἐν γὰρ τῇ πατρῴᾳ θεότητί ἐστι καὶ θεωρεῖται ὁ Υἱός·

quae cum sentiret Sabellius, haereticus est iudicatus. Verum duo
quidem sunt, quia Pater pater est, nec ipse est filius; et vicissim
Filius est filius, nec ipse pater est. Una vero illorum natura est,
nec enim genitoris genitus est dissimilis, cum imago eius sit, et
omnia quae Patris sunt sint quoque Filii. Hinc Filius alius non
est Deus, quia non extrinsecus effictus est; alioquin complures dii
inducerentur, si extranea excogitaretur divinitas praeter Patris
divinitatem. Tametsi enim aliud est Filius ut genitus, attamen
idem est ut Deus; atque adeo ipse et Pater unum sunt cum
naturae proprietate, tum eadem et una divinitate, quemadmodum
dictum est.
769 3, 6. Ceterum non ex parte tantum divinitatis forma est, sed 158
hoc quod est Filius, plenitudo est divinitatis Patris, ita ut Filius
totus sit Deus. Hinc cum aequalis Deo esset, *non rapinam arbi-
tratus est Deo aequalem esse.* Similiter, quia Filii divinitas et spe-
cies seu forma nullius alius quam Patris est, hoc ipsum est quod
dixit: *Ego in Patre.* Sic *Deus in Christo erat mundum recon-* 423
cilians sibi. Namque naturae Patris proprius est Filius, in quo
natura creata cum Deo reconciliatur. Sic ea, quae Filius agebat, 180
opera Patris erant, quia Filius species seu forma erat Patris
divinitatis, quae ipsa opera efficiebat. Sic qui videt Filium, Patrem
simul videt, quia in paterna divinitate et est et cernitur Filius;

769. MG 26, 332

καὶ τὸ ἐν αὐτῷ πατρικὸν εἶδος δείκνυσιν ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα·
καὶ οὕτως ἐστὶν ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ.
357 3, 24. Οὐκ ἄρα ὡς ἔστιν ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί, οὕτω καὶ 770
358 ἡμεῖς γινόμεθα ἐν τῷ Πατρί· οὐ γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς μετέχων ἐστὶ
τοῦ Πνεύματος, ἵνα διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ Πατρὶ γένηται· οὐδὲ
λαμβάνων ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς τοῖς πᾶσι τοῦτο
170 χορηγεῖ· καὶ οὐ τὸ Πνεῦμα τὸν Λόγον συνάπτει τῷ Πατρί,
161 ἀλλὰ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου λαμβάνει. Καὶ ὁ
162 μὲν Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί ἐστιν, ὡς Λόγος ἴδιος καὶ ἀπαύγασμα
αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ χωρὶς μὲν τοῦ Πνεύματος ξένοι καὶ μακρὰν
ἐσμεν τοῦ Θεοῦ· τῇ δὲ τοῦ Πνεύματος μετοχῇ συναπτόμεθα
τῇ θεότητι· ὥστε τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐν τῷ Πατρὶ μὴ ἡμέτερον εἶναι,
ἀλλὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἐν ἡμῖν ὄντος καὶ ἐν ἡμῖν μένοντος,
359 ἕως αὐτὸ τῇ ὁμολογίᾳ φυλάττομεν ἐν ἡμῖν. . . . 25. Καὶ ὥσπερ
υἱοὶ καὶ θεοὶ διὰ τὸν ἐν ἡμῖν Λόγον, οὕτως ἐν τῷ Υἱῷ καὶ
ἐν τῷ Πατρὶ ἐσόμεθα, καὶ νομισθησόμεθα ἐν Υἱῷ καὶ ἐν Πατρὶ
ἓν γεγενῆσθαι διὰ τὸ ἐν ἡμῖν εἶναι Πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ἐν
364 τῷ Λόγῳ τῷ ὄντι ἐν τῷ Πατρί. Ὅτε γοῦν ἐκπίπτει τις ἀπὸ
τοῦ Πνεύματος διά τινα κακίαν, ἡ μὲν χάρις ἀμεταμέλητος
διαμένει τοῖς βουλομένοις, κἄν τις ἐκπεσὼν μετανοῇ· οὐκέτι
δὲ ἐν τῷ Θεῷ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ πεσών, διὰ τὸ ἀποστῆναι ἀπ'
αὐτοῦ τὸ ἐν τῷ Θεῷ ἅγιον καὶ παράκλητον Πνεῦμα.
390 3, 31. [Χριστός] Θεὸς ὤν, ἴδιον ἔσχε σῶμα, καὶ τούτῳ 771
401 χρώμενος ὀργάνῳ, γέγονεν ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς. Καὶ διὰ τοῦτο

---

paternaque species, quae in illo est, Patrem in eodem exhibet,
atque hoc modo Pater est in Filio.
357 3, 24. Non igitur ut est Filius in Patre, ita et nos in Patre 770
358 sumus. Namque Filius non fit Spiritus particeps ut sit in Patre,
neque ipse Spiritum accipit, sed eum potius omnibus impertit.
170 Nec item Spiritus Verbum cum Patre coniungit, sed potius Spiritus
161 hoc a Verbo accipit. Denique Filius in Patre est tamquam pro-
162 prium eius Verbum et splendor; nos autem, si quidem absit Spiritus,
alieni et procul a Deo sumus; sed Spiritus participes effecti cum
ipsa coniungimur divinitate, ac proinde non nostrum est nos esse
in Patre, sed Spiritus qui in nobis est et in nobis manet, quamdiu
359 scilicet eum in nobis confessione servamus. . . . 25. Unde quemad-
modum filii et dii efficimur ob Verbum quod in nobis habemus,
ita in Filio et in Patre erimus, unumque in iisdem effecti esse
existimabimur, propterea quod in nobis sit Spiritus qui in Verbo
364 est, quod ipsum Verbum est in Patre. Quocirca cum aliquis vitio
aliquo a Spiritu defecerit, illa quidem gratia apud eos qui volue-
rint irrevocabilis permanet, si modo ipsos postquam ceciderint
paeniteat; verumtamen ille qui cecidit non amplius in Deo est, eo
quod sanctus et paracletus Spiritus, qui in Deo est, ab ipso recesserit.
390 3, 31. [Christus] cum Deus esset, proprium habuit corpus, quo 771
401 ut instrumento utens homo propter nos factus est. Hinc quae

770. MG 26, 373. 771. MG 26, 389.

τὰ μὲν ἴδια ταύτης αὐτοῦ λέγεται, ἐπειδὴ ἐν αὐτῇ ἦν, οἷά ἐστι τὸ πεινῆν, τὸ διψῆν, τὸ πάσχειν, τὸ κοπιᾶν, καὶ τὰ ὅμοια, ὧν ἐστιν ἡ σὰρξ δεκτική· τὰ δὲ αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἴδια ἔργα, οἷά ἐστι τὸ ἐγείρειν νεκρούς, καὶ τυφλοὺς ποιεῖν ἀναβλέπειν, καὶ τὴν αἱμορροοῦσαν ἰᾶσθαι αὐτόν, διὰ τοῦ ἰδίου σώματος αὐτὸς ἐποίει· καὶ ὁ μὲν Λόγος τὰς τῆς σαρκὸς ἐβάσταζεν ἀσθενείας, 391
ὡς ἰδίας· αὐτοῦ γὰρ ἦν ἡ σάρξ· καὶ ἡ σὰρξ δὲ ὑπούργει τοῖς τῆς θεότητος ἔργοις, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐγένετο· Θεοῦ γὰρ ἦν σῶμα.

772 3, 34. Ἵνα δὲ καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς τοῦ Λόγου φύσεως, καὶ 400
τὰς διὰ τὴν σάρκα λεγομένας ἀσθενείας αὐτοῦ γινώσκειν τις 401
ἀκριβέστερον ἔχῃ, καλὸν ἀκοῦσαι τοῦ μακαρίου Πέτρου· ἀξιόπιστος γὰρ οὗτος γένοιτ' ἂν μάρτυς περὶ τοῦ σωτῆρος· γράφει τοίνυν ἐν τῇ ἐπιστολῇ λέγων· «Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί» [1 Petr 4, 1]. Οὐκοῦν καὶ ὅταν λέγηται πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ κάμνειν, καὶ μὴ εἰδέναι, καὶ καθεύδειν, καὶ κλαίειν, καὶ αἰτεῖν, καὶ φεύγειν, καὶ γεννᾶσθαι, καὶ παραιτεῖσθαι τὸ ποτήριον, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ τῆς σαρκός, λεχθείη ἂν ἀκολούθως ἐφ' ἑκάστου· Χριστοῦ οὖν πεινῶντος καὶ διψῶντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί· καὶ μὴ εἰδέναι λέγοντος καὶ ῥαπιζομένου, καὶ κάμνοντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί· καὶ ὑψουμένου πάλιν, καὶ γεννωμένου, καὶ αὐξάνοντος σαρκί· καὶ φοβουμένου, καὶ κρυπτομένου σαρκί· καὶ λέγοντος· «Εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο» [Mt 26, 39], καὶ τυπτομένου, καὶ λαμβάνοντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί· καὶ ὅλως πάντα τὰ τοιαῦτα «ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί».

---

carnis sunt propria, illi attribuuntur, quia nempe in ea exsistebat; sic ergo dicitur esurire, sitire, pati, laborare et similia quae ad carnem pertinent. At quae propria Verbi erant opera, ut mortuos ad vitam revocare, caecis visum restituere, haemorrhoissam sanare, per proprium praestabat corpus. Proinde Verbum proprias carnis 391
infirmitates portabat, quia caro sua erat, et vicissim caro divinitatis operibus inserviebat, quia in illa erat, quippe quae Dei corpus esset.

772 3, 34. Ut autem accuratius cognosci possit naturam Verbi pati 400
nihil posse, carnisque infirmitates propter carnem ipsi attribui, 401
haud abs re erit beatum Petrum audire; dignus siquidem testis est cui de salvatore dicenti fides habeatur. Sic ergo in epistula scribit: *Christo igitur pro nobis carne passo.* Proinde cum esurire dicitur et sitire, laborare, ignorare, dormire, flere, postulare, fugere, nasci, calicem deprecari ac denique quaecumque carnis propria sunt, de singulis recte dici possit: Christo igitur carne pro nobis esuriente et sitiente, seque ignorare dicente, colaphis caeso, et laborante pro nobis carne, exaltato item, nascente, crescente carne; timente et latente carne; ac dicente similiter: *Si fieri potest, transeat a me calix iste,* vapulante et accipiente pro nobis carne; in ceteris demum similibus rite addi queat: *pro nobis carne.* Idcirco enim

772. MG 26, 396.

Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦτ' εἴρηκε· «Χριστοῦ
οὖν παθόντος» οὐ θεότητι, ἀλλ' «ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί», ἵνα μὴ
αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἴδια κατὰ φύσιν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς
ἴδια φύσει τὰ πάθη ἐπιγνωσθῇ. Μὴ τοίνυν ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων
τις σκανδαλιζέσθω, ἀλλὰ μᾶλλον γινωσκέτω, ὡς τὴν φύσιν
αὐτὸς ὁ Λόγος ἀπαθής ἐστι, καὶ ὅμως δι' ἣν ἐνεδύσατο σάρκα,
λέγεται περὶ αὐτοῦ ταῦτα, ἐπειδὴ τῆς μὲν σαρκὸς ἴδια ταῦτα,
τοῦ δὲ σωτῆρος ἴδιον αὐτὸ τὸ σῶμα.

400 3, 41. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς 773
390 ἴδια τὰ πάθη· καὶ εἰ ἡ σὰρξ θεοφορεῖται ἐν τῷ Λόγῳ, ἀλλ'
ἡ χάρις καὶ ἡ δύναμίς ἐστι τοῦ Λόγου. Τὰ γοῦν ἔργα τοῦ
Πατρὸς διὰ τῆς σαρκὸς ἐποίει· καὶ οὐδὲν ἧττον πάλιν τὰ
πάθη τῆς σαρκὸς ἐδείκνυτο ἐν αὐτῷ· οἷον ἐπυνθάνετο καὶ
ἤγειρε Λάζαρον, ἐπέπληττε τῇ μητρί, λέγων· «Οὔπω ἥκει ἡ
384 ὥρα μου» [Io 2, 4], καὶ εὐθὺς τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίει. Ἀληθινὸς
γὰρ Θεὸς ἦν ἐν τῇ σαρκί, καὶ ἀληθὴς σὰρξ ἦν ἐν τῷ Λόγῳ.
Διὰ τοῦτο ἐκ μὲν τῶν ἔργων ἐγνώριζεν ἑαυτὸν Υἱόν τε τοῦ
Θεοῦ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· ἐκ δὲ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν
ἐδείκνυεν, ὅτι ἀληθὲς ἐφόρει σῶμα, καὶ ἴδιον ἦν αὐτοῦ τοῦτο.

404 3, 43. Ἀμέλει λέγων ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ κατὰ τὸ 774
ἀνθρώπινον αὐτοῦ· «Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου
τὸν Υἱόν» [Io 17, 1], δῆλός ἐστιν ὅτι καὶ τὴν περὶ τοῦ πάντων
τέλους ὥραν ὡς μὲν Λόγος γινώσκει, ὡς δὲ ἄνθρωπος ἀγνοεῖ·

---

et ipse apostolus dicit: *Christo igitur passo,* non divinitate, sed
pro nobis carne, ut illae affectiones non propriae Verbi naturae,
sed carnis naturae propriae esse agnoscerentur. Nemini igitur
haec humana sint scandalo, sed omnes potius agnoscamus Verbum
quidem pro naturae suae condicione nihil pati posse, sed propter
carnem quam induit ista illi attribui, quia nempe haec carnis
propria sunt, ipsumque corpus salvatoris est proprium.

400 3, 41. Etsi Verbum caro factum est, propriae nihilominus sunt 773
390 carnis affectiones; et vicissim quamvis caro in Verbo divine
gestatur, gratia tamen et virtus Verbi est. Itaque Patris opera
per carnem efficiebat, sed nihilominus carnis affectiones in illo
exhibebantur, ut, cum sciscitatus est et Lazarum ad vitam re-
vocavit, cum item matrem increpavit dicens: *Nondum venit hora*
384 *mea,* et tamen continuo aquam in vinum convertit. Siquidem
verus Deus in carne, et vera caro erat in Verbo. Idcirco ex
operibus quidem se Filium Dei suumque ostendebat Patrem, sed
ex carnis affectionibus se verum corpus habere illudque proprium
sui esse probabat.

404 3, 43. Certe cum in evangelio de se, ut homine, ita loquitur: 774
Pater, venit hora, glorifica Filium tuum, clare demonstrat se ipsam
quoque horam, qua omnium rerum finis est futurus, ut Verbum
cognoscere, sed ut hominem ignorare. Hominis enim proprium

---

773. MG 26, 409. 774. MG 26, 413.

ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν, καὶ μάλιστα ταῦτα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς φιλανθρωπίας ἴδιον τοῦ σωτῆρος. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἐπαισχύνεται διὰ τὴν σάρκα τὴν ἀγνοοῦσαν εἰπεῖν· Οὐκ οἶδα, ἵνα δείξῃ ὅτι εἰδὼς ὡς Θεὸς ἀγνοεῖ σαρκικῶς. Οὐκ εἴρηκε γοῦν· Οὐδὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οἶδεν, ἵνα μὴ ἡ θεότης ἀγνοοῦσα φαίνηται· ἀλλ' ἁπλῶς· «οὐδὲ ὁ Υἱός» [Mc 13, 32]· ἵνα τοῦ ἐξ ἀνθρώπων γενομένου Υἱοῦ ἡ ἄγνοια ᾖ.

775 3, 61. Οὐκοῦν εἰ [ὁ Υἱός] ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων, ὥσπερ καὶ 154
et universim pro omnibus qui opis indigent precamur nos omnes
et hanc victimam offerimus.
284 23 (*myst.* 5), 9. Postea recordamur eorum quoque qui ob- 852
dormierunt: primum patriarcharum, prophetarum, apostolorum,
martyrum, ut Deus eorum precibus et legationibus orationem
588 nostram suscipiat; deinde et pro defunctis sanctis patribus et epi-
scopis et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt, maximum
hoc credentes adiumentum illis animabus fore, pro quibus oratio
defertur, dum sancta et tremenda hic iacet victima.
588 23 (*myst.* 5), 10. Huius rei fidem vobis ab exemplo facere 853
volo; novi enim multos ita dicere: Quid iuvat animam ex hoc
mundo in peccatis seu sine peccatis decedentem, quod eius in
oratione mentio fiat? An vero si rex quispiam viros a quibus
offensus fuerit relegarit in exsilium, posteaque illorum propinqui,
coronam plectentes, eam regi pro suis poena ab ipso afflictis ob-
tulerint, nonne ipsis suppliciorum relaxationem gratificaturus sit?

---

851. MG 33, 1116; R 2, 384. 852. MG 33, 1116; R 2, 386.
853. MG 33, 1116; R 2, 386.

κεκοιμημένων αὐτῷ τὰς δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ
ὦσιν, οὐ στέφανον πλέκομεν, ἀλλὰ Χριστὸν ἐσφαγιασμένον 517
ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσφέρομεν, ἐξιλεούμενοι
ὑπὲρ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν τὸν φιλάνθρωπον Θεόν.

S. HILARIUS, ca 315—366.

In Matthaeum commentarius, 353—355.

854 C. 4, n. 22. *Dictum est autem: quicumque dimiserit uxorem* 572
suam, det illi repudium, etc. [Mt 5, 31]. Aequitatem in omnes 573
concilians, manere eam maxime in coniugiorum pace praecepit, legi addens plura, nihil demens. Nec sane profectus argui potest. Nam cum lex libertatem dandi repudii ex libelli auctoritate tribuisset, nunc marito fides evangelica non solum voluntatem pacis indixit, verum etiam reatum coactae in adulterium uxoris imposuit, si alii ex discessionis necessitate nubenda sit, nullam aliam causam desinendi a coniugio praescribens, quam quae virum prostitutae uxoris societate pollueret.

855 5, 12. Igitur requies nulla gentibus, neque mortis, ut volunt, 594
compendio quies dabitur; sed corporalis et ipsis aeternitas
destinabitur, ut ignis aeterni in ipsis sit aeterna materies, et 592
in universis sempiternis exerceatur ultio sempiterna. Si igitur 609
gentibus idcirco tantum indulgetur aeternitas corporalis, ut mox igni iudicii destinentur, quam profanum est sanctos de gloria aeternitatis ambigere, cum iniquis aeternitatis opus praestetur ad poenam.

856 18, 10. Veniae assiduitas [cf. Mt 18, 22] docet nullum omnino 522
penes nos irae tempus esse oportere, quando omnium omnino peccaminum veniam Deus nobis suo potius munere quam nostro merito largiatur. Neque enim fas est nos ex praescripto legis dandae veniae numero concludi, cum per evangelii gratiam sine modo nobis a Deo fuerit indulta.

De Trinitate, 356—359.

857 L. 1, n. 5. *Ego sum qui sum* [Ex 3, 14]. . . . Admiratus sum 94
plane tam absolutam de Deo significationem, quae naturae

Ad eumdem modum et nos pro defunctis, etiamsi peccatores sint, 520
preces Deo offerentes, non coronam plectimus, sed Christum macta- 517
tum pro peccatis nostris offerimus, clementem Deum cum pro illis tum pro nobis propitiare satagentes.

---

854. ML 9, 939. 855. ML 9, 949. 856. ML 9, 1022.
857. ML 10, 28.

divinae incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intellegentiam humanam sermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quam esse intellegitur; quia id ipsum quod est neque desinentis est aliquando neque coepti; sed id, quod cum incorruptae beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit aut poterit aliquando non esse; quia divinum omne neque abolitioni neque exordio obnoxium est. Et cum in nullo a se Dei desit aeternitas, digne hoc solum, quod esset, ad protestationem incorruptae suae aeternitatis ostendit.

465 2, 1. Sufficiebat credentibus Dei sermo, qui in aures nostras 858
evangelistae testimonio cum ipsa veritatis suae virtute transfusus est, cum dicit Dominus: *Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,* etc. [Mt 28, 19 20]. Quid enim in eo de sacramento salutis hu-
145 manae non continetur? . . . Baptizare iussit *in nomine Patris*
175 *et Filii et Spiritus Sancti,* id est, in confessione et auctoris et unigeniti et doni. Auctor unus est omnium; unus est enim Deus Pater, ex quo omnia; et unus unigenitus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia; et unus Spiritus, donum in omnibus. Omnia ergo sunt suis virtutibus ac meritis ordinata: una potestas ex qua omnia, una progenies per quam omnia, perfectae spei munus unum. Nec deesse quidquam consummationi tantae reperietur, intra quam sit, in Patre et Filio et Spiritu Sancto, infinitas in aeterno, species in imagine, usus in munere.

150 2, 5. Immensum est autem quod exigitur, incomprehen- 859
sibile est quod audetur, ut ultra praefinitionem Dei sermo de Deo sit. Posuit naturae nomina Patrem, Filium, Spiritum Sanctum. Extra significantiam sermonis est, extra sensus intentionem, extra intellegentiae conceptionem, quidquid ultra quaeritur, non enuntiatur, non attingitur, non tenetur. Verborum significantiam rei ipsius natura consumit, sensus contemplationem imperspicabile lumen obcaecat, intellegentiae capacitatem quidquid fine nullo continetur excedit.

95 2, 6. Pater est, ex quo omne quod est constitit. Ipse in 860
Christo et per Christum origo omnium. Ceterum eius esse in sese est, non aliunde quod est sumens, sed id quod est
100 ex se atque in se obtinens. Infinitus, quia non ipse in aliquo, sed intra eum omnia; semper extra locum, quia non con-
102 tinetur; semper ante aevum, quia tempus ab eo est. . . . Deus autem et ubique est et totus ubicumque est. Ita regionem intellegentiae excedit, extra quem nihil est, et cui est semper ut semper sit. Haec veritas est sacramenti Dei, hoc imper-
108 spicabilis naturae nomen in Patre. Deus invisibilis, ineffabilis,

---

858. ML 10, 50. 859. ML 10, 54. 860. ML 10, 54.

infinitus, ad quem et eloquendum sermo sileat, et investigandum
sensus hebetetur, et complectendum intellegentia coartetur.
Habet tamen, ut diximus, naturae suae nomen in Patre, sed
Pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde
quod Pater est. Ipse ingenitus, aeternus, habens in se semper
ut semper sit.

861 2, 7. Atque haec senserim potius de Patre quam dixerim; 103
nam me non fugit, quod ad ea quae eius sunt eloquenda 109
sermo omnis infirmus sit. Sentiendus est invisibilis, incom-
prehensibilis, aeternus. Ceterum ipsum quod in semetipso et 95
a semetipso sit, et ipse per se sit; quod invisibilis et incom-
prehensibilis et immortalis; in his quidem honoris confessio
est et sensus significatio et quaedam circumscriptio opinandi,
sed naturae sermo succumbit, et rem ut est verba non ex-
plicant.... Deficit ergo in nuncupatione confessio, et quidquid
illud sermonum aptabitur, Deum ut est, quantusque est, non
eloquetur. Perfecta scientia est, sic Deum scire, ut, licet non
ignorabilem, tamen inenarrabilem scias. Credendus est, in-
tellegendus est, adorandus est, et his officiis eloquendus.

862 3, 4. Igitur perfecti Patris perfectus Filius, et ingeniti Dei 159
unigenita progenies, qui ab eo qui habet omnia accepit omnia,
Deus a Deo, spiritus a spiritu, lumen a lumine, confidenter
ait: *Pater in me, et ego in Patre* [Io 10, 38], quia, ut spiritus
Pater, ita et Filius spiritus; ut Deus Pater, ita et Filius Deus;
ut lumen Pater, ita et Filius lumen. Ex iis ergo, quae in
Patre, sunt ea in quibus est Filius, id est, ex toto Patre totus
Filius natus est; non aliunde, quia nihil ante quam Filius;
non ex nihilo, quia ex Deo Filius; non in parte, quia pleni-
tudo deitatis in Filio; neque in aliquibus, quia in omnibus;
sed ut voluit qui potuit, ut scit qui genuit. Quod in Patre 156
est, hoc et in Filio est; quod in ingenito, hoc et in unigenito;
alter ab altero, et uterque unum; non duo unus, sed alius in
alio, quia non aliud in utroque; Pater in Filio, quia ex eo
Filius; Filius in Patre, quia non aliunde quod Filius; uni-
genitus in ingenito, quia ab ingenito unigenitus.

863 3, 11. Multi nos filii Dei, sed non talis hic Filius; hic 393
enim et verus et proprius est Filius, origine non adoptione,
veritate non nuncupatione, nativitate non creatione.

864 4, 42. Habes ergo Deum in terris visum et inter homines 147
conversatum, et requiro quomodo intellegendum existimes:
*Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu
Patris* [Io 1, 18], cum Ieremias Deum praedicet, qui et visus
in terris est, et inter homines conversatus est. Pater certe
non nisi soli Filio visibilis est. Quis ergo iste est qui est

861. ML 10, 56. 862. ML 10, 77. 863. ML 10, 82.
864. ML 10, 127.

visus et conversatus inter homines? Deus certe noster est, et visibilis in homine et contrectabilis Deus.

50 7, 4. Cum ecclesia a Domino instituta et ab apostolis 865
confirmata una omnium sit, ex qua se diversarum impietatum furens error absciderit; nec negari possit ex vitio malae intellegentiae fidei exstitisse dissidium, dum, quod legitur, sensui potius coaptatur, quam lectioni sensus obtemperat; tamen, dum sibi partes singulae adversantur, non solum suis, sed adversantium est intellegenda doctrinis; ut, dum adversum unam eam omnes sunt, impiissimum tamen errorem omnium per id quod sola est atque una confutet. Haeretici igitur omnes contra ecclesiam veniunt; sed, dum haeretici omnes se invicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum ecclesiae triumphus ex omnibus est, dum eo haeresis contra alteram pugnat, quod in haeresi altera ecclesiae fides damnat (nihil enim est, quod haereticis commune est), et inter haec fidem nostram, dum sibi adversantur, affirmant.

153 7, 14. Et primum quaero, quam nativitas Filii naturae 866
158 novitatem potuerit inferre, ne Deus sit. Intellegentiae istud humanae sensus excludit, ut aliquid a natura originis suae nascendo diversum sit. . . . Quis, rogo, furor est, nativitatem unigeniti Dei ad degenerem ex Deo referre naturam, cum nativitas non nisi ex proprietate naturae sit; et iam nativitas non erit, si proprietas naturae in nativitate non fuerit? Hinc
152 ille omnis aestus et furor est, ut in Filio Dei non nativitas sit, sed creatio; ut non naturae suae originem subsistens teneat, sed alienam a Deo de non exstantibus sumat. . . . Dei autem Filius neque ex nihilo Deus coepit esse, sed natus est; neque aliud aliquid fuit, antequam Deus est. Atque ita qui in Deum natus est, nec coepit quod Deus est nec profecit. Tenet itaque nativitas eam ex qua substitit naturam, et Filius Dei non aliud quam quod Deus est subsistit.

178 7, 31. Non habet igitur fides apostolica duos deos, quia 867
nec duos patres habeat, nec duos filios. Confitendo Patrem confessa Filium est; credens in Filium credidit et in Patrem, quia et nomen Patris habet in se Filii nomen. Non enim nisi per Filium Pater est; et significatio Filii demonstratio Patris est, quia non nisi ex Patre sit Filius. In unius itaque confessione non unus est; dum et Patrem consummat Filius, et Filii ex Patre nativitas est. . . . 32. Naturam quoque diversam deputet ad utrumque, qui nesciat Patrem et Filium quod unum sint praedicatos. Deleant haeretici evangelicam Filii de se professionem: *Ego in Patre, et Pater in me* [Io 10, 38], ut possint vel duos deos praedicare, vel solum. Non sunt naturarum significationes in naturae unius proprietate,

---

865. ML 10, 202. 866. ML 10, 210. 867. ML 10, 226.

nec duos deos Dei ex Deo veritas perficit, nec singularem
Deum Dei patitur nativitas, nec non unum sunt qui invicem
sunt. Invicem autem sunt, cum unus ex uno est.

868 7, 37. *Qui me vidit, vidit et Patrem* [Io 14, 9]. . . . Agnitus 158
in eo Deus est, si quibus tamen ipse agnitus est, ex virtute
naturae; et intellectus Deus Filius id praestat, ut intellectus
et Pater sit; dum ita imago est, ut non differat genere, sed
significet auctorem. . . . Viventis vivens imago est, et ex eo 162
natus non habet naturae diversitatem, et in nullo diversus tenet
naturae eius ex qua non diversus est potestatem. Quod ergo
imago est, eo proficit, ut Patrem Deum unigeniti Dei significet
nativitas, significet autem ut forma ipse et imago invisibilis
Dei; et per hoc non amittit naturae unitam similitudinem,
quia nec careat virtute naturae.

869 8, 10. Extra evangelica promissa est quisquis extra fidem 263
eorum est, et impiae intellegentiae crimen spem simplicem
perdidit. Habet enim non tam veniam quam praemium igno-
rare quod credas, quia maximum stipendium fidei est sperare
quae nescias. At vero ultimae impietatis furor est, aut in-
tellecta non credere, aut intellegentiam corrupisse credendi.

870 8, 14. De naturali in nobis Christi veritate quae dicimus, 484
nisi ab eo didicimus, stulte atque impie dicimus. Ipse enim
ait: *Caro mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus. Qui
edit carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et
ego in eo* [Io 6, 56 57]. De veritate carnis et sanguinis non 485
relictus est ambigendi locus. Nunc enim et ipsius Domini
professione et fide nostra vere caro est et vere sanguis est.
Et haec accepta atque hausta id efficiunt, ut et nos in 509
Christo et Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est?
Contingat plane his verum non esse, qui Christum Iesum
verum esse Deum denegant. Est ergo in nobis ipse per
carnem, et sumus in eo; dum secum hoc, quod nos sumus,
in Deo est.

871 8, 19. *Cum venerit advocatus ille, quem ego mittam vobis* 185
*a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre meo procedit, ipse testi-
ficabitur de me* [Io 15, 26]. Advocatus veniet, et hunc mittet
Filius a Patre, et Spiritus veritatis est, qui a Patre procedit. . . .
Qui mittit, potestatem suam in eo quod mittit ostendit. . . .
20. Neque in hoc nunc calumnior libertati intellegentiae, utrum
ex Patre an ex Filio Spiritum paracletum putent esse. Non
enim in incerto Dominus reliquit; nam sub iisdem dictis
haec ita locutus est: *Adhuc multa habeo vobis dicere*, etc.
[Io 16, 12—15]. A Filio igitur accipit, qui et ab eo mittitur,
et a Patre procedit. Et interrogo utrum id ipsum sit a Filio

---

868. ML 10, 230. 869. ML 10, 242. 870. ML 10, 247.
871. ML 10, 250.

accipere quod a Patre procedere. Quodsi differre credetur inter accipere a Filio et a Patre procedere, certe id ipsum atque unum esse existimabitur, a Filio accipere, quod sit accipere a Patre.

357 8, 21. Spiritales omnes sumus, si in nobis est Spiritus Dei. 872
168 Sed hic Spiritus Dei et Spiritus Christi est. Et cum Christi
Spiritus in nobis sit, eius tamen Spiritus in nobis est, qui
598 Christum suscitavit a mortuis, et qui suscitavit Christum a
mortuis, corpora quoque nostra mortalia vivificabit propter habitantem Spiritum eius in nobis [cf. Rom 8, 11]. Vivificamur ergo propter habitantem in nobis Spiritum Christi per eum qui Christum suscitavit a mortuis.

376 9, 3. Nescit plane vitam suam, nescit qui Christum Iesum 873
ut verum Deum ita et verum hominem ignorat. Et eiusdem
periculi res est Christum Iesum vel Spiritum Deum vel carnem
423 nostri corporis denegare. . . . Mediator ipse [Christus] in se
ad salutem ecclesiae constitutus, et illo ipso inter Deum et
homines mediatoris sacramento utrumque unus exsistens, dum
385 ipse ex unitis in idipsum naturis naturae utriusque res eadem
est; ita tamen ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse homo nascendo desineret, et homo rursum Deus manendo non esset. Haec itaque humanae beatitudinis fides vera est, Deum et hominem praedicare, Verbum et carnem confiteri, neque Deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum sit.

384 9, 14. Non alius atque diversus est qui se exinanivit et 874
392 qui formam servi accepit; accepisse enim non potest eius
esse qui non sit, quia eius sit qui subsistat accipere. Ergo evacuatio formae non est abolitio naturae; quia qui se evacuat non caret sese, et qui accipit manet. Et cum idem ipse sit evacuans et accipiens, habet quidem in eo sacramentum, quod se evacuat et accipit; non tamen habet interitum, ne non exstet evacuans, et ne non sit accipiens. Itaque evacuatio eo proficit, ut proficiat forma servi, non ut Christus, qui in forma Dei erat, Christus esse non maneat; cum formam servi non nisi Christus acceperit. Qui cum se evacuaverit, ut manens Spiritus Christus idem Christus homo esset, in corpore demutatio habitus et assumptio naturae, naturam manentis divinitatis non peremit; quia unus atque idem Christus sit, et demutans habitum et assumens.

377
378 10, 22. Sed ut per se [Dei Filius] sibi assumpsit ex virgine 875
224 corpus, ita ex se sibi animam assumpsit; quae utique num-
quam ab homine gignentium originibus praebetur. Si enim conceptum carnis nisi ex Deo virgo non habuit, longe magis

---

872. ML 10, 252. 873. ML 10, 282. 874. ML 10, 293.
875. ML 10, 359.

necesse est anima corporis, nisi ex Deo, aliunde non fuerit. Et cum ipse ille filius hominis ipse sit qui et Filius Dei, quia 375
totus hominis filius totus Dei Filius sit, quam ridicule praeter Dei Filium, qui Verbum caro factum est, alium nescio quem tamquam prophetam Verbo Dei animatum praedicabimus, cum Dominus Iesus Christus et hominis filius et Dei Filius sit?

876 10, 23. Homo Iesus Christus unigenitus Deus, per carnem 376
et Verbum ut hominis filius ita et Dei Filius, hominem verum secundum similitudinem nostri hominis, non deficiens a se Deo, sumpsit; in quo, quamvis aut ictus incideret aut vulnus 400
descenderet aut nodi concurrerent aut suspensio elevaret, afferrent quidem haec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent. . . . Passus quidem est Dominus Iesus Christus, dum caeditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur; sed in corpus Domini irruens passio nec non fuit passio nec tamen naturam passionis exseruit; dum et poenali ministerio desaevit, et virtus corporis sine sensu poenae vim poenae in se desaevientis excepit. . . . Caro illa, id est panis ille, de caelis est, et homo ille de Deo est. Habens ad patiendum quidem corpus, et passus est, sed naturam non habens ad dolendum. Naturae enim propriae ac suae corpus illud est, quod in caelestem gloriam conformatur in monte, quod attactu suo fugat febres, quod de sputo suo format oculos.

877 12, 25. Erat igitur [Filius], atque est, quia ab eo est, qui 157
quod est semper est. Ab eo autem esse, id est, ex Patre esse, nativitas est. Esse autem semper ab eo qui est semper aeternitas est; aeternitas vero non ex se, sed ab aeterno. Ex aeterno autem nihil aliud quam aeternum. Quod si non aeternum, iam nec Pater qui generationis est auctor aeternus est. Quod cum illi Patrem semper esse atque huius Filium semper esse sit proprium esse, et in eo quod est significatur aeternitas; per id quoque, cui quod est proprium est, proprium est et aeternum.

878 12, 56. Ut in eo quod ante aeterna tempora Unigenitus 150
tuus ex te natus est, cessante omni ambiguitate sermonis atque intellegentiae difficultate, solum quod natus est manet: ita quod ex te per eum Sanctus Spiritus tuus est, etsi sensu quidem 170
non percipiam, sed tamen teneo conscientia.

De synodis, 359.

879 59. Cum non ex voluntate, ut cetera, Filius subsistere 155
doceretur, ne secundum voluntatem tantum, non etiam se- 156

---

876. ML 10, 361. 877. ML 10, 448. 878. ML 10, 470.
879. ML 10, 520.

cundum naturam haberet essentiam, data haereticis occasio videbatur, ut necessitatem Deo Patri gignendi ex se Filii adscriberent, tamquam naturae lege cogente invitus ediderit. Sed haec passionum non est in Deo Patre condicio: cum inenarrabili et perfecta nativitate Filii nec voluntas sola genuit Filium, nec demutata aut coacta imperio naturalis legis essentia est. Nec ad gignendum quaesita substantia est, nec gignentis in genito diversa natura est, nec in tempore paterni nominis solitudo, sed ante tempora omnia Pater ex naturae suae essentia, impassibiliter volens, Filio dedit naturalis nativitatis essentiam.

151 60. Filium innascibilem confiteri impiissimum est. Iam 880
158 enim non erit Deus unus, quia Deum unum praedicari natura unius innascibilis Dei exigit. Cum ergo unus Deus sit, duo innascibiles esse non possunt; cum idcirco Deus unus sit (cum et Pater Deus sit, et Filius Dei Deus sit), quia innascibilitas sola penes unum sit. Filius autem idcirco Deus, quia ex innascibili essentia natus exsistat. Respuit ergo innascibilem Filium praedicari fides sancta, ut per unum innascibilem Deum unum Deum praedicet, ut naturam unigenitam, ex innascibili genitam essentia, in uno innascibilis Dei nomine complectatur. Caput enim omnium Filius est, sed caput Filii Deus est. Et ad unum Deum omnia hoc gradu atque hac confessione referuntur, cum ab eo sumant universa principium, cui ipse principium sit.

159 71. Non est, fratres carissimi, una Patris et Filii neganda 881
substantia, sed nec irrationabiliter praedicanda. Sit una substantia ex naturae genitae proprietate; non sit aut ex portione, aut ex unione, aut ex communione. Potest una substantia pie dici et pie taceri. Habes nativitatem, habes similitudinem. Quid verbi calumniam suspiciose tenemus, rei intellegentia non dissidentes? Credamus et dicamus esse unam substantiam; sed per naturae proprietatem, non ad significationem impiae unionis. Una sit ex similitudine, non ex solitudine.

Tractatus super Psalmos, ca 365.

74 *Prolog.* 15[1]. [Canon scripturarum: Veteris testamenti libri 882
XXII: 1—5. Moysis libri quinque, 6. Iesu Nave, 7. Iud. et Ruth, 8. Regnorum I et II, 9. Regnorum III et IV, 10. Paral. I et II, 11. sermones dierum Esdrae, 12. liber Psalm., 13—15. Salomonis Prov., Eccl., Cant. cant., 16. Prophetae minores XII, 17—22. Esaias, Ier. cum Lamentatione et Epistula, Dan., Ez.,

[1] Vide not. 1, p. 177.
880. ML 10, 521. 881. ML 10, 527.
882. CV 22 (ed. A. Zingerle, 1891), 13; ML 9, 241.

Iob, Hester.] Quibusdam autem visum est, additis Tobia et Iudith, viginti quattuor libros secundum numerum graecarum litterarum conumerare.

883 In Ps. 1, n. 18 (13). Iam non, sicut in Adam, donum eius 231
et statuta perturbabuntur, quia ille constitutae immortalitatis beatitudinem peccato transgressae legis amisit, sed per redemptionem ligni vitae, id est dominica passione, cum ipsi ligno vitae similes erimus, iam quidquid in nobis fiet aeternum 610
est, aeternum autem cum beatitudinis sensu. Prosperabuntur enim omnia illa quae fient, non demutatione incerta, non in natura infirma, cum incorruptio corruptionem et aeternitas infirmitatem et forma Dei formam terrenae carnis absorbuerit.

884 2, 15. Hominem, non quod officio eius in aliquo eguerit, 193
[Deus] instituit, sed quia bonus est; participem beatitudinis suae condidit et rationale animal in usum largiendae aeternitatis suae vita sensuque perfecit; et hoc ex ipsius dictis absolute intellegitur.

885 2, 41. Confracta reparabit [Deus], non ex alia aliqua, sed 610
ex vetere atque ipsa originis suae materie speciem illis complaciti sibi decoris impertiens, ut corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam resurrectio non interitu naturam perimat, sed qualitatis condicione demutet. Non enim aliud corpus, 600
quamvis in aliud resurget, apostolo dicente: *Seminatur in corruptela, resurget in incorruptione*, etc. [1 Cor 15, 42 sqq]. Fit ergo demutatio, sed non affertur abolitio. Et cum id quod fuit, in id quod non fuit surgit, non amisit originem, sed profecit ad honorem.

886 2, 49 (48). Non morosa haec ira est, per quam a iusta via 584 585
pereunt, ne quis sibi interim poenae lucro inter moras iudicii 586
blandiatur. In brevi namque exardescit ira. Excipit enim nos statim ultor infernus, et decidentes de corpore, si ita vixerimus, confestim viae rectae perimus. Testes nobis sunt evangelicus dives et pauper, quorum unum angeli in sedibus beatorum et in Abrahae sinibus locaverunt, alium statim poenae regio suscepit. Adeo autem statim poena mortuum excepit, ut etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. Nihil illic dilationis aut morae est. Iudicii enim dies vel beatitudinis retributio est aeterna, vel poenae. Tempus vero mortis habet interim unumquemque suis legibus, dum ad iudicium unumquemque aut Abraham reservat aut poena.

887 51, 23. Non confessio peccatorum nisi in huius saeculi 584
tempore est, dum voluntati suae unusquisque permissus est et 586
per vitae licentiam habet confessionis arbitrium. Decedentes

883. CV 22, 32; ML 9, 258. 884. CV 22, 47; ML 9, 269.
885. CV 22, 68; ML 9, 285. 886. CV 22, 74; ML 9, 290.
887. CV 22, 116; ML 9, 323.

namque de vita simul et iure decedimus voluntatis. Tunc enim
ex merito praeteritae voluntatis lex iam constituta aut quietis
aut poenae excedentium ex corpore suscipit voluntatem. Cuius
temporis non iam liberam, sed necessariam voluntatem ostendit
propheta, cum dicit: *Non est mihi in diebus illis voluntas*
[cf. Eccle 12, 1]. Cessante enim voluntatis libertate, etiam
voluntatis, si qua erit, cessabit effectus.

86 52, 2. Stultus in corde suo dicit: *Non est Deus;* quia, si vellet 888
verbis oris hoc eloqui, stultus esse, sicuti est, publici assensus
iudicio argueretur. Quis enim mundum contuens Deum esse
non sentiat? Sed fit frequenter ut, cum nos veri necessitas
ad confessionem Dei cogat, oblectatio tamen vitiorum Deum
nobis non esse persuadeat, et, quod contra fidem credimus,
id tamen de consilio impii cordis eloquamur.

417 53, 12. Quod autem et in crucem actum unigenitum Dei 889
Filium et morte damnatum eum qui, nativitate quae sibi ex
aeterno Patre est naturalis, aeternus sit, frequenter, immo
semper, praedicamus, non ex naturae necessitate potius quam
ex sacramento humanae salutis passioni fuisse subditus intel-
403 legendus est et voluisse se magis passioni subici quam coactum....
392 Passus ergo est Deus, quia se subiecit voluntarius passioni; sed
400 suscipiens naturales ingruentium in se passionum, quibus do-
lorem patientibus necesse est eas inferri, virtutes, ipse tamen
413 a naturae suae virtute non excidit ut doleret. 13. . . . Male-
dictorum se ergo obtulit morti, ut maledictum legis dissolveret,
hostiam se ipse Deo Patri voluntarie offerendo, ut per hostiam
voluntariam maledictum, quod ob hostiae necessariae et inter-
missae reatum erat additum, solveretur; cuius sacrificii alio
loco meminit in psalmis: *Hostiam et oblationem noluisti, per-
ficis autem mihi corpus* [Ps 39, 7], Deo Patri, legis sacrificia
respuenti, hostiam placentem suscepti corporis offerendo; cuius
oblationis beatus apostolus ita meminit: *Hoc enim fecit semel
se ipsum offerens hostiam Deo* [Hebr 7, 27], omnem humani
generis salutem oblatione sanctae huius et perfectae hostiae
redempturus.

400 68, 23. Percussus ergo et Dominus peccata nostra suscipiens 890
415 et pro nobis dolens, ut in eo usque ad infirmitatem crucis
mortisque percusso sanitas nobis per resurrectionem ex mortuis
379 redderetur. . . . Non pepercerat [Deus] primo illi de terrae
limo Adae, quem de paradiso post culpam, ne lignum vitae
attingens in aeternitate poenae maneret, eiecit, ut naturam
corporis eius Adam e caelis secundus assumens parique morte
percussus eam rursum in vitam aeternam iam sine poenae
aeternitate revocaret. Hunc igitur ita a Deo percussum per-

888. CV 22, 119; ML 9, 325. 889. CV 22, 144; ML 9, 344.
890. CV 22, 332; ML 9, 484.

secuti sunt, super dolorem vulnerum dolorem persecutionis huius addentes; *pro nobis* enim secundum prophetam *dolet* [Is 53, 4], et idcirco est esse in doloribus aestimatus.

891 118, litt. 8 (Heth), n. 7. Cum in lege sciat [David] dictum 105
quod nemo faciem Dei videat et vivat, et ex evangelica beatitudine non ambigat omnes mundo corde Deum esse visuros, perfectae modestiae temperamento cupiditatem desiderii sui elocutus est dicens: *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo* [Ps 118, 58]. Scit nunc impossibile sibi esse quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, ut videat. Scit invisibilem esse carnalibus oculis gloriam Dei.

892 118, 14 (Nun), 20. Est quidem in fide manendi a Deo 314
munus, sed incipiendi a nobis origo est. Et voluntas nostra hoc proprium ex se debet ut velit: Deus incipienti incrementum dabit, quia consummationem per se infirmitas nostra non obtinet, meritum tamen adipiscendae consummationis est ex initio voluntatis.

893 118, 19 (Koph), 8. Non corporalibus locis Deus continetur, 100
neque finibus aut spatiis divinae virtutis immensitas coartatur. Adest ubique et totus ubicumque est; non pro parte usquam est, sed in omnibus omnis est. . . . Nihil a Deo vacat, nihil indiget. Ubique est modo animae corporalis, quae in membris omnibus diffusa a singulis quibusque partibus non abest.

894 129, 3. Primum intellegendum est Deum incorporalem 98
esse neque ex partibus quibusdam atque officiis membrorum, ex quibus unum corpus efficitur, consistere. Legimus enim in evangelio: *Quoniam Deus spiritus est* [Io 4, 24], invisibilis scilicet et immensa atque intra se manens et aeterna natura. Scriptum quoque est: *Quoniam spiritus carnem et ossa non habet* [Lc 24, 39]. Ex his enim corporis membra consistunt, quibus substantia Dei non eget. Deus autem, qui et ubique 100
et in omnibus est, totus audit, totus videt, totus efficit, totus incedit.

895 129, 7. Meminimus esse plures spiritales virtutes, quibus 200
angelorum est nomen, vel ecclesiis praesidentes. . . . Inter- 209
cessione itaque horum non natura Dei eget, sed infirmitas nostra. Missi enim sunt propter eos, qui hereditabunt salutem; Deo nihil ex his, quae agimus, ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum et promerendum spiritalis intercessionis ministerio indigente.

896 138, 17. Est maior Pater Filio, sed ut pater filio, gene- 160 153
ratione, non genere; Filius enim est et ex eo exivit. Et licet 158
paternae nuncupationis proprietas differat, tamen natura non

891. CV 22, 426; ML 9, 554. 892. CV 22, 486; ML 9, 598.
893. CV 22, 526; ML 9, 629. 894. CV 22, 649; ML 9, 719.
895. CV 22, 652; ML 9, 722. 896. CV 22, 756; ML 9, 801.

differt; natus enim a Deo Deus non dissimilis est a gignente 178 substantia. Non potest ergo ad eum, ex quo est [exaequari]; nam quamvis alter in altero per uniformem ac similem eiusdem naturae gloriam maneat, tamen ei, ex quo genitus est, non exaequari in eo videtur posse, quod genuit.

[?] POEMA ADVERSUS MARCIONEM, 360/70.

56 L. 3, c. 9. Hac cathedra, Petrus qua sederat ipse, locatum 897
maxima Roma Linum primum considere iussit.
Post quem Cletus et ipse gregem suscepit ovilis.
Huius Anacletus successor sorte locatus;
quem sequitur Clemens, is apostolicis bene notus.
Evaristus ab hoc rexit sine crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ovile:
post expleta sui qui lustri tempora tradit
Telesphoro; excellens hic erat, martyrque fidelis;
post illum socius legis, certusque magister.
. . . .
Constabat pietate vigens ecclesia Romae
composita a Petro, cuius successor et ipse
iamque loco nono cathedram suscepit Hyginus.
Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater
angelicus pastor, quia tradita verba locutus;
atque pio suscepit Anicetus ordine sortem.

S. PHOEBADIUS EP. AGINNENSIS, † post 392.

Liber contra Arianos, 357/8.

149 22. Tenenda est igitur, ut diximus, regula quae Filium in 898 Patre, Patrem in Filio confitetur; quae unam in duabus personis substantiam servans, dispositionem divinitatis agnoscit. Igitur Pater Deus et Filius Deus, quia in Patre Deo Filius Deus. Hoc si cui scandalum facit, audiat a nobis Spiritum esse de Deo; quia illi, cui est in Filio secunda persona, est et tertia in Spiritu Sancto. Denique Dominus: *Petam,* inquit, *a Patre meo, et alium advocatum dabit vobis* [Io 14, 16]. Sic alius a Filio Spiritus, sicut a Patre Filius. Sic tertia in Spiritu, ut in Filio secunda persona; unus tamen Deus omnia, tres 80 unum sunt. Hoc credimus, hoc tenemus, quia hoc accepimus 142 a prophetis, hoc nobis evangelia locuta sunt, hoc apostoli tradiderunt, hoc martyres passione confessi sunt; in hoc mentibus fidei etiam haeremus, contra quod *etiamsi angelus de caelo annuntiaverit, anathema sit* [Gal 1, 8].

897. ML 2, 1077. 898. ML 20, 30.

De fide orthodoxa, 360/1[1].

899 6. Quid est Filius de eo quod Pater est? Alius idem. 179
Nam et ob hoc Verbum nuncupatur, quia ex proprio divino 161
ore processit et nihil Pater sine eo aut iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de Deo et semper cum Deo est, et omnis
potestas Patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia 162
de corde Patris adveniens arcana caelestia credentibus reseravit. . . . Vides ergo per haec vocabula significationes et dispositionum et operum divinorum praeostensas, non tamen ipsum Deum proprie definitum? Est ergo Pater Deus immensus, aeternus, incomprehensibilis, inaestimabilis. Est et Filius eius Deus et Dominus noster, tantus quantus est et Pater; sed non aliunde quam de Patre; quia *Ego*, inquit, *de Patre exivi* [Io 16, 28], hoc est lumen de lumine.

[?] S. GREGORIUS ELIBERITANUS, † post 392.

[Dicti] Tractatus Origenis.

900 Tract. 1. Quidquid de eo [Deo] dixeris, efficientiam operum 108
suorum et dispensationes sacramentorum ipsius nominabis, non tamen ipsum qualis et quantus sit poteris explicare. Tunc enim aestimatur Deus, cum inaestimabilis dicitur.

901 2. Illic [in cruce] suspensus est Dominus, ut peccata nostra, 417
quae nobis ex transgressionis ligno obvenerant, in ligno crucis 410
rursus per eumdem hominem affixa punirentur.

902 6. Salvator noster qui . . . est . . rex regum, propter 159
potentem virtutem qua in morte diabolum vicit, leo est ap- 153
pellatus. Sed quare hic [Gn 49, 9] catulum leonis nominavit, quem alibi de tribu Iuda victorem dixerat? Sed ideo catulum nominavit, ut non ipsum Patrem sed Dei Filium demonstraret. Nam et cum leo et catulus leonis dicitur, et Pater et Filius indicantur, in quibus non natura dividitur, sed personae distinctae monstrantur. Sicut enim ex leone leo nascitur, ita Deus de Deo et lumen ex lumine procedere dicitur. Sicut enim, cum ex leone leo nascitur, non natura mutatur, sed una origo ostenditur, sic et Deus ex Deo natus aliud non potest esse quam Deus.

903 14. Nemo vincit nisi qui Patrem et Filium et Spiritum 179
Sanctum aequali potestate et indifferenti virtute crediderit.

---

[1] Libellus iste potius Gregorio Eliberitano attribuendus est.

899. ML 20, 42.

900. *P. Batiffol*, Tractatus Origenis de libris ss. scripturarum, Parisiis 1900, 8°, p. 11.

901. Ib. 15. 902. Ib. 67. 903. Ib. 157.

Ecce quo sacramento militiae Gedeon hostes suos vicit, quo etiam nos credentes in Christo omnem nequitiam adversae potestatis triumphare consuevimus.

MARIUS VICTORINUS, saec. IV.

Adversus Arium, 356—361.

148 L. 1, c. 13. Dicit ergo [Christus]: *Ex meo accipiet* [Io 16, 14], 904
quod una motio, hoc est, actio agens Christus est, et Spiritus
Sanctus, et primum est vivere, et ab ipso quod est vivere,
170 intellegere: vivere quidem Christus, intellegere Spiritus; ergo
Spiritus a Christo accipit, ipse Christus a Patre, et idcirco et
Spiritus a Patre. 14. Omnia igitur unum, sed a Patre.

382 1, 45. Si manet Trinitas sola, ipse homo et λόγος, quem 905
377 λόγον nos supra Filium demonstravimus. Non autem hoc
significat: et λόγος caro factus est, corruptus λόγος in carnem
conversus est, sed λόγος, per quem effecta sunt omnia, et
omnia effectus, et caro factus est, ut in carne cum esset,
totum hominem sua passione et morte iuxta passiones corporis
mercaretur. Si enim non erat ipse homo de Maria, quare
exinanivit semetipsum? Et quid est *formam servi accipiens*
[Phil 2, 7]? et quid rursus est, *et* λόγος *caro factus est* [Io 1, 14]?

380 3, 3. Assumptus ergo homo totus, et assumptus et liberatus 906
419 422 est; in isto enim omnia universalia fuerunt, universalis caro,
anima universalis, et in crucem sublata atque purgata sunt
per salutarem Deum λόγον, universalium omnium universalem.

375 4, 33. Haec viris fidelibus satis probata sunt: et ante 907
carnem fuisse et in carne eumdem Filium fuisse illum qui
ante saecula est genitus, illum qui ascendit in caelum et inde
182 descendit, illum qui nobis de caelo panis est. . . . Iam vero
Spiritum Sanctum alio quodam modo ipsum esse Iesum Christum
occultum, interiorem, cum animis fabulantem, docentem ista,
170 intellegentiasque tribuentem, et a Patre per Christum genitum,
174 et in Christo: quippe cum unigenitus Filius Christus sit, multis
nos libris exposuimus, et quod exemplis plurimis approbavimus,
satis clarum est. Hoc modo atque hac intellegentia ut Pater
et Deus cum Filio ὁμοούσιον, et Filius quod ipse vita est
cum eo. Quia autem ipse intellegentia est Christus, et Spiritus
148 Sanctus ὁμοούσιον intellegitur. Unde iuncto Patri Filioque
178 accepto, quod sit idem quod Spiritus Sanctus, eo quidem
modo, quo Filius idem est quod Pater, ita tamen ut, quomodo
Pater et Filius unum cum sint, sic tamen Pater sit
etiam Filius, exsistentia unusquisque sua, sed ambo una eadem-

904. ML 8, 1048. 905. ML 8, 1075. 906. ML 8, 1101.
907. ML 8, 1137.

que substantia, sic Christus et Spiritus Sanctus cum ambo unum sint, exsistit tamen Christus sua exsistentia, et Spiritus Sanctus sua, sed ambo una substantia, ex quo omnes, id est, tota Trinitas una, atque eodem modo iuncto Patre cum Filio, Filioque cum Spiritu Sancto. Atque ista ratione Patre cum 149
Spiritu Sancto per Christum iuncto singulis quidem exsistentibus unum omnis Trinitas sit, atque exsistet illud ὁμοούσιος, cum sit omnibus una eademque simul ex aeternitate substantia. Haec nobis salus est, haec liberatio, haec totius hominis plena salvatio, sic Patrem omnipotentem Deum credere, sic Iesum Christum Filium, sic Spiritum Sanctum. Amen.

De generatione divini Verbi.

908 28. Quoniam non est invenire nomen dignum Deo, ab 110
iis quae scimus nominamus Deum; habentes in intellectu, 115
quoniam non proprie nominamus nec appellamus; quemadmodum dicimus: vivit Deus, intellegit Deus. Proinde a nostris actionibus nominamus actiones Dei, exsistente tamen illo super omnia; neque tantum exsistente, sed quasi exsistente, οὐδὲ ὄντως ὑπάρχοντος, ἀλλὰ ὄντος μικροῦ ὑπάρχοντος. Isto etiam modo substantiam, exsistentiam et cetera huiusmodi 112
apponimus Deo, et eius essentiae οὐσίαν aliter dicimus, aliter se habente substantia creata ad quod inest sibi et ad suum etiam esse.

S. EUSTATHIUS EP. ANTIOCHENUS, † med. saec. IV.

[?] In Lazarum, Mariam et Martham homilia.

909 15. Σὺ εἶ ὁ πρωτότοκος καὶ ὁ μονογενὴς καὶ μόνος σὺν 158
Ἁγίῳ Πνεύματι ὁμοούσιός τε καὶ ὁμότιμος καὶ ἰσοδύναμος τῷ 166
γεγεννηκότι, ἄναρχός τε καὶ συναΐδιος Θεῷ Πατρί· σὺ εἶ ὁ 393
Χριστός, οὐχ εἷς τῶν ὑπό σου κτισθέντων ἀοράτων καὶ λει- 392
τουργικῶν σου δυνάμεων, ἀλλὰ φυσικῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ Ζῶντος. «Οὐ πρέσβυς γὰρ οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος», φησίν, ὡς εἶπεν Ἡσαΐας, «ἔσωσεν ἡμᾶς, ἔσωσεν αὐτούς» [Is 33, 22;

---

909 15. Tu es primogenitus et unigenitus et solus cum Sancto Spiritu 158
consubstantialis et pari honore habitus et aequalis potentiae cum 166
genitore, ineffabilis, sine principio et coaeternus Deo Patri; tu es 393
Christus, non una ex his a te creatis invisibilibus atque administra- 392
toriis potentiis, sed natura Filius Dei vivi, *non legatus neque angelus, sed ipse Dominus,* ait, quemadmodum dixit Isaias, *salvavit*

908. ML 8, 1033.
909. *F. Cavallera* (primum edidit, Parisiis 1905, Picard), p. 39.

63, 9]· ὥστε οὐκ εἰσὶν οἱ ἄγγελοι χριστοί· σὺ εἶ ὁ Χριστός, τοῦτ᾽ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος Χριστός, ἀλλὰ Θεὸς Χριστός, Θεὸς
408 ἐνανθρωπήσας, οὐκ ἄνθρωπος ἀποθεωθείς, ἀλλὰ χρίσας τὴν οἰκείαν καὶ ἑκούσιον σάρκωσιν τῇ οἰκείᾳ θεότητι . . .· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ παρὰ πάσης κτίσεως προσκυνούμενος, ὡς εἷς Κύριος καὶ Θεός, ὡς εἷς Υἱός, ὡς εἷς Δεσπότης σὺν Πατρὶ [καὶ] τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι.

150 153 29. Γένοιτο πάντας ἡμᾶς . . . προσκυνοῦντας Κύριον πρὸ 910
157 αἰώνων συναϊδίως τε καὶ συνανάρχως ἀφραστῶς τε καὶ ἀρρεύ-
381 στως ἐκ Πατρός, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐκ τῆς ἀκτίστου οὐσίας γεννηθέντα,
430 καὶ ἐπ᾽ ἐσχάτων ἐκ τῆς ἀχράντου παρθένου ἀμεταβλήτως καὶ
382 ἀσυγχύτως ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ λόγον σαρκωθέντα, τυχεῖν τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ μακαρισμοῦ ἐν ἐλέει καὶ ζωῇ τῇ ἀπεράντῳ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς ἀγηράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων.

S. BASILIUS, ca 330—379.

Epistulae.

148 Ep. 8 [ad Caesarienses, a. 360], 2. Δέον ὁμολογεῖν Θεὸν τὸν 911
149 Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱόν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὡς οἱ θεῖοι λόγοι καὶ οἱ τούτους ὑψηλότερον νενοηκότες ἐδίδαξαν. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῖν τὸ τρίθεον ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτιπερ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οὐ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ φύσει ὁμολογοῦμεν. Πᾶν γὰρ ὃ ἓν ἀριθμῷ λέγεται, τοῦτο οὐχ ἓν ὄντως

---

nos, salvavit eos; quare non sunt angeli christi; tu es Christus, hoc est, non homo Christus, sed Deus Christus, Deus homo factus,
408 non homo Deus factus, sed qui propriam et liberam incarnationem unxit propria divinitate . . .; tu es Christus, qui a tota creatione adoraris ut unus Dominus et Deus, ut unus Filius, ut unus Herus cum Patre et Sancto Spiritu.

150 153 29. Utinam nos omnes . . ., adorantes Dominum, ante saecula 910
157 coaeterne et una sine principio, modo ineffabili et supra sermonem,
381 ex Patre, id est ex increata substantia, genitum et in fine tem-
430 porum ex immaculata virgine sine mutatione et confusione supra
382 cogitationem et sermonem incarnatum, possimus attingere quae ab eo est beatificationem in misericordia et vita perpetua, quia ipsi gloria cum Patre et Sancto Spiritu in infinita saecula saeculorum.

148 8, 2. Confiteri oportet Deum Patrem, Deum Filium, Deum 911
149 Spiritum Sanctum, uti eloquia divina, et qui ea sublimius intellexere, docuerunt. Ceterum ad eos qui tres deos nobis exprobrant, illud dicatur: unum nos Deum non numero, sed natura confiteri. Quidquid enim unum numero dicitur, id vere unum non est, neque

---

910. Ib. 50. 911. MG 32, 248.

οὐδ' ἁπλοῦν τῇ φύσει ἐστίν· ὁ δὲ Θεὸς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος 97
παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται.

912 8, 3. Καίτοι ἡμεῖς, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, οὔτε ὅμοιον 158
οὔτε ἀνόμοιον λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον. Ὅμοιον γὰρ καὶ ἀνόμοιον κατὰ τὰς ποιότητας λέγεται· ποιότητος δὲ τὸ θεῖον ἐλεύθερον. Ταυτότητα δὲ τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐνδεχόμεθα, καὶ τὸ σύνθετον φεύγομεν, τοῦ κατ' οὐσίαν Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν κατ' οὐσίαν Θεὸν καὶ Υἱὸν γεγεννηκότος. Ἐκ γὰρ τούτου τὸ ὁμοούσιον δείκνυται.

913 8, 7. Οἱ ἅγιοι μαθηταὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπέκεινα θεωρίας, 105
ὡς ἔνι ἀνθρώποις, ἐλθόντες, καὶ καθαρθέντες ἀπὸ τοῦ λόγου [cf. Io 15, 3], τὸ τέλος ἐπιζητοῦσι, καὶ τὴν ἐσχάτην μακαριότητα γνῶναι ποθοῦσιν, ὅπερ ἀγνοεῖν καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ καὶ αὐτὸν ὁ Κύριος ἡμῶν ἀπεφήνατο, ἡμέραν μὲν λέγων πᾶσαν τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ἐπινοιῶν τοῦ Θεοῦ. . . . Εἰ τοίνυν 405
ἐκεῖνο λέγεται περὶ ἑαυτοῦ εἰδέναι ὁ Θεὸς ὅπερ ἐστί, κἀκεῖνο μὴ εἰδέναι ὅπερ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἔστι δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐπίνοιαν, καὶ παχυτέραν διδασκαλίαν, τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν· οὐκ ἄρα οἶδεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τὸ τέλος καὶ τὴν ἐσχάτην μακαριότητα. «Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἄγγελοι», φησίν, «ἴσασι» [Mc 13, 32]· τουτέστιν, οὐδὲ ἡ ἐν αὐτοῖς θεωρία καὶ οἱ λόγοι τῶν διακονιῶν εἰσι τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν. Παχεῖα γὰρ

---

natura simplex; Deum vero simplicem et incompositum confitentur 97
omnes.

912 8, 3. Nos, secundum veram doctrinam, neque similem neque 158
dissimilem Patri Filium dicimus. Nam aeque utrumque horum repugnat. Enimvero simile et dissimile qualitatum habita ratione dicuntur, Deus autem liber est a qualitate. Verum identitatem naturae confitentes et consubstantiale admittimus et compositionem fugimus; cum is qui secundum essentiam Deus et Pater est, Deum secundum essentiam et Filium genuerit. Ex hoc enim consubstantiale ostenditur.

913 8, 7. Sancti discipuli salvatoris nostri, cum ad summum con- 105
templationis, quantum hominibus fas est, pervenissent, et Christi sermone expurgati fuissent, finem quaerunt et beatitudinem extremam nosse desiderant; id quod et a suis angelis et a se ipso ignorari Dominus pronuntiavit, diem appellans accuratam omnem consiliorum Dei comprehensionem. . . . Itaque si dicitur Deus 405
id quod est nosse de se ipso, atque id nescire quod non est, non est autem Dominus noster secundum incarnationis considerationem, et crassiorem doctrinam, extremum illud bonum desiderabile; non igitur cognovit salvator noster finem et extremam beatitudinem. *Sed neque angeli,* inquit, *sciunt,* hoc est, neque contemplatio quae in ipsis est, neque rationes ministeriorum sunt extremum illud bonum desiderabile. Nam horum etiam scientia

---

912. MG 32, 249. 913. MG 32, 256.

καὶ τούτων ἡ γνῶσις συγκρίσει τοῦ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.
117 Μόνος δὲ ὁ Πατήρ, φησίν, ἐπίσταται [ib.]· ἐπεὶ καὶ αὐτός ἐστι τὸ τέλος καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης. Ὅταν γὰρ μηκέτι Θεὸν ἐν τοῖς κατόπτροις, μηδὲ διὰ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιγινώσκωμεν [cf. 1 Cor 13, 12], ἀλλ' αὐτῷ ὡς μόνῳ καὶ ἑνὶ προσέλθωμεν, τότε καὶ τὸ ἔσχατον τέλος εἰσόμεθα. Χριστοῦ γὰρ βασιλείαν φασὶν εἶναι πᾶσαν τὴν ἔνυλον γνῶσιν, τοῦ δὲ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν ἄϋλον καί, ὡς ἂν εἴποι τις, αὐτῆς τῆς θεότητος θεωρίαν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ αὐτὸς τὸ τέλος καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης κατὰ τὴν τοῦ Λόγου ἐπίνοιαν.

175 8, 10. Κτίσμα λέγεις τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Πᾶν δὲ κτίσμα 914
δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσαντος· «Τὰ γὰρ σύμπαντα», φησί, «δοῦλα σά» [Ps 118, 91]. Εἰ δὲ δοῦλόν ἐστι, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα· πᾶν δὲ ὃ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα, οὐκ ἀνεπίδεκτόν ἐστι κακίας· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, κατ' οὐσίαν ὂν ἅγιον, πηγὴ ἁγιασμοῦ προσηγόρευται [cf. Rom 1, 4]· οὐκ ἄρα
166 κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Εἰ δὲ μὴ κτίσμα, ὁμοούσιόν ἐστι τῷ Θεῷ.

182 38 [Ad Gregorium fratrem, a. 369/70], 4. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ 915
167 Ἅγιον Πνεῦμα, ἀφ' οὗ πᾶσα ἐπὶ τὴν κτίσιν ἡ τῶν ἀγαθῶν χορηγία πηγάζει, τοῦ Υἱοῦ μὲν ἤρτηται, ᾧ ἀδιαστάτως συγκαταλαμβάνεται, τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται· τοῦτο γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος σημεῖον ἔχει, τὸ μετὰ τὸν Υἱὸν καὶ σὺν

---

117 crassa est, si comparetur cum ea, quae est facie ad faciem. Solus autem Pater, inquit, novit, quippe ipse est et finis et extrema beatitudo. Cum enim non amplius Deum in speculis neque per aliena cognoscemus, sed ad ipsum veluti solum et unum accedemus, tunc et extremum finem sciemus. Nam Christi regnum esse ferunt omnem materialem cognitionem, Dei vero et Patris immaterialem et, ut ita dixerim, ipsius divinitatis contemplationem. Atque etiam Dominus noster et ipse finis est et extrema beatitudo secundum Verbi considerationem.

175 8, 10. Spiritum Sanctum creaturam dicis. Omnis autem creatura 914
serva est creatoris: *Omnia enim,* inquit, *sunt serva tua.* Si vero servus est, adventitiam quoque habet sanctitatem; quidquid autem adventitiam sanctitatem habet, capax est malitiae; at Spiritus Sanctus, cum secundum essentiam sanctus sit, fons appellatur
166 sanctitatis; non est igitur creatura Spiritus Sanctus. Quodsi creatura non est, consubstantialis est Deo.

182 38, 4. Quoniam igitur Spiritus Sanctus, a quo omnis in rem 915
167 creatam bonorum largitio scaturit, Filio quidem cohaeret ac coniunctus est, quocum simul sine ullo intervallo concipitur, habet vero esse ex ea causa, quae Pater est, conexum, unde et procedit; illius secundum hypostasim proprietas hoc signo declaratur, quod

---

914. MG 32, 261. 915. MG 32, 329.

αὐτῷ γνωρίζεσθαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑφεστάναι. Ὁ δὲ
Υἱός, ὁ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα δι᾽ ἑαυτοῦ 178
καὶ μεθ᾽ ἑαυτοῦ γνωρίζων, μόνος μονογενῶς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου
φωτὸς ἐκλάμψας, οὐδεμίαν, κατὰ τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων,
τὴν κοινωνίαν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα ἢ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ
Ἅγιον· ἀλλὰ τοῖς εἰρημένοις σημείοις μόνος γνωρίζεται. Ὁ δὲ
ἐπὶ πάντων Θεὸς ἐξαίρετόν τι γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως, 151
τὸ Πατὴρ εἶναι, καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι, μόνος ἔχει· 160
καὶ διὰ τούτου πάλιν τοῦ σημείου καὶ αὐτὸς ἰδιαζόντως ἐπι-
γινώσκεται. . . . Ἀλλ᾽ ὁ τὸν Πατέρα νοήσας αὐτόν τε ἐφ᾽ ἑαυτοῦ 149
ἐνόησε, καὶ τὸν Υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο. Ὁ δὲ τοῦτον
λαβὼν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἀπεμέρισεν, ἀλλ᾽ ἀκολούθως
μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν
κατὰ ταὐτὸν συγκεκραμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο.
Καὶ ὁ τὸ Πνεῦμα μόνον εἰπὼν συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ
ταύτῃ καὶ τὸν οὗ ἐστι τὸ Πνεῦμα. Καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ 168
ἐστι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Παῦλος
[Rom 8, 9], ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ
τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ Πνεῦμα ἑλκύσας,
καθώς φησιν ὁ προφήτης [Ps 118, 131], δι᾽ αὐτοῦ καὶ τὸν Υἱὸν
καὶ τὸν Πατέρα συνεφειλκύσατο. Καὶ εἰ τὸν Υἱὸν ἀληθινῶς
τις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, πῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα,
πῇ δὲ τὸ ἴδιον Πνεῦμα συνεπαγόμενον. . . . Οὐ γὰρ ἔστιν 148
ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν κατ᾽ οὐδένα τρόπον, ὡς ἢ Υἱὸν
χωρὶς Πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ διαζευχθῆναι·

---

post Filium et cum Filio cognoscitur, et quod ex Patre subsistit.
Filius vero, qui ex Patre procedentem Spiritum per sese ac secum 178
notum facit, ac solus unigenite ex ingenita luce effulsit, nullam,
quod ad signorum quibus dignoscitur proprietatem attinet, cum
Patre aut Spiritu Sancto communitatem habet; sed iis quae dixi
signis solus agnoscitur. Qui autem est super omnia Deus, prae- 151
cipuam quamdam suae hypostasis notam, quod Pater est et quod 160
nulla subsistit ex causa, solus habet; hocque rursus indicio et ipse
proprie cognoscitur. . . . Sed qui Patrem intellexit, et eum in se 149
ipso intellexit, et Filium animi perceptione simul est complexus.
Qui autem percepit Filium, a Filio Spiritum non separavit, sed
consequenter quidem secundum ordinem, coniuncte vero secundum
naturam, trium simul permixtam in se ipso fidem expressit. Et
qui Spiritum tantum dixit, comprehendit simul hac confessione et
eum cuius Spiritus est. Et quia Christi est Spiritus, et ex Deo, 168
quemadmodum dicit Paulus, ut ex catena extremum unum qui
apprehendit alterum etiam extremum simul attraxit, ita qui Spiritum
attraxit, ut ait propheta, et Filium et Patrem per ipsum simul
traxit. Quin etiam Filium si quis vere apprehenderit, habebit
eum utrinque, hinc quidem Patrem suum, illinc vero Spiritum
proprium una secum adducentem. . . . Non enim potest ullo modo 148
sectio aut divisio excogitari, ita ut aut Filius absque Patre intel-
legatur, aut Spiritus seiungatur a Filio; sed in his ineffabilis 150

150 ἀλλά τις ἄρρητος καὶ ἀκατανόητος ἐν τούτοις καταλαμβάνεται
καὶ ἡ κοινωνία καὶ ἡ διάκρισις, οὔτε τῆς τῶν ὑποστάσεων δια-
997 31 *(theol. 5)*, 14. Ὁ δὲ κοινὸς ἡμῖν πρὸς ἀμφοτέρους τίς 149
ἀγών τε καὶ λόγος; Ἡμῖν εἷς Θεός, ὅτι μία θεότης· καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. Οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον Θεός· οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον· οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς μεριστοῖς ὑπάρχει, κἀνταῦθα λα-

---

quidquam deest. Verum manifestationis, ut ita dicam, mutuaeque eorum relationis differentia, diversa quoque ipsis nomina procreavit.
Neque enim Filio aliquid deest ad hoc ut sit Pater (nec enim de- 149
fectus est filiatio), nec propterea tamen Pater est. Alioqui eadem ratione Patri aliquid deerit ad hoc ut sit Filius; nec enim Pater Filius est. Sed haec defectum procul dubio undequaque non arguunt nec essentiae submissionem; quin potius ex hoc ipso, quod ingenitus sit, et quod genitus, et quod procedat, hoc effectum est, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus appelletur, atque ita inconfusa trium personarum distinctio in una divinitatis natura et dignitate conservetur. Neque enim Filius est Pater, unus enim est Pater, sed est id quod Pater; nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est, unus enim unigenitus, sed est id quod Filius; tria haec unum, si divinitatem spectes, et unum tria, si proprietatum rationem
habeas, ut nec unum Sabellio faveat, nec tria pestiferae divisioni, 187
quae viget. 10. Quid ergo? Spiritus Sanctus est Deus? Maxime. 166
Consubstantialis igitur? Prorsus, siquidem Deus.

997 31 *(theol. 5)*, 14. At vero quodnam nobis est cum utrisque 149
certamen, et quaenam oratio? Nobis Deus unus est, quoniam una deitas; atque ad unum ea, quae ex eo sunt, referuntur, etiamsi tres personas credamus. Neque enim hoc magis, illud minus est Deus; nec hoc prius, illud posterius. Nec voluntate scinduntur, nec potentia dividuntur, nec denique quidquam eorum, quae divi-

---

997. M 162; MG 36, 148.

βεῖν ἔστιν· ἀλλὰ ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, εἰ δεῖ συντόμως
εἰπεῖν, ἡ θεότης· καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων,
μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις.

422 33 (a. 379/380), 9. Ἐγὼ δὲ οὕτως ἀρχαίως ἔχω καὶ φιλο- 998
σόφως, ὥστε ἕνα μὲν οὐρανὸν καὶ κοινὸν ἅπασι τὸν αὐτὸν
ὑπολαμβάνω, κοινὴν δὲ ἡλίου καὶ σελήνης περίοδον, . . . καὶ
ἔτι πρὸ τούτων, κοινὸν λόγον, νόμον, προφήτας, αὐτὰ τὰ
Χριστοῦ πάθη, δι' ὧν ἀνεπλάσθημεν, οὐχ ὁ μέν, ὁ δ' οὔ,
πάντες δὲ οἱ τοῦ αὐτοῦ Ἀδὰμ μετασχόντες, καὶ ὑπὸ τοῦ
415 ὄφεως παραλογισθέντες, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ θανατωθέντες, καὶ
διὰ τοῦ ἐπουρανίου Ἀδὰμ ἀνασωθέντες, καὶ πρὸς τὸ ξύλον
τῆς ζωῆς ἐπαναχθέντες, διὰ τοῦ ξύλου τῆς ἀτιμίας, ὅθεν ἀπο-
πεπτώκαμεν.

149 33, 16. Αὐτοὶ δὲ [fideles] προσκυνοῦσι τὸν Πατέρα καὶ τὸν 999
164 Υἱὸν καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, μίαν θεότητα· Θεὸν τὸν Πατέρα,
Θεὸν τὸν Υἱόν, Θεόν (εἰ μὴ τραχύνῃ) τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον,
μίαν φύσιν ἐν τρισὶν ἰδιότησι, νοεραῖς, τελείαις, καθ' ἑαυτὰς
ὑφεστώσαις, ἀριθμῷ διαιρεταῖς, καὶ οὐ διαιρεταῖς θεότητι.

465 33, 17. Εἰς τί ἐβαπτίσθης; Εἰς Πατέρα; Καλῶς· πλὴν 1000
ἰουδαϊκὸν ἔτι. Εἰς Υἱόν; Καλῶς· οὐκ ἔτι μὲν ἰουδαϊκόν, οὔπω
δὲ τέλειον. Εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα; Ὑπέρευγε· τοῦτο τέλειον.

384 37 (a. 380), 2. [Ὁ Χριστός] ὃ ἦν ἐκένωσε, καὶ ὃ μὴ ἦν προσ- 1001
έλαβεν· οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι

---

duis rebus contingunt, hic quoque reperitur. Sed individua in
dividuis, ut uno verbo dicam, est divinitas, ac velut in tribus solibus
inter se cohaerentibus una lucis commixtio.

422 33, 9. Ego vero ita antiquorum et philosophorum more sentio, 998
ut unum idemque caelum omnibus commune esse existimem, com-
munem item solis et lunae conversionem, . . . et etiam praeter haec,
communem rationem, legem, prophetas, ipsos Christi cruciatus,
per quos reformati sumus, non quidem hic et non ille, sed eiusdem
415 Adam omnes participantes, et a serpente decepti, et per peccatum
morte affecti, et per caelestem Adam rursus salvati, et ad lignum
vitae, unde excideramus, per lignum ignominiae revocati.

149 33, 16. Ipsi [fideles] Patrem et Filium et Spiritum Sanctum 999
164 adorant, deitatem unam; Deum Patrem, Deum Filium, Deum (nisi
hoc tibi molestum sit) Spiritum Sanctum, unam naturam in tribus
proprietatibus, intellegentibus, perfectis, per se subsistentibus, nu-
mero quidem distinctis, non autem distinctis divinitate.

465 33, 17. In cuius nomine baptizatus es? Patris? Recte, verum 1000
id adhuc iudaïcum. Filii? Praeclare; hoc iam minime iudaïcum,
sed nondum tam plenum ac perfectum. Spiritus Sancti? Optime:
hoc est perfectum.

384 37, 2. [Christus] id quod erat exinanivit, et quod non erat as- 1001
sumpsit; non duo factus, sed unum ex duobus fieri sustinens.

998. MG 36, 225. 999. MG 36, 236. 1000. MG 36, 236.
1001. MG 36, 284.

ἀνασχόμενος. Θεὸς γὰρ ἀμφότερα, τό τε προσλαβὸν καὶ τὸ προσληφθέν· δύο φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ υἱοὶ δύο, μὴ καταψευδέσθω ἡ σύγκρασις.

1002 37, 6. Τί δήποτε γὰρ τὸ μὲν θῆλυ ἐκόλασαν [οἱ Φαρισαῖοι, 572
cf. Mt 19, 1 sqq], τὸ δὲ ἄρρεν ἐπέτρεψαν; Καὶ γυνὴ μὲν κακῶς βουλευσαμένη περὶ κοίτην ἀνδρὸς μοιχᾶται, καὶ πικρὰ ἐντεῦθεν τὰ τῶν νόμων ἐπιτίμια· ἀνὴρ δὲ καταπορνεύων γυναικός, ἀνεύθυνος; Οὐ δέχομαι ταύτην τὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἐπαινῶ τὴν συνήθειαν.

1003 37, 13. Ἐπειδὴ γάρ εἰσί τινες οἱ τοσοῦτον μεγαλοφρο- 308
νοῦντες ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ὥστε τὸ πᾶν ἑαυτοῖς διδόναι, καὶ μηδὲν τῷ ποιήσαντι καὶ σοφίσαντι καὶ χορηγῷ τῶν καλῶν, διδάσκει τούτους ὁ λόγος [«Οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ» (Rom 9, 16)], ὅτι καὶ τὸ βούλεσθαι καλῶς δεῖται τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας· μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ προαιρεῖσθαι τὰ δέοντα, θεῖόν τι καὶ ἐκ Θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας· δεῖ γὰρ καὶ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ σῴ- 329
ζεσθαι. Διὰ τοῦτό φησιν· «Οὐ τοῦ θέλοντος», τοῦτ᾽ ἔστιν, οὐ μόνον τοῦ θέλοντος, «οὐδὲ τοῦ τρέχοντος» μόνον, «ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ». Εἶτα, ἐπειδὴ καὶ τὸ βούλεσθαι παρὰ Θεοῦ, τὸ πᾶν εἰκότως ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. Ὅσον ἂν δράμῃς, ὅσον ἂν ἀγωνίσῃ, χρῄζῃς τοῦ διδόντος τὸν στέφανον.

1004 37, 15. Φοβοῦμαι μὴ καὶ ἄτοπός τις εἰσέλθῃ λογισμός, 223
ὡς τῆς ψυχῆς ἀλλαχοῦ πολιτευσαμένης, εἶτα τῷ σώματι τούτῳ

Ambo enim Deus sunt: et assumens et assumptum; duae naturae in unum concurrentes, non duo filii, ne falsa sit commixtio.

1002 37, 6. Quid enim causae fuit cur mulierem coercerent [Pharisaei, 572
cf. Mt 19, 1 sqq], marito contra indulgerent eumque liberum relinquerent? Et mulier quidem, quae improbum consilium adversus viri sui cubile suscepit, adultera sit acerbissimisque legum poenis excrucietur, vir autem, qui fidem uxori datam violaverit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem non probo, hanc consuetudinem non laudo.

1003 37, 13. Quoniam enim nonnulli sunt qui ob recte facta ita 308
animis efferuntur, ut id totum sibi ipsis adscribant, nec quidquam creatori et sapientiae eorum auctori ac bonorum omnium suppeditatori acceptum ferant, eos edocet sermo *[Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei]* quod ipsum etiam recte velle divino auxilio indigeat; immo ipsa electio eorum, quae recta sunt, divinum quoddam est atque donum a Dei benignitate manans. Quod enim salvamur, id et a nobis et a Deo esse oportet. Idcirco 329
ait: *Non volentis,* id est, non solum volentis, *nec currentis* solum, *sed* etiam *miserentis Dei.* Ita, quoniam velle quoque ipsum a Deo est, optimo iure totum Deo assignavit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo qui det coronam.

1004 37, 15. Vereor, ne absurda etiam cogitatio cuiquam obrepat, 223
tamquam anima alibi usquam versata sit ac deinde corpori huic

1002. MG 36, 289. 1003. MG 36, 297. 1004. MG 36, 300.

ἐνδεθείσης· καὶ ἐκ τῆς ἐκεῖθεν πολιτείας, τῶν μὲν λαβόντων τὴν προφητείαν, τῶν δὲ κατακρινομένων, ὅσοι κακῶς βεβιώκασιν. . . . Τοῦτο ὑπολαβεῖν λίαν ἄτοπον, καὶ οὐκ ἐκκλησιαστικόν.

193 38 (a. 380), 9. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρκει τῇ ἀγαθότητι τοῦτο τὸ 1005
κινεῖσθαι μόνον τῇ ἑαυτῆς θεωρίᾳ, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὁδεῦσαι, ὡς πλείονα εἶναι τὰ εὐεργετούμενα (τοῦτο γὰρ τῆς ἄκρας ἦν ἀγαθότητος), πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους· καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, Λόγῳ συμ-
199 πληρούμενον, καὶ Πνεύματι τελειούμενον. Καὶ οὕτως ὑπέστησαν λαμπρότητες δεύτεραι, λειτουργοὶ τῆς πρώτης λαμπρότητος·
200 εἴτε νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ οἷον ἄϋλον καὶ ἀσώματον, εἴτε τινὰ φύσιν ἄλλην, ὅτι ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων, ταύτας ὑποληπτέον.

409 38, 13. Ταῦτα [ἁμαρτήματα] ἐπειδὴ μείζονος ἐδεῖτο τοῦ 1006
βοηθήματος, μείζονος καὶ τυγχάνει· τὸ δὲ ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ
162 Θεοῦ Λόγος . . . ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος· ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ, καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχῇ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ
398 ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων. Καὶ πάντα γίγνεται, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ἄνθρωπος [cf. Hebr 4, 15]· κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ Πνεύματι (ἔδει γὰρ καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι)· προ-
383 ελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων,

---

adstricta fuerit; atque, prout illic se gesserit, alii prophetiam accipiant, alii, qui improbe vixerunt, condemnentur. . . . Hoc existimare nimium absurdum est atque ab ecclesiastica fide alienum.

193 38, 9. Quoniam bonitati nequaquam satis erat sua ipsius solum 1005
contemplatione moveri, sed bonum diffundi ac propagari oportebat (id enim summae bonitatis erat), primum angelicas et caelestes virtutes cogitavit; atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo con-
199 ficiebatur, ac Spiritu explebatur. Atque ita secundi splendores pro-
200 creati sunt, primi splendoris administri; sive intellegentes spiritus, sive ignem velut immaterialem et incorporeum, sive aliam quamdam naturam, quam proxime ad has accedentem, eas existimare oportet.

409 38, 13. Haec [crimina] quoniam maiore auxilio indigebant, maius 1006
etiam acceperunt; illud autem fuit ipsum Dei Verbum. . . . illa
162 perfecte similis imago, ille Patris terminus et verbum; ad propriam venit imaginem, et carnem gerit propter carnem, et cum anima rationali iungitur propter animam meam, ut simile per simile puri-
398 ficet. Et secundum omnia, praeter peccatum, fit homo: conceptus ex virgine, quoad animam et carnem prius a Spiritu purificata (debebatur enim generationi honor, maior autem honor virginitati);
383 procedens autem Deus cum assumpta humanitate, unum ex duobus

---

1005. MG 36, 320. 1006. MG 36, 325.

σαρκὸς καὶ Πνεύματος, ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη.
Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξου κράσεως.

1007 38, 16. Ὄψει . . . Ἰησοῦν . . . σταυρούμενον, καὶ συσταυ- 413
ροῦντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν· ὡς ἀμνὸν προσαγόμενον, καὶ ὡς 418
ἱερέα προσάγοντα, ὡς ἄνθρωπον θαπτόμενον, καὶ ὡς Θεὸν
ἐγειρόμενον, εἶτα καὶ ἀνερχόμενον, καὶ ἥξοντα μετὰ τῆς ἑαυτοῦ
δόξης. Πόσαι μοι πανηγύρεις καθ' ἕκαστον τῶν τοῦ Χριστοῦ
μυστηρίων; Ὧν ἁπάντων κεφάλαιον ἕν, ἡ ἐμὴ τελείωσις καὶ 415
ἀνάπλασις, καὶ πρὸς τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐπάνοδος.

1008 39 (*in sancta lumina,* a. 381), 11. Θεὸν δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ 149
φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί· τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας,
εἴτουν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα (οὐδὲν
γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν
αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν)· ἑνὶ δὲ κατὰ τὸν τῆς
οὐσίας λόγον εἴτουν θεότητος. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν'
οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. Ἓν γὰρ ἐν τρισὶν
ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν· τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἤ, τό γε ἀκρι-
βέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης.

1009 39, 12. Πατὴρ ὁ Πατήρ, καὶ ἄναρχος· οὐ γὰρ ἔκ τινος. 178 151
Υἱὸς ὁ Υἱός, καὶ οὐκ ἄναρχος· ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ. Εἰ δὲ 157
τὴν ἀπὸ χρόνου λαμβάνοις ἀρχήν, καὶ ἄναρχος· ποιητὴς γὰρ
χρόνων, οὐχ ὑπὸ χρόνον. Πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς τὸ Πνεῦμα, 167
προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ Πατρός, οὐχ υἱκῶς δέ, οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, 173
174

---

oppositis, carne nimirum et Spiritu, quorum alterum fuit deificans,
alterum deificatum. O novam mixtionem, o miram fusionem!

1007 38, 16. Videbis . . . Iesum . . . in crucem tolli, et peccatum 413
meum secum crucifigentem; ut agnum offerri et ut sacerdotem 418
offerre; ut hominem sepeliri et ut Deum resurgere, ac postea in
caelum ascendere et cum gloria sua venturum esse. Quot mihi
festi dies in his singulis Christi mysteriis! Quorum omnium summa 415
una est, mea perfectio et instauratio, et ad primum Adam reditus.

1008 39, 11. Deum cum dico, uno lumine perstringamini ac trino: 149
trino quidem quantum ad proprietates sive hypostases, si cui hoc
verbum magis arridet, sive personas (neque enim de vocabulis
dissidebimus, quamdiu syllabae ad eamdem sententiam ferent);
uno autem quantum ad substantiae sive divinitatis rationem.
Distinguitur enim indistinctim, ut sic loquar, et distinctim co-
nectitur. Unum enim in tribus divinitas est, et tria unum; ea,
inquam, in quibus divinitas est, vel, ut magis proprie dicam, quae
divinitas est.

1009 39, 12. Pater pater est, et sine principio; non enim ex aliquo. 178 151
Filius filius est, ac non sine principio est; ex Patre siquidem. Si 157
vero temporis principium accipis, et sine principio est; temporum
enim effector non subest tempori. Spiritus vere spiritus sanctus
est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, neque 167 173
174

1007. MG 36, 329. 1008. MG 36, 345. 1009. MG 36, 348.

ἀλλ' ἐκπορευτῶς· εἰ δεῖ τι καὶ καινοτομῆσαι περὶ τὰ ὀνόματα σαφηνείας ἕνεκεν. Οὔτε τοῦ Πατρὸς ἐκστάντος τῆς ἀγεννησίας, διότι γεγέννηκεν· οὔτε τοῦ Υἱοῦ τῆς γεννήσεως, ὅτι ἐκ τοῦ ἀγεννήτου. Πῶς γάρ; Οὔτε τοῦ Πνεύματος, ἢ εἰς Πατέρα μεταπίπτοντος, ἢ εἰς Υἱόν, ὅτι ἐκπεπόρευται, καὶ ὅτι Θεὸς κἂν μὴ δοκῇ τοῖς ἀθέοις· ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος. Ἢ πῶς ἂν ἰδιότης μένοι, κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα;

472 39, 17. Οἶδα καὶ τέταρτον βάπτισμα, τὸ διὰ μαρτυρίου 1010
καὶ αἵματος, ὃ καὶ αὐτὸς Χριστὸς ἐβαπτίσατο, καὶ πολύ γε τῶν ἄλλων αἰδεσιμώτερον, ὅσῳ δευτέροις ῥύποις οὐ μολύνεται.

356 40 (*in sanctum baptisma,* a. 381), 7. Ὥσπερ οὐκ ὄντας ὑπέστη- 1011
σεν [ὁ Θεός], οὕτως ὑποστάντας ἀνέπλασε, πλάσιν θειοτέραν
445 τε καὶ τῆς πρώτης ὑψηλοτέραν· ἣ τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἐστὶ σφραγίς, τοῖς δὲ τελειοτέροις τὴν ἡλικίαν καὶ χάρισμα, καὶ τῆς πεσούσης εἰκόνος διὰ τὴν κακίαν ἐπανόρθωσις.

306 40, 23. Ὥστε καὶ τῶν ἀποτυγχανόντων [τοῦ βαπτίσματος] 1012
οἱ μέν εἰσι παντελῶς κτηνώδεις ἢ θηριώδεις, ὡς ἂν ἀνοίας ἢ πονηρίας ἔχωσιν· οἷς μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν οὐδὲ τὸ χάρισμα, οἶμαι, σφόδρα αἰδέσιμον, ἀλλ' ὄντως χάρισμα, εἰ μὲν δοθείη, στεργόμενον, εἰ δὲ μὴ δοθείη, περιφρονούμενον. Οἱ δὲ γινώσκουσι μὲν καὶ τιμῶσι τὴν δωρεάν· ἀναβάλλονται δὲ οἱ μὲν διὰ ῥαθυμίαν, οἱ δὲ δι' ἀπληστίαν. Οἱ δὲ οὐδέ εἰσιν ἐν δυνάμει

---

per generationem, sed per processionem; liceat enim perspicuitatis causa de nominibus innovare. Neque enim Pater eo ingenitus esse destitit quia genuit, nec Filius genitus esse quia ex ingenito est. Quomodo enim desineret? Nec Spiritus idcirco vel in Patrem vel in Filium migrat, quia processit, ac Deus est etiamsi impiis aliter videatur; proprietas enim moveri non potest. Nam alioqui quomodo proprietas maneret, si moveretur et mutaretur?

472 39, 17. Novi etiam quartum baptismi genus [praeter baptismum 1010
Moysis, Ioannis et Iesu], nempe quod martyrio et sanguine comparatur, quo ipse quoque Christus bapti-atus est, et quidem eo ceteris augustius, quod nullis postea sordibus contaminatur.

356 40, 7. Quemadmodum nos non exsistentes [Deus] produxit, ita 1011
productos refinxit, et quidem figmento diviniore primumque fig-
445 mentum superanti, quod et vitae cursum ineuntibus sigillum est, et iis, qui adultiore aetate sunt, gratia etiam est, ac collapsae per malum imaginis erectio.

306 40, 23. De iis autem, qui [baptismum] non assequuntur, alii sunt 1012
omnino pecudibus vel feris similes, prout amentiam vel pravitatem habent; qui ad cetera mala hoc adiunxerunt, ut nec donum baptismi, ut opinor, magnopere venerentur (et tamen realiter donum est), et si quidem detur, suscipiant, si vero non detur, nihili faciant. Alii donum quidem agnoscunt atque honorantur, verum moras producunt, illi ob ignaviam, isti ob irrita desideria. Alii ne accipere

1010. MG 36, 356. 1011. MG 36, 365. 1012. MG 36, 389.

τοῦ δέξασθαι, ἢ διὰ νηπιότητα τυχόν, ἤ τινα τελέως ἀκούσιον περιπέτειαν, ἐξ ἧς οὐδὲ βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχει τυχεῖν τοῦ χαρίσματος. . . . Καὶ ἡγοῦμαι τοὺς μὲν καὶ δίκας ὑφέξειν, ὥσπερ καὶ τῆς ἄλλης πονηρίας, οὕτω καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ περιφρονήσεως· τοὺς δὲ ὑφέξειν μέν, ἧττον δὲ ὅτι μὴ κακίᾳ μᾶλλον ἢ ἀνοίᾳ τὴν ἀποτυχίαν εἰργάσαντο· τοὺς δὲ μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφραγίστους μέν, ἀπονήρους δέ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν ἢ δράσαντας.

1013 40, 36. Οἶδα γὰρ πῦρ καθαρτήριον, ὃ Χριστὸς ἦλθε βαλεῖν 592
ἐπὶ τῆς γῆς [cf. Lc 12, 49], πῦρ καὶ αὐτὸς ἀναγωγῆς λόγοις 594
καλούμενος. . . . Οἶδα καὶ πῦρ οὐ καθαρτήριον, ἀλλὰ καὶ κολαστήριον· εἴτε καὶ σοδομιτικόν [cf. Gn 19, 24], ὃ πᾶσιν ἁμαρτωλοῖς ἐπιβρέχει θείῳ καὶ καταιγίδι μιγνύμενον [Ps 10, 7]· εἴτε «τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ» [Mt 25, 41]· εἴτε ὃ πρὸ προσώπου Κυρίου πορεύεται «καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ» [Ps 96, 3]· καὶ τὸ τούτων ἔτι φοβερώτερον, ὃ τῷ ἀκοιμήτῳ σκώληκι συντέτακται, μὴ σβεννύμενον [cf. Is 66, 24; Mc 9, 44], ἀλλὰ διαιωνίζον τοῖς πονηροῖς.
Πάντα γὰρ ταῦτα τῆς ἀφανιστικῆς ἐστι δυνάμεως· εἰ μή τῳ 603
φίλον κἀνταῦθα νοεῖν τοῦτο φιλανθρωπότερον καὶ τοῦ κολάζοντος ἐπαξίως.

1014 40, 45. Πίστευε τὸν σύμπαντα κόσμον, ὅσος τε ὁρατὸς 188
καὶ ὅσος ἀόρατος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον, καὶ 189

---

quidem possunt, vel propter infantiam fortasse, vel propter involuntarium prorsus aliquem casum, quo efficitur ut ne volentibus quidem gratia potiri liceat. . . . Ac futurum existimo, ut primi quidem cum aliorum scelerum tum etiam baptismi contempti poenas luant; alii autem poenas quidem, sed leviores pendant, ut qui non tam malitia quam stultitia a baptismo aberrarint; postremi denique nec glorificentur nec suppliciis a iusto iudice afficiantur, utpote qui licet non signati fuerint, non improbi tamen sint, sed damnum passi potius fuerint quam fecerint.

1013 40, 36. Ignem enim purgantem novi, ad quem mittendum 592
Christus in terram venit, qui et ipse mystice ignis appellatur. . . . 594
Novi etiam ignem non purgantem, sed supplicio afficientem, sive sodomiticum qui in omnes peccatores funditur, sulfure et procella permixtum, sive illum *qui diabolo et angelis eius paratus est,* sive illum qui ante faciem Domini procedit, *et in circuitu inimicos eius inflammat;* et illum his etiam formidabiliorem, qui cum insomni verme coniunctus est neque exstinguitur, sed perversis
aeternus est. Hi enim omnes vim habent destructivam, nisi cui 603
placeat etiam ibi intellegere illud mitiore modo et eo qui punit digniore.

1014 40, 45. Crede mundum universum, tam qui visibilis est quam 188
qui invisibilis, ex nihilo a Deo factum esse, et creatoris providentia 189 124

1013. MG 36, 409. 1014. MG 36, 424.

124 προνοίᾳ τοῦ ποιήσαντος διοικούμενον, δέξεσθαι τὴν εἰς τὸ
157 κρεῖττον μεταβολήν. . . . Πίστευε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν
προαιώνιον Λόγον, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀχρόνως
καὶ ἀσωμάτως, τοῦτον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γεγενῆσθαι
431 διὰ σὲ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ἐκ τῆς παρθένου προελθόντα
381 Μαρίας, ἀρρήτως καὶ ἀρυπάρως (οὐδὲν γὰρ ῥυπαρὸν οὗ Θεός,
καὶ δι' οὗ σωτηρία), ὅλον ἄνθρωπον, τὸν αὐτὸν καὶ Θεόν,
413 ὑπὲρ ὅλου τοῦ πεπονθότος, ἵνα ὅλῳ σοι τὴν σωτηρίαν χαρίση-
400 ται, ὅλον τὸ κατάκριμα λύσας τῆς ἁμαρτίας· ἀπαθῆ θεότητι,
παθητὸν τῷ προσλήμματι· τοσοῦτον ἄνθρωπον διά σε, ὅσον
σὺ γίνῃ δι' ἐκεῖνον θεός· τοῦτον ὑπὲρ τῶν ἀνομιῶν ἦχθαι
εἰς θάνατον, σταυρωθέντα τε καὶ ταφέντα, ὅσον θανάτου
γεύσασθαι, καὶ ἀναστάντα τριήμερον, ἀνεληλυθέναι εἰς τοὺς
428 οὐρανούς, ἵνα σε συναγάγῃ κάτω κείμενον· ἥξειν τε πάλιν μετὰ
τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ παρουσίας, κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκρούς·
οὐκ ἔτι μὲν σάρκα, οὐκ ἀσώματον δέ, οἷς αὐτὸς οἶδε λόγοις,
θεοειδεστέρου σώματος.

102 45 (p. 383), 3. Θεὸς ἦν μὲν ἀεί, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· μᾶλλον 1015
δὲ ἔστιν ἀεί. Τὸ γὰρ ἦν καὶ ἔσται τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου
94 τμήματα καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως· ὁ δὲ ὢν ἀεί, καὶ τοῦτο
αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει, τῷ Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους
[Ex 3, 14]. Ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, μήτε
108 ἀρξάμενον, μήτε παυσόμενον, οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον
110 καὶ ἀόριστον, πᾶσαν ὑπερεκπίπτον ἔννοιαν, καὶ χρόνου καὶ

gubernari, et in meliorem statum immutationem accepturum. . . .
157 Crede Dei Filium, Verbum omnibus saeculis antiquius, genitum
ex Patre absque tempore et incorporeo modo, hunc ultimis diebus
431 filium quoque hominis pro te factum esse, ex virgine Maria genitum
381 modo arcano et sine ulla inquinatione (nihil enim inquinatum, ubi
Deus est, per quem venit salus), qui totus est, idemque Deus est;
413 veniens pro toto homine laeso, ut tibi toti salutem largiatur, totam
400 peccati damnationem rescindens; impassibilis divinitate, passibilis
assumpta humanitate; tantum propter te factus homo, quantum
propter illum deus efficeris; crede hunc propter peccata ductum
fuisse ad mortem, crucifixum et sepultum, ita ut mortem gustaret,
et tertia die surrexisse, et in caelos ascendisse, ut te iacentem
428 sursum secum duceret; et rediturum esse in glorioso suo adventu,
iudicantem vivos et mortuos; nec iam carneum, nec tamen in-
corporeum, sed divinius corpus habens, qualiter ipse novit.

102 45, 3. Deus et semper erat, et est, et erit; vel potius est 1015
semper. Nam ‚erat' et ‚erit' huius nostri temporis et fluxae naturae
94 segmenta sunt; ille autem semper est, atque hoc modo se ipsum
nominat, cum in monte Moysi oraculum edit. Universum enim
esse in se ipso complectitur, quod nec principium habuit, nec
108 finem habiturum est, quasi pelagus quoddam essentiae immensum
110 et interminatum, omnem tum temporis tum naturae cogitationem

1015. MG 36, 625.

φύσεως· νῷ μόνῳ σκιαγραφούμενος, καὶ τούτῳ λίαν ἀμυδρῶς καὶ μετρίως, οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτόν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτόν, ἄλλης ἐξ ἄλλου φαντασίας συλλεγομένης, εἰς ἕν τι τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, πρὶν κρατηθῆναι φεῦγον, καὶ πρὶν νοηθῆναι διαδιδράσκον. . . . Ἄπειρον οὖν τὸ θεῖον καὶ δυσθεώρητον· καὶ τοῦτο πάντη καταληπτὸν αὐτοῦ μόνον, ἡ ἀπειρία· κἂν τις οἴηται τῷ ἁπλῆς εἶναι φύσεως, ἢ ὅλον ἄληπτον εἶναι, ἢ τελέως ληπτόν.

1016 45, 22. Τίνι γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν αἷμα, καὶ περὶ τίνος ἐχέθη, 420
τὸ μέγα καὶ περιβόητον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀρχιερέως καὶ θύματος; 418
Κατειχόμεθα μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ, πεπραμένοι ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀντιλαβόντες τῆς κακίας τὴν ἡδονήν. Εἰ δὲ τὸ λύτρον οὐκ ἄλλου τινός, ἢ τοῦ κατέχοντος γίνεται, ζητῶ τίνι τοῦτο εἰσηνέχθη, καὶ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν; Εἰ μὲν τῷ πονηρῷ, φεῦ τῆς ὕβρεως. . . . Εἰ δὲ τῷ Πατρί, πρῶτον μὲν πῶς; Οὐχ ὑπ' ἐκείνου γὰρ ἐκρατούμεθα. . . . Ἢ δῆλον, ὅτι λαμβάνει μὲν ὁ Πατήρ, οὐκ αἰτήσας, οὐδὲ δεηθείς, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκονομίαν, καὶ τὸ χρῆναι ἁγιασθῆναι τῷ ἀνθρωπίνῳ 414
τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον· ἵν' αὐτὸς ἡμᾶς ἐξέληται, τοῦ τυράννου βίᾳ κρατήσας, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπαναγάγῃ διὰ τοῦ 423
Υἱοῦ μεσιτεύσαντος.

---

superans; mente sola is adumbratus, et quidem perexigue ac perobscure, non ex his quae in ipso sunt, sed ex his quae circa ipsum, alia nimirum ex alia imagine collecta, ad unum aliquod veritatis simulacrum exprimendum, quod priusquam teneatur effugit, et priusquam percipiatur se ipsum fuga proripit. . . . Immensus igitur est Deus, et ad contemplandum difficilis, idque solum in eo plane comprehendi potest, quod immensus sit; quamvis aliquis existimet eum, quia simplicis naturae sit, aut plane incomprehensibilem esse, aut perfecte comprehensibilem.

1016 45, 22. Cui enim ille pro nobis sanguis et quam ob causam 420
fusus est, magnus et nobilis Dei sanguis, pontificis et victimae? 418
Nos a diabolo detinebamur, venumdati sub peccato, et pro vitio voluptatem consecuti. Si autem redemptionis pretium non alii solvitur nisi illi qui captivos tenet, quaeso, cui oblatum est, et quam ob causam? Si maligno, o contumeliam! . . . Si autem Patri, primum quomodo id factum est? Nec enim ab illo detinebamur. . . . Perspicuum sane est Patrem quidem accepisse, non tamen quod petierit aut indiguerit, sed propter redemptionis oeconomiam, et quia oportebat humanitate Dei sanctificari hominem; 414
ut ipse nos liberaret, tyranno per vim superato, et ad se reduceret 423
per Filium mediatorem.

1016. MG 36, 653.

Epistulae.

429 101 [ad Cledonium, a. 382]. Εἴ τις οὐ θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν 1017
430 ὑπολαμβάνει, χωρίς ἐστι τῆς θεότητος. Εἴ τις [Χριστὸν] ὡς διὰ
σωλῆνος τῆς παρθένου δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι
λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς, θεϊκῶς μὲν ὅτι χωρὶς ἀνδρός,
ἀνθρωπικῶς δὲ ὅτι νόμῳ κυήσεως, ὁμοίως ἄθεος. Εἴ τις
386 διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι λέγοι Θεόν,
κατάκριτος. Οὐ γὰρ γέννησις Θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ
385 γεννήσεως. . . . Εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ
ἐξ ὧν ὁ σωτήρ, εἴπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ
τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον, οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ
γένοιτο. Τὰ γὰρ ἀμφότερα ἓν τῇ συγκράσει, Θεοῦ μὲν ἐνανθρω-
πήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε.
149 Λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει.
Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγ-
χέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταὐτὸν τῇ
θεότητι.

380 101. Εἴ τις εἰς ἄνουν ἄνθρωπον ἤλπικεν, ἀνόητος ὄντως 1018
ἐστί, καὶ οὐκ ἄξιος ὅλως σῴζεσθαι. Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον,
ἀθεράπευτον· ὃ δὲ ἥνωται τῷ Θεῷ, τοῦτο καὶ σῴζεται. Εἰ
ἥμισυς ἔπταισεν ὁ Ἀδάμ, ἥμισυ καὶ τὸ προσειλημμένον καὶ τὸ
σῳζόμενον· εἰ δὲ ὅλος, ὅλῳ τῷ γεννηθέντι ἥνωται, καὶ ὅλως
σῴζεται.

---

429 101. Si quis sanctam Mariam deiparam esse non credit, extra 1017
430 divinitatem est. Si quis [Christum] per virginem tamquam per
canalem fluxisse, non autem in ea divino simul et humano modo
formatum esse dixerit, divino quia sine viro, humano quia iuxta
386 consuetas leges conceptus, similiter atheus est. Si quis formatum
hominem fuisse, Deumque postea subintrasse dicat, damnabilis
est; hoc enim non Dei generatio est, sed generationis fuga. . . .
385 Ut paucis dicam, aliud quidem et aliud sunt ea ex quibus constat
salvator; non enim idem est invisibile ac visibile, neque id quod
sine tempore est ac quod tempori subest; non tamen est alius
atque alius, absit. Ambo enim unum sunt per coniunctionem,
Deo humanitatem et homine divinitatem suscipiente, aut quocum-
149 que verbo id exprimere velis. Dico autem aliud et aliud, secus
atque in Trinitate se habet; illic enim alius est et alius, ne per-
sonas confundamus, non autem aliud et aliud, cum tria unum sint
et idem quoad divinitatem.

380 101. Si quis in hominem mente carentem sperat, amens vere 1018
est, nec dignus cui salus omnino afferatur. Quod enim assumptum
non est, sanari nequit; quod autem Deo unitum est, hoc quoque
salvatur. Si dimidia tantum ex parte Adam lapsus esset, dimidiatum
quoque esset et assumptum et salvatum; si autem totus peccavit,
totus quoque genito unitur, et totus salvatur.

1017. MG 37, 177. 1018. MG 37, 181.

1019 171 [ad Amphilochium, ca 383]. Μὴ κατόκνει καὶ προσεύχεσθαι 512
καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν λόγῳ καθέλκῃς τὸν Λόγον,
ὅταν ἀναιμάκτῳ τομῇ σῶμα καὶ αἷμα τέμνῃς δεσποτικόν, φωνὴν
ἔχων τὸ ξίφος.

Carmina.

1020 L. 1, carmen 12 [1]. [Ἱστορικαὶ βίβλοι ιβ'· Γέν., Ἔξ., Λευ., 74
Ἀρ., Δευτ., Ἰησ., Κριτ., Ῥούθ, Πράξεις βασιλήων, Παραλ.,
Ἔσδρ. Στιχηραὶ ε'· Ἰώβ, Δαυΐδ, Σολομωντίαι γ' (Ἐκκλ., Ἆισμ.,
Παροιμ.). Πνεύματος προφητικοῦ ε'· οἱ δώδεκα (Ὠσ., Ἀμ.,
Μιχ., Ἰωήλ, Ἰων., Ἀβδ., Να., Ἀββ., Σοφ., Ἀγγ., Ζαχ., Μαλ.),
Ἡσ., Ἱερ., Ἰεζ., Δαν. Ἀρχαίας κβ' βίβλοι. — Νέον μυστήριον· 75
Ματθ., Μάρκ., Λουκ., Ἰω., Πράξ., Παύλου ιδ' ἐπιστ., ζ' καθολικαί· Ἰακ., Πέτρ. β', Ἰω. γ', Ἰούδ.]

S. GREGORIUS NYSSENUS, ca 335—394.

De hominis opificio, 379.

1021 14. Ἐπειδὴ δὲ τρεῖς κατὰ τὴν ζωτικὴν δύναμιν διαφορὰς 219
ὁ λόγος εὗρε, τὴν μὲν τρεφομένην χωρὶς αἰσθήσεως, τὴν δὲ 220
τρεφομένην μὲν καὶ αἰσθανομένην, ἀμοιροῦσαν δὲ τῆς λογικῆς ἐνεργείας, τὴν δὲ λογικὴν καὶ τελείαν δι' ἁπάσης διήκουσαν τῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ἐν ἐκείναις εἶναι καὶ τῆς νοερᾶς τὸ πλέον ἔχειν· μηδεὶς διὰ τούτων ὑπονοείτω τρεῖς συγκεκροτῆσθαι ψυχὰς ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ συγκρίματι, ἐν ἰδίαις περιγραφαῖς

1019 171. Ne cuncteris et orare et legatione fungi pro nobis, quando 512
verbo Verbum attraxeris, quando incruenta sectione secaveris corpus et sanguinem dominicum, vocem adhibens pro gladio.

1020 1, 12. [Canon scripturarum. Historici XII: Gen., Ex., Lev., 74
Num., Deut., Ios., Iud., Ruth, Reg., Paral., Esdr. Poetici V: Iob, David, Salomonis III (Eccl., Cant., Prov.). Prophetici V: libri XII in uno (Os., Am., Mich., Ioel, Ion., Abd., Nah., Hab., Soph., Agg., Zach., Mal.), Is., Ier., Ez., Dan. Veteris testamenti XXII. —
Novi testamenti: Mt., Mc., Lc., Io., Act., Pauli epp. XIV, catho- 75
licae VII: Iac., Pet. II, Io. III, Iud.]

1021 14. Ceterum, etsi superiore oratione declaratum est triplex esse 219
in vivendi facultate discrimen, ut alia sit vita quae quidem nutriatur, 220
expers tamen sit sensus; alia et nutriatur et sentiat, careat autem facultate rationis; alia denique et ratione utatur et perfecta sit perque facultates ceteras omnes diffusa, ut et in iis exsistat et tamquam eximium quiddam intellegentiae vim habeat; nemo tamen idcirco existimet tres in humano opificio animas exsistere, seorsum

---

[1] Vide not. 1, p. 177.
1019. MG 37, 280. 1020. MG 37, 472.
1021. MG 44, 176.

θεωρουμένας, ὥστε συγκρότημά τι πολλῶν ψυχῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἶναι νομίζειν. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀληθής τε καὶ τελεία
217 ψυχὴ μία τῇ φύσει ἐστίν, ἡ νοερά τε καὶ ἄϋλος, ἡ διὰ τῶν αἰσθήσεων τῇ ὑλικῇ καταμιγνυμένη φύσει.

De vita Moysis, ca 390.

209 Λόγος τις ἔστιν ἐκ πατρικῆς παραδόσεως τὸ πιστὸν ἔχων, 1022
ὅς φησι, πεσούσης ἡμῶν εἰς ἁμαρτίαν τῆς φύσεως, μὴ παριδεῖν τὸν Θεὸν τὴν πτῶσιν ἡμῶν ἀπρονόητον· ἀλλ' ἄγγελόν τινα τῶν τὴν ἀσώματον εἰληχότων φύσιν παρακαθιστᾶν εἰς συμ-
210 μαχίαν τῇ ἑκάστου ζωῇ, ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου, τὸν φθορέα τῆς φύσεως ἀντιμηχανᾶσθαι τὸ ἴσον διὰ πονηροῦ τινος καὶ κακοποιοῦ δαίμονος, τῇ τοῦ ἀνθρώπου ζωῇ λυμαινόμενον. Ἐν μέσῳ δὲ ὄντα τῶν δύο τὸν ἄνθρωπον, τὸν ἑκατέρου τῶν παρεπομένων σκοπὸν ὑπεναντίως πρὸς τὸν ἕτερον ἔχοντα,
301 δι' ἑαυτοῦ ποιεῖν κατὰ τοῦ ἄλλου ἐπικρατέστερον. Προδεικνύοντος τοῖς λογισμοῖς τοῦ μὲν ἀγαθοῦ τὰ τῆς ἀρετῆς ἀγαθά, ὅσα δι' ἐλπίδος τοῖς κατορθοῦσιν ὁρᾶται· τοῦ δὲ ἑτέρου, τὰς ὑλώδεις ἡδονάς, ἀφ' ὧν ἐλπὶς μὲν ἀγαθῶν οὐδεμία, τὸ δὲ παρὸν καὶ μετεχόμενον καὶ ὁρώμενον τὰς αἰσθήσεις τῶν ἀνοητοτέρων ἀνδραποδίζεται.

108 Προϊὼν δὲ ὁ νοῦς, καὶ διὰ μείζονος ἀεὶ καὶ τελειοτέρας 1023
προσοχῆς ἐν περινοίᾳ γινόμενος τῆς ὄντως κατανοήσεως, ὅσῳ προσεγγίζει μᾶλλον τῇ θεωρίᾳ, τοσούτῳ πλέον ὁρᾷ τὸ τῆς

---

certis quasi limitibus circumscriptas, ut naturam hominis ex pluribus animis conflatam putare debeamus. Nam vera et perfecta
217 anima reapse unica quaedam est, intellegens, immaterialis, sed per sensus naturae illi crassae mixta.

209 Sermo quidam est, ex paterna traditione fidem habens, qui 1022
dicit, natura nostra in peccatum lapsa, Deum non reliquisse miseriam nostram absque patrocinio, sed ab eo angelum aliquem, ex iis qui incorpoream naturam sortiti sunt, constitutum esse ad
210 auxiliandum uniuscuiusque vitae, e contrario autem corruptorem naturae machinari pariter per pravum aliquem et maleficum daemona et inficere vitam hominis; hominem vero inter hos duos medium esse, utroque comitantium finem oppositum ad alterum
301 habente, ipsumque per se efficere uter praevaleat; bono quidem offerente cogitationibus bona virtutis, quae per spem a rectis conspiciuntur; altero autem, sordidas delectationes, a quibus nulla spes est bonorum, at res praesentes et possidendae et visibiles in servitutem sensus insipientium redigunt.

108 Mens procedens et per maiorem semper et perfectiorem atten- 1023
tionem facta intellegens intellectum qui est, quo magis appropinquat ad visionem, eo melius cernit divinae naturae invisibili-

1022. MG 44, 337. 1023. MG 44, 376.

θείας φύσεως ἀθεώρητον. . . . Ἐν τούτῳ γὰρ ἡ ἀληθής ἐστιν εἴδησις τοῦ ζητουμένου, τὸ ἐν τούτῳ τὸ ἰδεῖν, ἐν τῷ μὴ ἰδεῖν· ὅτι ὑπέρκειται πάσης εἰδήσεως τὸ ζητούμενον, οἷόν τινι γνόφῳ τῇ ἀκαταληψίᾳ πανταχόθεν διειλημμένον.

In Ecclesiasten homiliae.

1024 8. Τῇ πίστει γὰρ [ὁ Παῦλος] τὴν δικαιοσύνην συμπλέξας καὶ 362
συνυφάνας, διὰ τούτων κατασκευάζει τῷ ὁπλίτῃ τὸν θώρακα, 363
καλῶς καὶ ἀσφαλῶς δι' ἀμφοτέρων θωρακίζων τὸν στρατιώτην. Οὐ γὰρ ἔστιν ἕτερον τοῦ ἑτέρου διεζευγμένον ἀσφαλὲς ὅπλον ἐφ' ἑαυτοῦ τῷ μεταχειριζομένῳ γενέσθαι. Οὔτε γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης ἱκανὴ περισώσασθαι [cf. Iac 2, 14]· οὐδ' αὖ πάλιν ἡ τοῦ βίου δικαιοσύνη ἀσφαλής ἐστιν εἰς σωτηρίαν καθ' ἑαυτήν, διεζευγμένης τῆς πίστεως.

In Canticum canticorum homiliae.

1025 1. Ὁ γὰρ «πάντας θέλων σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀλη- 274
θείας ἐλθεῖν» [1 Tim 2, 4], τὸν τελειότατον ἐνταῦθα καὶ μακάριον τῆς σωτηρίας ὑποδείκνυσι τρόπον, τὸν διὰ τῆς ἀγάπης λέγω. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ διὰ φόβου τισὶ γινομένη ἡ σωτηρία, ὅταν 534
πρὸς τὰς ἀπειλὰς τῆς ἐν τῇ γεέννῃ κολάσεως βλέποντες τοῦ κακοῦ χωριζώμεθα. Εἰσὶ δέ τινες οἱ καὶ διὰ τὴν ἀποκειμένην 271
τοῖς εὐσεβῶς βεβιωκόσι τὸν μισθὸν ἐλπίδα τὴν ἀρετὴν κατορθοῦντες, οὐκ ἀγάπῃ τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀμοιβῆς κατακτώμενοι.

---

tatem. . . . In hoc enim vera est visio quaesiti, in hoc videtur, quia non videtur; nam quaesitum excedit omnem visionem, incomprehensibilitate quasi caligine ex omni parte inclusum.

1024 8. [Paulus] cum fide iustitiam conectens et contexens, per eas 362
loricam armato parat, recte et tuto per utramque loricans militem. 363
Impossibile est enim utentem armari tuto per alteram ab altera disiunctam. Nec enim fides absque operibus iustitiae est sufficiens ad salvandum; nec rursus vitae iustitia per se ad salutem secura est, disiuncta fide.

1025 1. Qui enim *vult omnes esse salvos et venire ad agnitionem* 274
veritatis, ostendit hic perfectissimum et beatum modum salutis, eum dico qui fit per caritatem. Nam nonnullis fit etiam salus 534
per timorem, quando, intuentes ad minas supplicii gehennae, separamur a malo. Sunt etiam aliqui qui propter spem mercedis 271
repositam iis qui pie vixerint, se recte et ex virtute gerunt, non caritate bonum possidentes, sed exspectatione remunerationis.

1024. MG 44, 748. 1025. MG 44, 765.

De oratione dominica.

200 Or. 4. Μεμέρισται πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις εἴς τε τὴν ἀσώματον 1026
καὶ τὴν ἐνσώματον φύσιν. Ἔστι δὲ ἀγγελικὴ μὲν ἡ ἀσώματος· τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι. Ἡ μὲν οὖν νοητή, ἅτε δὴ τοῦ βαροῦντος κεχωρισμένη σώματος (τούτου λέγω τοῦ ἀντιτύπου τε καὶ εἰς γῆν βρίθοντος), τὴν ἄνω λῆξιν ἐπιπορεύεται, τοῖς κούφοις τε καὶ αἰθεριώδεσι τόποις ἐνδιατρίβουσα, ἐν ἐλαφρᾷ τε καὶ εὐκινήτῳ τῇ φύσει· ἡ δὲ ἑτέρα διὰ τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν πρὸς τὸ γεῶδες συγγένειαν, οἷόν τινα ἰλύος ὑποστάθμην, κατ' ἀνάγκην τὸν περίγειον τοῦτον εἴληχε βίον.

De beatitudinibus.

353 Or. 7. Τούτῳ μέν τοι τῷ τοιούτῳ καὶ τοσούτῳ πράγματι 1027
[τῇ θείᾳ φύσει], ὃ οὔτε ἰδεῖν ἔστιν, οὔτε ἀκοῦσαι, οὔτε λογίσασθαι, ὁ ἀντ' οὐδενὸς ἐν τοῖς οὖσι λελογισμένος ἄνθρωπος, ἡ σποδός, ὁ χόρτος, ἡ ματαιότης, οἰκειοῦται, εἰς υἱοῦ τάξιν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων προσλαμβανόμενος. Τί τῆς χάριτος ταύτης ἔστιν εὑρεῖν εἰς εὐχαριστίαν ἐπάξιον; Ποίαν φωνήν, ποίαν διάνοιαν, ποίαν ἐνθυμήσεως κίνησιν, δι' ἧν τὴν τῆς χάριτος ὑπερβολὴν ἀνυμνήσει; Ἐκβαίνει τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ἀθάνατος ἐκ θνητοῦ, καὶ ἐξ ἐπικήρου ἀκήρατος, καὶ ἐξ ἐφημέρου ἀΐδιος, καὶ τὸ ὅλον θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γινόμενος. Ὁ γὰρ Θεοῦ υἱὸς γενέσθαι ἀξιωθεὶς ἕξει πάντως ἐν ἑαυτῷ τοῦ πατρὸς τὸ ἀξίωμα, καὶ πάντων γίνεται τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν κληρονόμος. Ὦ τῆς μεγαλοδωρεᾶς τοῦ πλουσίου Δεσπότου.

---

200 4. Divisa est omnis rationalis creatura in incorpoream et in 1026
corpoream naturam. Incorporea est angelica; altera autem species, nos homines. Illa igitur intellectualis, quae remota est a gravante corpore (ab hoc, dico, rebelli et ad terram vergente), supernam partem sortita, levibus et aethereis locis commoratur, agili et expedita natura; altera vero, propter cognationem corporis nostri ad terrestria, tamquam faecis sedimentum, hanc terrestrem vitam necessario sortita est.

353 7. Huic tali ac tantae rei [naturae divinae], quae nec videri potest, 1027
nec audiri, nec existimari, homo qui pro nihilo in mundo existimatur, cinis, faenum, vanitas, familiaris fit, in filii locum a Deo universorum assumptus. Quid gratia illa dignum est invenire ad gratiarum actionem? Quam vocem, quam cogitationem, quem animi motum, per quem gratia insuperabilis celebretur? Excedit suam naturam homo, immortalis factus ex mortali, incorruptibilis ex corruptibili, aeternus ex caduco, et in summa deus ex homine. Nam dignus habitus, qui Dei filius fiat, habebit omnino in se patris dignitatem, et omnium fit paternorum bonorum heres. O liberalitatem divitis Domini!

1026. MG 44, 1165. 1027. MG 44, 1280.

Oratio catechetica, 385 aut post.

1028 1. Δύναμίς τις καὶ ζωὴ καὶ σοφία περὶ τὸ ἀνθρώπινον 112
βλέπεται· ἀλλ' οὐκ ἄν τις ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοιαύτην καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ζωὴν ἢ τὴν δύναμιν ἢ τὴν σοφίαν ὑπονοήσειεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας μέτρον συνταπεινοῦνται καὶ αἱ τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἐμφάσεις. Ἐπειδὴ γὰρ φθαρτὴ καὶ ἀσθενὴς ἡμῶν ἡ φύσις, διὰ τοῦτο ὠκύμορος ἡ ζωή, ἀνυπόστατος ἡ δύναμις, ἀπαγὴς ὁ λόγος. Ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερκειμένης 115
φύσεως τῷ μεγαλείῳ τοῦ θεωρουμένου πᾶν τὸ περὶ αὐτῆς λεγόμενον συνεπαίρεται.

1029 3. Τὸν ἀκριβῶς τὰ βάθη τοῦ μυστηρίου διασκοπούμενον 149
ἐν μὲν τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἀπόρρητον μετρίαν τινὰ κατανόησιν 150
τῆς κατὰ τὴν θεογνωσίαν διδασκαλίας λαμβάνειν, μὴ μέντοι δύνασθαι λόγῳ διασαφεῖν τὴν ἀνέκφραστον ταύτην τοῦ μυστηρίου βαθύτητα· πῶς τὸ αὐτὸ καὶ ἀριθμητόν ἐστι καὶ διαφεύγει τὴν ἐξαρίθμησιν, καὶ διῃρημένως ὁρᾶται καὶ ἐν μονάδι καταλαμβάνεται, καὶ διακέκριται τῇ ὑποστάσει καὶ οὐ διώρισται τῷ ὑποκειμένῳ.

1030 8. Ἐπειδὴ δὲ σύνδεσίς τις καὶ κοινωνία τῶν κατὰ ἁμαρτίαν 583
παθημάτων γίνεται τῇ τε ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, καί τις ἀναλογία τοῦ σωματικοῦ θανάτου πρὸς τὸν ψυχικὸν ἔστι θάνατον· ὥσπερ γὰρ ἐν σαρκὶ τὸ τῆς αἰσθητῆς χωρισθῆναι ζωῆς προσαγορεύομεν θάνατον, οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸν τῆς ἀληθοῦς ζωῆς 296
χωρισμὸν θάνατον ὀνομάζομεν.

1028 1. Virtus quaedam et vita et sapientia in homine cernuntur, 112
sed nemo ex nominum identitate similem apud Deum vitam vel virtutem vel sapientiam esse intelleget; sed secundum modum naturae nostrae sensus similium nominum deprimuntur. Quia enim corruptibilis et imbecilla est natura nostra, brevis est vita, infirma virtus, inconstans sermo. In suprema autem natura quidquid de 115
ipsa dicitur, simul cum magnitudine spectati extollitur.

1029 3. Qui diligenter profunditatem mysterii considerat, in anima 149
quidem secreto mediocrem aliquam scientiae Dei doctrinam capit, 150
nequit tamen sermone manifestare ineffabilem illam mysterii profunditatem: quomodo idem et sit numeratum et numerationem fugiat, et divisim cernatur et in unitate comprehendatur, et distinguatur hypostasi et non separetur subiecto.

1030 8. Quoniam autem et corpori est quaedam societas et com- 583
munio earum quae ex peccato exsistunt affectionum, et mortis corporalis est quaedam analogia cum morte animae; quomodo enim in carne a sensili vita separatum esse mortem dicimus, ita 296
etiam in anima appellamus mortem a vera vita separationem.

1028. Sr (= Srawley) 8; MG 45, 13. 1029. Sr 15; MG 45, 17.
1030. Sr 45; MG 45, 36.

381 11. Εἰ δὲ ζητεῖς πῶς κατακιρνᾶται θεότης πρὸς τὸ ἀν- 1031
θρώπινον, ὥρα σοι πρὸ τούτου ζητεῖν τί πρὸς τὴν σάρκα τῆς ψυχῆς ἡ συμφυία. Εἰ δὲ τῆς σῆς ἀγνοεῖται ψυχῆς ὁ τρόπος καθ' ὃν ἑνοῦται τῷ σώματι, μηδὲ ἐκεῖνο πάντως οἴου δεῖν ἐντὸς γενέσθαι τῆς σῆς καταλήψεως· ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα καὶ ἕτερον εἶναί τι παρὰ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν πεπιστεύκαμεν ἐκ
583 τοῦ μονωθεῖσαν τῆς ψυχῆς τὴν σάρκα νεκράν τε καὶ ἀνενέργητον γίνεσθαι, καὶ τὸν τῆς ἑνώσεως οὐκ ἐπιγινώσκομεν τρόπον, οὕτω κἀκεῖ διαφέρειν μὲν ἐπὶ τὸ μεγαλοπρεπέστερον τὴν θείαν φύσιν πρὸς τὴν θνητὴν καὶ ἐπίκηρον ὁμολογοῦμεν, τὸν δὲ τῆς ἀνακράσεως τρόπον τοῦ θείου πρὸς τὸν ἄνθρωπον συνιδεῖν
25 οὐ χωροῦμεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν γεγενῆσθαι Θεὸν ἐν ἀνθρώπου φύσει διὰ τῶν ἱστορουμένων θαυμάτων οὐκ ἀμφιβάλλομεν.

88 12. Ὥσπερ τοίνυν εἰς τὸ πᾶν ἀφορῶντες, καὶ τὰς κατὰ 1032
τὸν κόσμον οἰκονομίας ἐπισκοποῦντες καὶ τὰς εὐεργεσίας τὰς θεόθεν κατὰ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐνεργουμένας, ὑπερκεῖσθαί τινα δύναμιν ποιητικὴν τῶν γιγνομένων καὶ συντηρητικὴν τῶν ὄντων
25 καταλαμβάνομεν, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ διὰ σαρκὸς ἡμῖν φανερωθέντος Θεοῦ ἱκανὴν ἀπόδειξιν τῆς ἐπιφανείας τῆς θεότητος τὰ κατὰ τὰς ἐνεργείας θαύματα πεποιήμεθα, πάντα τοῖς ἱστορηθεῖσιν ἔργοις, δι' ὧν ἡ θεία χαρακτηρίζεται φύσις, κατανοήσαντες.

602 26. Καθάπερ οἱ ἐπὶ θεραπείᾳ τεμνόμενοί τε καὶ καιόμενοι 1033
χαλεπαίνουσι τοῖς θεραπεύουσι, τῇ ὀδύνῃ τῆς τομῆς δριμυσ-

---

381 11. Si vero quaeris quomodo divinitas cum humanitate con- 1031
iungatur, tibi prius quaerendum est quae sit unio animae cum carne. Si autem ignoratur modus quo tua anima unitur corpori, ne putes illud omnino oportere a te comprehendi; sed sicut hic
583 credimus animam esse aliquid aliud ac corpus, eo quod caro separata ab anima mortua fiat nec possit operari, et tamen modum unionis ignoramus; ita etiam illic confitemur divinam naturam differre quoad maiestatem a natura quae morti et interitui obnoxia est, modum autem coniunctionis divinitatis cum humanitate per-
25 spicere non valemus. Deum tamen in hominis natura genitum esse, propter ea quae narrantur miracula non dubitamus.

88 12. Quemadmodum in universum intuentes, et mundi guber- 1032
nationem considerantes, et beneficia quibus divinitus vita nostra afficitur, apprehendimus summam esse virtutem effectricem eorum
25 quae fiunt et conservantem ea quae sunt; ita etiam de Deo nobis per carnem manifestato sufficientem manifestationis divinitatis demonstrationem fecimus per operationis miracula, animadvertentes in narratis operibus omnia per quae divina natura insignitur.

602 26. Quo modo qui, ut curentur, secantur et uruntur, irascuntur 1033
iis qui curant, dolore sectionis excitati; quodsi acciderit ut per

---

1031. Sr 57; MG 45, 44. 1032. Sr 58; MG 45, 44.
1033. Sr 99; MG 45, 69.

σόμενοι, εἰ δὲ τὸ ὑγιαίνειν διὰ τούτων προσγένοιτο καὶ ἡ τῆς καύσεως ἀλγηδὼν παρέλθοι, χάριν εἴσονται τοῖς τὴν θεραπείαν ἐπ' αὐτῶν ἐνεργήσασι· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς μακραῖς περιόδοις ἐξαιρεθέντος τοῦ κακοῦ τῆς φύσεως, τοῦ νῦν αὐτῇ καταμιχθέντος καὶ συμφυέντος, ἐπειδὰν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις τῶν νῦν ἐν κακίᾳ κειμένων γένηται, ὁμόφωνος ἡ εὐχαριστία παρὰ πάσης ἔσται τῆς κτίσεως, καὶ τῶν ἐν τῇ καθάρσει κεκολασμένων καὶ τῶν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπιδεηθέντων καθάρσεως.

1034 31. Ἀλλ' οὐκ ἀποροῦσιν οὐδὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα [infideles] τῆς 334
ἐριστικῆς ἀντιλογίας. Λέγουσι γὰρ δύνασθαι τὸν Θεόν, εἴπερ ἐβούλετο, καὶ τοὺς ἀντιτύπως ἔχοντας ἀναγκαστικῶς ἐφελκύσασθαι πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ κηρύγματος. Ποῦ τοίνυν ἐν τούτοις τὸ αὐτεξούσιον; Ποῦ δὲ ἡ ἀρετή; Ποῦ δὲ τῶν κατορθούντων ὁ ἔπαινος; Μόνων γὰρ τῶν ἀψύχων ἢ τῶν ἀλόγων ἐστὶ τῷ ἀλλοτρίῳ βουλήματι πρὸς τὸ δοκοῦν περιάγεσθαι.

1035 37. Δειχθέντος μὴ εἶναι δυνατὸν ἐν ἀθανασίᾳ γενέσθαι τὸ 510
ἡμέτερον σῶμα μὴ διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀθάνατον κοινωνίας ἐν μετουσίᾳ τῆς ἀφθαρσίας γινόμενον, σκοπῆσαι προσήκει πῶς 492
ἐγένετο δυνατὸν τὸ ἓν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς τοσαύταις τῶν πιστῶν μυριάσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰς ἀεὶ καταμεριζόμενον ὅλον ἑκάστου διὰ τοῦ μέρους γίνεσθαι καὶ αὐτὸ μένειν ἐφ' ἑαυτοῦ ὅλον. . . . Τὸ δὲ σῶμα τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ Λόγου 489
πρὸς τὴν θεϊκὴν ἀξίαν μετεποιήθη. Καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν

eos sani fiant, et dolor transeat sectionis, habebunt gratiam iis qui ipsos curaverint; eodem modo cum per longum tempus ablatum fuerit naturae malum, quod nunc est ei immixtum et coalitum, et eorum, qui nunc iacent in malis, facta fuerit in antiquum statum restitutio, una voce agentur gratiae ab omni creatura, et ab iis qui castigati fuerunt in purgatione, et ab iis qui ne initio quidem purgatione opus habuerunt.

1034 31. Sed neque ad haec [infideles] in litigiosa deficiunt contra- 334
dictione. Dicunt enim Deum posse, si velit, eos etiam, qui resistunt, necessario compellendo attrahere ad suscipiendam praedicationem. Ubi est ergo in his liberum arbitrium? Ubi virtus? Ubi laus eorum, qui recte se gerunt? Est enim solum inanimorum aut irrationalium aliena voluntate ad id quod apparet adduci.

1035 37. Cum ostensum sit aliter fieri non posse ut nostrum corpus 510
sit in immortalitate, nisi per communionem cum immortali factum sit particeps incorruptionis, oportet considerare, quomodo fieri po- 492
tuerit ut unum illud corpus, quod tam multis fidelium milibus in universo orbe terrarum semper distribuitur, totum per partem sit unicuique, et ipsum in se totum maneat. . . . Corpus inhabitatione 489
Dei Verbi ad divinam transmutatum est dignitatem; recte ergo

1034. Sr 113; MG 45, 77.
1035. Sr 144; MG 45, 93.

τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ
Λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα
ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν, ἡγιάσθη δὲ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ Λόγου
τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. Οὐκοῦν ὅθεν ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ
σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ
τοῦ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται. Ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ Λόγου
χάρις ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα ᾧ ἐκ τοῦ ἄρτου ἡ σύστασις ἦν,
497 καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος ἦν· ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ
ἄρτος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἁγιάζεται διὰ λόγου Θεοῦ
καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως προϊὼν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι
τοῦ Λόγου, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου μετα-
ποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Λόγου ὅτι «Τοῦτό ἐστι
509 τὸ σῶμά μου» [Mt 26, 26; Mc 14, 22; Lc 22, 19]. . . . Πᾶσι
τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος ἑαυτὸν ἐνσπείρει
502 διὰ τῆς σαρκός, ἧς ἡ σύστασις ἐξ οἴνου τε καὶ ἄρτου ἐστί,
τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνάμενος, ὡς ἂν τῇ
πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει καὶ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας
μέτοχος γένοιτο. Ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει
πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν.

502 40. Οὔτε μὴν ἡ ἀλγεινὴ τῶν πεπλημμεληκότων ζωὴ πρός 1036
τι τῶν τῇδε λυπούντων τὴν αἴσθησιν ὁμοτίμως ἔχει. Ἀλλὰ
κἂν ἐπονομασθῇ τι τῶν ἐκεῖ κολαστηρίων τοῖς ὧδε γνωριζο-
μένοις ὀνόμασιν, οὐκ ἐν ὀλίγῳ τὴν παραλλαγὴν ἔχει. Πῦρ γὰρ
ἀκούων ἄλλο τι παρὰ τοῦτο νοεῖν ἐδιδάχθης ἐκ τοῦ προσκεῖσθαί

---

nunc quoque panem Dei verbo sanctificatum in Dei Verbi corpus
credimus transmutari. Etenim panis erat potestate illud corpus;
fuit autem sanctificatus habitatione Verbi, quod tamquam in
tabernaculo habitavit in carne. Igitur unde panis in illo cor-
pore transmutatus transit in divinam virtutem, per idem nunc
fit similiter. Nam et illic gratia Verbi sanctum fecit corpus, cui
ex pane erat substantia, et quodam modo ipsum quoque erat
497 panis; et hic similiter panis, sicut dicit apostolus, sanctificatur
per verbum Dei et orationem, non eo quidem quod cibo me-
diante in Verbi corpus evadat, sed quod statim in corpus per
verbum transmutatur, sicut dictum est a Verbo: *Hoc est corpus*
509 *meum*. . . . Per suae gratiae dispensationem se per carnem, quae
502 constat ex pane et vino, inserit omnibus credentibus, commixtus
corporibus credentium, ut per unionem cum eo quod est im-
mortale homo etiam fiat particeps incorruptionis. Haec autem
dat transelementando in illud, per virtutem benedictionis, naturam
eorum quae apparent.

502 40. Nec misera peccatorum vita ad aliquid eorum, quae sensum 1036
illic cruciant, aequiparatur. Sed etsi nominetur aliqua earum poena-
rum nominibus hic cognitis, non parvum discrimen habet. Ignem
enim audiens, alium atque hunc intellegere didicisti, quia adiacet

---

1036. Sr 163; MG 45, 104.

τι τῷ πυρὶ ἐκείνῳ, ὃ ἐν τούτῳ οὐκ ἔστι· τὸ μὲν γὰρ οὐ σβέν-
νυται, τούτου δὲ πολλὰ παρὰ τῆς πείρας ἐξεύρηται τὰ σβε-
στήρια, πολλὴ δὲ τοῦ σβεννυμένου πρὸς τὸ μὴ παραδεχόμενον
σβέσιν ἡ διαφορά.

Quod non sint tres dii [Ad Ablabium].

1037 Πᾶσα ἐνέργεια ἡ θεόθεν ἐπὶ τὴν κτίσιν διήκουσα, καὶ κατὰ 180
τὰς πολυτρόπους ἐννοίας ὀνομαζομένη, ἐκ Πατρὸς ἀφορμᾶται
καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρόεισι, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τῷ Ἁγίῳ τε-
λειοῦται. Διὰ τοῦτο εἰς πλῆθος τῶν ἐνεργούντων τὸ ὄνομα
τῆς ἐνεργείας οὐ διασχίζεται.
1038 Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς [θείας] φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν 172
κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ
μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ
τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου· καὶ τοῦ ἐξ
αἰτίας ὄντος, πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ
προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ
πρώτου, ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ
μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, 167
τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ αὐτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης,
καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ
ἀπειργούσης.

De communibus notionibus.

1039 Ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον τοῦ Πατέρος, ἐξ οὗ ὁ Υἱὸς 153
γεννᾶται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκπορεύεται. Διὸ καὶ κυρίως 167

---

aliquid illi igni quod in hoc non est. Ille enim non exstinguitur,
hunc autem multa per experientiam inventa sunt quae exstinguant;
qui exstinguitur autem, a non admittente exstinctionem multum
differt.
1037 Omnis operatio divinitus ad creaturam perveniens, et secundum 180
varios conceptus nominata, ex Patre oritur et per Filium progre-
ditur et in Spiritu Sancto perficitur. In multitudinem operantium
nomen operationis non dividitur.
1038 Naturam [divinam] absque varietate esse profitentes, non nega- 172
bimus causae et causati discrimen, in quo solo alterum ab altero
distingui apprehendimus, quia alterum causa esse creditur, alterum
ex causa; et in eo quod est ex causa, rursus aliud discrimen
intellegimus; alterum enim ex primo continenter est; alterum per
id quod est ex primo continenter; ita ut unigenitum esse maneat
indubitate in Filio, et ex Patre esse Spiritum non dubitetur; quia 167
medietas Filii servat ei unigeniti proprietatem, et habitus ad Patrem
naturalis non excludit Spiritum.
1039 Una enim est et eadem persona Patris, ex quo Filius gene- 153
ratur et Spiritus Sanctus procedit. Ideo proprie unum qui est 167

1037. MG 45, 125. 1038. MG 45, 133. 1039. MG 45, 180.

τὸν ἕνα αἴτιον ὄντα τῶν αὐτοῦ αἰτιατῶν, ἕνα Θεόν φαμεν·
180 ἐπεὶ καὶ συνυπάρχει αὐτοῖς. Οὔτε γὰρ χρόνῳ διαιρεῖται ἀλ-
λήλων τὰ πρόσωπα τῆς θεότητος, οὔτε τόπῳ, οὐ βουλῇ, οὐκ
ἐπιτηδεύματι, οὐκ ἐνεργείᾳ, οὐ πάθει οὐδενὶ τῶν τοιούτων,
178 οἷάπερ θεωρεῖται ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἢ μόνον ὅτι ὁ Πατὴρ
Πατήρ ἐστι, καὶ οὐχ Υἱός· Υἱὸς Υἱός ἐστι, καὶ οὐ Πατήρ·
ὁμοίως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον οὐδὲ Πατὴρ οὐδὲ Υἱός.

Contra Eunomium.

151 L. 1. Πατὴρ μὲν ἄναρχος καὶ ἀγέννητος καὶ ἀεὶ Πατὴρ 1040
157 νοεῖται· ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονο-
170 γενὴς Υἱὸς τῷ Πατρὶ συνεπινοεῖται· δι' αὐτοῦ δὲ καὶ μετ'
αὐτοῦ, πρίν τι κενόν τε καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμ-
1088 87. Περὶ δὲ τῶν δοκούντων Χριστιανῶν εἶναι, Ὠριγένει δὲ 600
πειθομένων, καὶ τὴν μὲν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμολογούντων, σαρκός τε τῆς ἡμετέρας καὶ σώματος τοῦ Κυρίου, τοῦ ἁγίου ἐκείνου τοῦ ἀπὸ Μαρίας ἀνειλημμένου, ταύτην δὲ τὴν σάρκα λεγόντων μὴ ἐγείρεσθαι, ἀλλ' ἄλλην ἀντὶ ταύτης ἐκ Θεοῦ δίδοσθαι, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων εἴποιμεν ἀσεβεστέραν ἔχειν ὑπόληψιν;

Hic ipse enim est servator sanctus qui e caelis descendit et in virginis officina nostram salutem facere dignatus est, . . . qui, non 383
immutatus quoad naturam, cum divinitate assumpsit humanitatem, . . . qui carnem et animam humanam assumpsit atque, licet per- 377 378
fectus apud Patrem, in nobis incarnatus est non in specie, sed in 376
veritate, et perfectum effinxit in se hominem e Maria deipara per 429
Spiritum Sanctum. . . . *Verbum* ipsum *caro factum est,* non mutatus 382
ut caro esset, non divinitatem convertens in humanitatem, sed τὸ ‚esse homo' adiungens propriae et subsistenti hypostasi Dei Verbi. Hominem dico perfectum, hoc est, quaecumque insunt in homine et qualis est homo et quidquid est.

1087 80. Quidnam autem se dicere posse isti putant, si asserimus 398
Christum ex Maria genitum esse perfectum hominem aut mente praeditum? An suspicamur illum peccatis obnoxium fore? Absit!

1088 87. Quod ad eos attinet, qui se Christianos profitentur, sed 600
Origenem sequuntur, et mortuorum quidem resurrectionem admittentes cum carnis nostrae tum sancti Domini corporis illius, quod ex Maria susceptum est, dicentes autem eamdem carnem non excitari, sed aliam in eius locum a Deo dari: nonne hanc ipsam opinionem ceteras omnes impietate superare dicemus?

1087. D 1, 181; MG 43, 168.
1088. D 1, 189; MG 43, 177.

410 93. Οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπῳ ἡμῶν ἡ ἐλπὶς τῆς σωτηρίας. 1089
Οὐδεὶς γὰρ πάντων τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἀνθρώπων ἠδυνήθη ἐργά-
376 σασθαι τὴν σωτηρίαν. . . Ὅθεν ἀπὸ τῆς ἡμῶν σαρκὸς ἀνέλαβεν ὁ Κύριος ἐλθὼν τὴν σάρκα, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ἡμῖν ὅμοιος ὁ Θεὸς Λόγος, ἵνα ἐν τῇ θεότητι δώῃ ἡμῖν τὴν σωτηρίαν, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀνθρωπότητι πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, πάθος διὰ τοῦ πάθους λύσας καὶ θάνατον διὰ θανάτου τοῦ
392 ἰδίου θανατώσας. . . . Ἐλογίσθη αὐτῷ τὸ πάθος τῆς σαρκὸς εἰς θεότητα, μηδὲν αὐτῆς παθούσης, ἵνα μὴ εἰς ἄνθρωπον ἔχῃ ὁ κόσμος τὴν ἐλπίδα, ἀλλ' ἐν τῷ Κυριακῷ ἀνθρώπῳ, τῆς θεότητος ἀναδεχομένης λογισθῆναι εἰς αὐτὴν τὸ πάθος.

120. Symbolum Epiphanii, cf. DB 13 sq. *1089**

Adversus haereses Panarium, 374—377.

143 Haer. 8, c. 5. Ἡ δὲ νομοθεσία ἡ ἐκ Θεοῦ αὐτοῖς [τοῖς 1090
Ἰουδαίοις] δοθεῖσα . . . ἐδίδαξε . . . εἰδέναι Θεὸν μόνον καὶ αὐτῷ λατρεύειν. Ἐν μοναρχίᾳ μὲν κηρυττόμενον τὸ ὄνομα, ἐν δὲ τῇ μοναρχίᾳ ἡ Τριὰς κατηγγέλλετο καὶ ἐπιστεύετο παρὰ τοῖς ἐξοχωτάτοις αὐτῶν, τουτέστι προφήταις καὶ ἡγιασμένοις.

74 8, 6[1]. [Canon veteris testamenti: 1. Γέν., 2. Ἔξ., 3. Λευ., 1091
4. Ἀριθμ., 5. Δευτ., 6. Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, 7. Κριτ., 8. Ῥούθ, 9. Ἰώβ, 10. Ψαλτήριον, 11. Παροιμίαι Σολομῶντος, 12. Ἐκκλησ., 13. Ἆισμα τῶν ᾀσμ., 14—17. Βασιλ. δ', 18—19. Παραλ. β', 20. Δωδεκαπρόφητον, 21. Ἡσ., 22. Ἱερ. μετὰ τῶν Θρήνων

---

410 93. Non enim in homine spes est salutis nostrae. Nemo enim 1089
omnium hominum qui ex Adam orti sunt potuit nostram operari
376 salutem . . . Hinc e nostra carne veniens Dominus carnem assumpsit, et homo nobis similis factus est Deus Verbum, ut in sua divinitate daret nobis salutem, et in sua humanitate pateretur pro nobis hominibus, passionem passione solvens, et mortem propria
392 morte occidens. . . . Passio carnis in ipso divinitati tributa est, licet nihil ipsa passa sit, ut mundus spem haberet non in homine sed in homine Dominico, cum divinitas sibi ipsi passionem referri voluerit.

143 8, 5. Lex a Deo eis [Iudaeis] data . . . praescripsit . . . solum Deum 1090
cognoscere et adorare; in unitate praedicatum nomen, in unitate Trinitas nuntiabatur et credebatur apud optimos eorum, scilicet prophetas et sanctos.

74 8, 6. [Canon veteris testamenti: 1. Gen., 2. Ex., 3. Lev., 4. Num., 1091
5. Deut., 6. Iesu Nave, 7. Iud., 8. Ruth, 9. Iob, 10. Psalterium, 11. Parabolae Salomonis, 12. Eccl., 13. Cant. cant., 14—17. Regnorum IV, 18—19. Paral. II, 20. Prophetarum XII, 21. Is., 22. Ier.

---

[1] Vide p. 177, not. 1.

1089. D 1, 194; MG 43, 185. 1090. D 1, 298; MG 41, 212.
1091. D 1, 299; MG 41, 213.

καὶ ἐπιστολῶν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Βαρούχ, 23. Ἰεζ., 24. Δαν., 25—26. Ἔσδρ. β', 27. Ἐσθ., Τωβ., Ἰουδίθ.] Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι δύο βίβλοι παρ' αὐτοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἡ Σοφία τοῦ Σειρὰχ καὶ ἡ τοῦ Σολομῶντος, χωρὶς ἄλλων τινῶν βιβλίων ἐναποκρύφων.

1092 27, 6. Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος 55
ἀπόστολοι καὶ ἐπίσκοποι· εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης, 56
σύγχρονος ὢν Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους [Φιλιππ.] ἐπιστολῇ. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντος τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων. . . . Ἡ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν· Πέτρος καὶ Παῦλος, Λῖνος καὶ Κλῆτος, Κλήμης, Εὐάρεστος, Ἀλέξανδρος, Ξύστος, Τελέσφορος, Ὑγῖνος, Πῖος, Ἀνίκητος, ὁ ἄνω ἐν τῷ καταλόγῳ προδεδηλωμένος.

1093 33, 9. Ὃ δὲ ἔγραψε Μωυσῆς, οὐκ ἐκτὸς βουλήσεως Θεοῦ 10
ἔγραψεν· ἀλλὰ ἐκ Πνεύματος Ἁγίου ἐνομοθέτησε. . . . Καὶ ὅτι
μὲν νομοθεσία Θεοῦ ἐστι, τοῦτο δῆλον. Πανταχοῦ δὲ Θεὸς
νομοθετεῖ τὰ μὲν εἰς χρόνους, τὰ δὲ εἰς τύπους, τὰ δὲ εἰς 11
ἀποκάλυψιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀγαθῶν, ὧν ἐλθὼν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔδειξε τὴν πλήρωσιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

---

cum Lamentationibus et Epistulis tam eius quam Baruch, 23. Ez., 24. Dan., 25—26. Esdr. II, 27. Esth., Tob., Iudith.] Sunt et alii duo libri, quos illi pro dubiis habent, nimirum Sirach et Salomonis Sapientia, praeter alios quosdam qui apocryphi dicuntur.

1092 27, 6. Romae primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter 55
atque episcopi fuerunt. Inde Linus, tum Cletus, post hunc Clemens, 56
Petri et Pauli temporum aequalis, de quo Paulus meminit ad Romanos [*lege:* Philippenses] scribens. Neque vero miretur aliquis quod ante ipsum in pontificiam dignitatem alii apostolis successerint, cum ille Petri ac Pauli esset aequalis, iisdem enim temporibus vixit. . . . Romanorum pontificum ista successio est: Petrus et Paulus, Linus ac Cletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Xystus, Telesphorus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui est a me paulo ante in episcoporum ordine numeratus.

1093 33, 9. Iam quod Moyses scripsit, non citra Dei voluntatem 10
scripsit, sed Sancto Spiritu impellente constituit. . . . Illam a Deo
profectam esse legem nemini obscurum arbitror. Idem ille vero
ubique decernere solet, partim quae temporibus congruunt, partim 11
quae certis rebus adumbrandis serviunt, partim quibus futura bona declarantur; quae in evangelio demum adventu suo Christus Iesus Dominus noster implevit.

1092. D 2, 68; MG 41, 372.
1093. D 2, 209; MG 41, 572.

568 51, 30. Ἐκεῖ μὲν γὰρ γάμος ἦν αἰσθητὸς ἐν Κανᾷ τῆς 1094
570 Γαλιλαίας, καὶ ὕδωρ ἀληθῶς οἶνος γεγονὸς ἐκλήθη κατὰ δύο τρόπους, ἵνα τὸ ὑδαρὲς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἐκβακχευομένων ἐπιστύψῃ τοῦ γάμου εἰς σωφροσύνην καὶ εἰς σεμνότητα, καὶ ἵνα τὸ λοιπὸν ἐπιδιορθώσηται εἰς εὐφρασίαν τοῦ λυσιπόνου οἴνου καὶ τῆς χάριτος· ἵνα κατὰ πάντα τρόπον φράξῃ τὰ στόματα τῶν κατὰ Κυρίου ἐπεγειρομένων, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς σὺν Πατρὶ καὶ τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι.

547 59, 2. Ὡς γὰρ ὁ τὴν παρθενίαν ἀπολέσας ἀδυνάτως ἔχει 1095
ταύτην κτήσασθαι σωματικῶς, μὴ ἐνδεχομένης τῆς φύσεως, οὕτω καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ ἐν μεγάλοις τισὶ παραπτώμασι περιπεσών· καὶ ὥσπερ ὁ ἀπὸ παρθενίας παραπεσὼν δευτέραν τιμὴν τὴν ἐγκράτειαν ἔχει, οὕτω καὶ ὁ εἰς [μετὰ] τὸ λουτρὸν ἐν παραπτώματι μείζονι γενόμενος ἔχει δευτέραν ἴασιν.

566 59, 4. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι οὐ δέχεται εἰς ἱερωσύνην τὸ 1096
ἅγιον τοῦ Θεοῦ κήρυγμα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνδημίαν οὐδὲ τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου, τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικός, δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης. Καὶ ταῦτα ἀσφαλῶς ἡ ἁγία Θεοῦ ἐκκλησία μετὰ ἀκριβείας παραφυλάττεται. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα, μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον ἢ χηρεύσαντα, διάκονόν τε καὶ πρεσβύτερον,

---

568 51, 30. In Cana Galilaeae externae sunt celebratae nuptiae, 1094
570 et aqua revera in vinum conversa dicta est duabus de causis, ut diffluentem furiosorum hominum in mundo libidinem nuptiarum castimonia et honestate constringeret, et ut quod deerat emendaret ac iucundissimi vini suavitate mulceret et gratia; necnon ut eorum obturaret ora, qui adversus Dominum insurgunt, atque ut eumdem se cum Patre et Spiritu Sancto declararet esse Deum.

547 59, 2. Ut is, qui virginitatem amisit, illam quoad corpus re- 1095
cuperare non potest, cum id minime natura patiatur, ita qui post baptismum in maiora quaedam crimina prolapsus est; et sicut qui virginitate excidit, secundum habet in continentia honoris gradum, sic ille post baptismum graviore obstrictus scelere secundum habet sanitatis genus.

566 59, 4. Ita profecto sese res habet, ut, post Christi in orbem 1096
terrarum adventum, eos qui post priores nuptias, mortua uxore, secundis sese nuptiis illigarint, sanctissima Dei disciplina ad sacerdotium non admittat, propterea quod incredibilis est sacerdotii honor ac dignitas. Atque istud ipsum sacrosancta Dei ecclesia cum omni provisione diligentiaque servat. Quin eum insuper, qui adhuc vitam degit ac liberis dat operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, episcopi aut subdiaconi ordinem admittit, sed eum dumtaxat, qui ab unius uxoris

---

1094. D 2, 496; MG 41, 941. 1095. D 2, 550; MG 41, 1020.
1096. D 2, 552; MG 41, 1024.

καὶ ἐπίσκοπον, καὶ ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί.

1097 59, 4. Ἔξεστι δὲ τῷ λαῷ δι' ἀσθένειαν διαβαστάζεσθαι, 577
καὶ μὴ δυνηθέντας ἐπὶ τῇ πρώτῃ γαμετῇ στῆναι, δευτέρᾳ μετὰ θάνατον τῆς πρώτης συναφθῆναι. Καὶ ὁ μὲν μίαν ἐσχηκὼς ἐν ἐπαίνῳ μείζονι καὶ τιμῇ παρὰ πᾶσιν ἐκκλησιαζομένοις ἐνυπάρχει· . . . οὐχ ἵνα δύο γυναῖκας ἐπὶ τὸ αὐτὸ σχοίῃ ἔτι πε- 575
ριούσης μιᾶς, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀποσχισθεὶς δευτέρᾳ ἐννόμως, εἰ τύχοι, συναφθῇ.

1098 61, 6. Ἀλλὰ πάντα τὰ θεῖα ῥήματα οὐκ ἀλληγορίας δεῖται 78
ὡς ἔχει δυνάμεως. Θεωρίας δὲ δεῖται καὶ αἰσθήσεως, εἰς τὸ 79
εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν. Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι· οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι. Διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσεσιν παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι.

1099 62, 4. Ἀεὶ γὰρ τὸ Πνεῦμα σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, οὐ συνάδελ- 171
φον Πατρί, οὐ γεννητόν, οὐ κτιστόν, οὐκ ἀδελφὸν Υἱοῦ, οὐκ ἔκγονον Πατρός, ἐκ Πατρὸς δὲ ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον, οὐκ ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλὰ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἐνυπόστατον ἀεὶ Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα θεῖον, Πνεῦμα δόξης, Πνεῦμα Χριστοῦ, Πνεῦμα Πατρός. «Τὸ γὰρ Πνεῦμα 168
τοῦ Πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν» [Mt 10, 20]· καὶ «τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν» [Agg 2, 6]. Τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ,

consuetudine sese continuerit aut ea sit orbatus: quod in illis locis praecipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur.

1097 59, 4. In populo, propter eius imbecillitatem, tolerari istud 577
potest, ut, qui uxore prima contenti esse non possunt, ea mortua secundam sibi copulent. Quamquam qui unam dumtaxat habuit, maiore laude et honore, ecclesiae iudicio, dignus est; . . . non ita 575
tamen, ut duas altera superstite uxores simul habeat, sed ut, ab una separatus, alteram sibi legitime, si libet, adiungat.

1098 61, 6. Divina autem omnia verba non egent allegoria prout 78
vim habent. Consideratione vero ac sensu opus habent, ut argu- 79
menti cuiusque vis intellegatur. Sed traditione quoque opus est; neque enim ex scripturis peti possunt omnia; idcirco alia in scripturis, in traditionibus alia sancti apostoli reliquerunt.

1099 62, 4. Semper enim cum Patre Filioque Spiritus est, non Patris 171
confrater, non genitus, non creatus, non Filii frater, non Patris nepos, sed a Patre procedens, et accipiens a Filio, a Patre Filioque non alienus, eadem autem ex substantia, eademque divinitate, ex Patre et Filio, cum Patre et Filio, subsistens semper Spiritus sanctus, Spiritus divinus, Spiritus gloriae, Spiritus Christi, Spiritus 168
Patris. Nam *Spiritus Patris qui in vobis loquitur* et *Spiritus meus in medio vestri consistit.* Appellatione tertius, divinitate

1097. D 2, 552; MG 41, 1024. 1098. D 2, 570; MG 41, 1047.
1099. D 2, 575; MG 41, 1053.

176 ἴσον τῇ θεότητι, οὐκ ἠλλοιωμένον παρὰ Πατέρα καὶ Υἱόν, σύν-
δεσμος τῆς Τριάδος, ἐπισφραγὶς τῆς ὁμολογίας.

598 64, 35. Ἀνάστασις γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦ μὴ πεπτωκότος, ἀλλ' 1100
ἐπὶ τοῦ πεπτωκότος λέγεται καὶ ἀνισταμένου. . . . Οὐ γὰρ τὸ
μὴ θνῆσκον, ἀλλὰ τὸ θνῆσκον κλίνεται. Θνήσκει δὲ σάρξ·
218 ψυχὴ γὰρ ἀθάνατος.

198 65, 5. Τηλαυγῶς γὰρ σημαίνει ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὅτι οὔτε 1101
μετὰ τὰ ἄστρα γεγόνασιν ἄγγελοι, οὔτε πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς,
σαφῶς ἀμεταθέτου ὄντος τοῦ ῥητοῦ, τοῦ ὅτι πρὸ οὐρανοῦ
καὶ γῆς οὐδὲν ἦν τῶν ἐκτισμένων· ὅτι «ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ
Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν» [Gn 1, 1], ὡς ἀρχῆς οὔσης
κτίσεως, καὶ οὐδὲν πρὸ αὐτῆς τῶν κεκτισμένων.

154 69, 26. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι· Θέλων ἐγέννησεν, ἢ μὴ 1102
155 θέλων. Καὶ οὐκ εἰμὶ κατὰ σέ, ὦ φιλόνεικε, ἵνα ἕν τι τοιοῦτον
εἰς Θεὸν διανοηθῶ. Εἰ μὲν γὰρ μὴ βουλόμενος ἐγέννησεν,
ἄκων ἐγέννησε· καὶ εἰ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄρα ἦν τὸ βούλημα
πρὸ τοῦ Υἱοῦ· καὶ ἔσται κἂν ῥοπὴ χρόνου μεταξὺ Υἱοῦ διὰ
τοῦ βουλήματος. Ἐν Θεῷ δὲ οὐ χρόνος εἰς βουλήν, οὐ βού-
156 λησις εἰς διανόησιν. Οὔτε οὖν θέλων ἐγέννησεν, οὔτε μὴ
θέλων, ἀλλὰ ἐν τῇ ὑπὲρ βουλὴν φύσει.

408 69, 52. Ἀναίτιος ὁ δημιουργὸς Θεὸς Λόγος, ὁ σὺν Πατρὶ 1103
κτίσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ σὺν τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι,

176 aequalis, non a Patre Filioque discrepans, Trinitatis nexus, con-
fessionis sigillum.

598 64, 35. Resurrectio non de eo, quod numquam cecidit, sed de 1100
eo, quod cecidit atque iterum assurgit, dicitur. . . . Non enim quod
non moritur, sed quod moritur inclinari dicitur. Moritur autem
218 caro; anima enim immortalis est.

198 65, 5. Illud evidenter sermo Dei declarat, neque post astra 1101
productos esse angelos, neque ante caelum et terram constitutos.
Est enim immutabilis et certa illa sententia: ante caelum ac terram
nihil omnino conditarum rerum exstitisse, quoniam *in principio
creavit Deus caelum et terram,* ut illud sit creandi principium, ante
quod creatis ex rebus omnino nulla fuerit.

154 69, 26. At utique dices mihi: Vel voluntate, vel praeter vo- 1102
155 luntatem genuit. Ego vero non sum tui similis, homo contentiose,
ut de Deo quidquam eiusmodi cogitem. Si enim praeter volun-
tatem genuit, invitus genuit; sin autem voluntate genuit, haec
voluntas fuit ante Filium; unde vel minimum saltem momentum
propter illud voluntatis decretum ante Filium intercipi poterit. At
in Deo non est tempus ad consilium, nec voluntas ad cogitationem.
156 Neque ergo volens genuit neque nolens, sed in natura quae con-
silio superior est.

408 69, 52. Deus Verbum creator, causae expers, qui cum Patre eius- 1103
381 que Sancto Spiritu hominem creavit, immortalis, impollutus, arcano

1100. D 2, 639; MG 41, 1125. 1101. D 3, 9; MG 42, 20.
1102. D 3, 172; MG 42, 245. 1103. D 3, 200; MG 42, 284.

ἀθάνατος καὶ ἄχραντος, ἰδίᾳ δοκήσει ἀρρήτῳ τινὶ σοφίας 381
μυστηρίῳ ἐνηνθρώπησε, τελείως τὰ πάντα ἀναδεξάμενος ὑπὲρ 411
τοῦ ἰδίου πλάσματος δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, οὐ μετὰ
ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκουσίᾳ γνώμῃ, ἵνα ἐν τῇ σαρκὶ κατακρίνῃ τὴν 413
ἁμαρτίαν, καὶ ἐπὶ τῷ σταυρῷ διαλύσῃ τὴν κατάραν, καὶ ἐν τῷ 417
μνήματι καταφαίρετον ποιήσῃ τὴν φθοράν, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ σὺν 426
τῇ ψυχῇ κατελθὼν ἐν τῇ θεότητι κλάσῃ τὸ κέντρον τοῦ θανάτου,
καὶ διαλύσῃ τὴν πρὸς τὸν ᾅδην διαθήκην.

1104 69, 62. Ἤμελλε γὰρ ἡ θεότης τελειοῦν τὰ πάντα, τὰ κατὰ 426
τὸ μυστήριον τοῦ πάθους, καὶ σὺν τῇ ψυχῇ κατελθεῖν ἐπὶ τὰ καταχθόνια ἐπὶ τὸ ἐργάσασθαι τὴν ἐκεῖ τῶν προκεκοιμημένων σωτηρίαν, φημὶ δὲ ἁγίων πατριαρχῶν.

1105 70, 5. Καὶ τῶν λεγόντων τὸ σῶμα εἶναι κατ' εἰκόνα δια- 98
πίπτει πάλιν ὁ λόγος. Πῶς γὰρ δυνατὸν εἶναι τὸ ὁρατὸν τῷ ἀοράτῳ παραπλήσιον; Πῶς τὸ σωματικὸν τῷ ἀσωμάτῳ; Πῶς τὸ ἁφὴν ἔχον τῷ ἀκαταλήπτῳ;

1106 70, 7. Καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἰδεῖν Θεόν, μάλιστα ἀνθρωπίνην 105
φύσιν· καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ τὸ ὁρατὸν ὁρᾶν τὸ ἀόρατον. Ἀλλ' ὁ
ἀόρατος Θεός, ἐν φιλανθρωπίᾳ καὶ δυνάμει ἐνισχύσας τὸ 107
ἀδύνατον, κατηξίωσε τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, ὅπως ἴδῃ τὸ ἀόρατον, καὶ ὃ εἶδε τὸ ἀόρατόν τε καὶ ἄπειρον, οὐ καθὼς ἔσχε τὸ ἄπειρον, ἀλλ' ὡς ἠδύνατο χωρεῖν ἡ φύσις, ἐνδυναμωθεῖσα τοῦ
ἀδυνάτως ἔχοντος πρὸς ἐπέκτασιν τοῦ δυνατοῦ. Καὶ οὐδὲν 70

---

quodam sapientiae mysterio sua sponte incarnatus est atque per-
fecte cuncta opificii sui in se transtulit ob abundantem erga ho- 411
minem amorem, non necessitate impulsus, sed voluntario consilio,
ut peccatum in carne condemnaret, et in cruce exsecrationem 413
dilueret, et in sepulcro corruptionem e medio tolleret, et ad inferos 417 426
cum anima in divinitate descendens stimulum mortis infringeret
foedusque cum inferis initum dissolveret.

1104 69, 62. Decreverat divinitas omnia quae ad passionis mysterium 426
pertinebant perficere, et cum anima ad inferos descendere, ut salutem operaretur eorum, qui antea mortui erant, id est, sanctorum patriarcharum.

1105 70, 5. Nec minus et aliorum reiicienda sententia, qui corpus 98
ad imaginem Dei esse dicunt. Nam quomodo fieri potest ut visibile invisibili simile sit? Quomodo corporeum incorporeo? Quomodo contrectabile incomprehensibili?

1106 70, 7. Deum quidem videri, praesertim ab humana natura, 105
est impossibile; nec licet visibile videre invisibile. Sed hic in- 107
visibilis Deus pro sua humanitate ac potentia corroborans impotens, virtute sua efficit ut invisibile aspiciat, quod invisibile et infinitum aspicit, non quatenus est infinitum, sed quantum illius, quod imbecillum est, natura capere potest, eiusmodi vi ac virtute con-
firmata, ut ad potentis illius notitiam adaequare se possit. Et nihil 70

1104. D 3, 218; MG 42, 305. 1105. D 3, 248; MG 42, 345.
1106. D 3, 251; MG 42, 349.

διοίσει ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, οὔτε ἀντίθετος λέξις πρὸς λέξιν εὑρεθήσεται.

80 73, 34. [Ἀντιόχειοι] . . . ὁμοούσιον ὁμολογοῦντες Πατέρα 1107
142 καὶ Υἱὸν καὶ Ἅγιον Πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις, μίαν οὐσίαν, μίαν θεότητα· καθώς ἐστιν ἡ ἀληθινὴ πίστις, ἡ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν, προφητική τε καὶ εὐαγγελικὴ καὶ ἀποστολική· ἣν ὡμολόγησαν οἱ συνελθόντες πατέρες ἡμῶν καὶ ἐπίσκοποι ἐν τῇ Νικαίᾳ συνόδῳ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ μακαριωτάτου βασιλέως.

556 75, 4. Καὶ ὅτι μὲν ἀφροσύνης ἐστὶ τὸ πᾶν ἔμπλεων, τοῖς 1108
σύνεσιν κεκτημένοις τοῦτο δῆλον· τὸ λέγειν αὐτὸν ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον ἴσον εἶναι. Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο δυνατόν;
563 Ἡ μὲν γάρ ἐστι πατέρων γεννητικὴ τάξις· πατέρας γὰρ γεννᾷ
467 τῇ ἐκκλησίᾳ· ἡ δέ, πατέρας μὴ δυναμένη γεννᾶν, διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας τέκνα γεννᾷ τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐ μὴν πατέρας ἢ διδασκάλους. Καὶ πῶς οἷόν τε ἦν τὸν πρεσβύτερον καθιστᾶν,
561 μὴ ἔχοντα χειροθεσίαν τοῦ χειροτονεῖν, ἢ εἰπεῖν αὐτὸν εἶναι ἴσον τῷ ἐπισκόπῳ;

586 75, 8. Ἔπειτα δὲ περὶ τοῦ ὀνόματα λέγειν τῶν τελευτη- 1109
σάντων, τί ἂν εἴη τούτου προὐργιαίτερον; Τί τούτου καιριώτερον καὶ θαυμασιώτερον, πιστεύειν μὲν τοὺς παρόντας ὅτι οἱ ἀπελθόντες ζῶσι, καὶ ἐν ἀνυπαρξίᾳ οὐκ εἰσίν· ἀλλὰ εἰσί, καὶ ζῶσι παρὰ τῷ Δεσπότῃ· καὶ ὅπως ἂν τὸ σεμνότατον

---

discrepabit in divina scriptura, neque sententia alteri opposita invenietur.

80 73, 34. [Antiocheni] consubstantialem esse confitentur Patrem, et 1107
142 Filium, et Spiritum Sanctum, tres hypostases, unam essentiam, unam divinitatem; quod quidem vera fides est, quae a maioribus tradita est, et prophetica, et evangelica, et apostolica est, quam professi sunt patres nostri et episcopi, qui in nicaena synodo, Constantino magno et beatissimo imperatore, collecti sunt.

556 75, 4. Totum illud stoliditatis esse plenum, prudentibus hoc 1108
est manifestum, dicere episcopum et presbyterum aequales esse.
563 Et quomodo hoc fieri poterit? Ille enim ordo ad gignendos patres
467 pertinet, patres enim gignit ecclesiae; hic vero, cum patres non possit gignere, filios ecclesiae regenerationis lavacro gignit, non tamen patres aut magistros. Et quomodo fieri potest ut is pres-
561 byterum constituat, ad quem creandum manuum imponendarum ius nullum habeat? Aut quomodo ille episcopo dici potest aequalis?

586 75, 8. Porro de nominibus mortuorum dicendis, quid eo esse 1109
possit utilius? Quid opportunius et admiratione dignius, nempe ut qui adsunt sibi persuadeant mortuos vivere nec in nihilum redactos esse, sed exsistere et apud Dominum vivere; tum ut religiosissimum

---

1107. D 3, 327; MG 42, 468. 1108. D 3, 358; MG 42, 508.
1109. D 3, 361; MG 42, 513.

κήρυγμα διηγήσοιντο, ὡς ἐλπίς ἐστιν ὑπὲρ ἀδελφῶν εὐχομένοις, ὡς ἐν ἀποδημίᾳ τυγχανόντων; Ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτῶν 588
γινομένη εὐχή, εἰ καὶ τὰ ὅλα τῶν αἰτιαμάτων μὴ ἀποκόπτοι· ἀλλ' οὖν γε διὰ τὸ πολλάκις ἐν κόσμῳ ἡμᾶς ὄντας σφάλλεσθαι ἀκουσίως τε καὶ ἑκουσίως, ἵνα τὸ ἐντελέστερον σημανθῇ. Καὶ γὰρ ὑπὲρ δικαίων ποιούμεθα τὴν μνήμην, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν· ὑπὲρ μὲν ἁμαρτωλῶν, ὑπὲρ ἐλέους Θεοῦ δεόμενοι, ὑπὲρ δὲ 283
δικαίων καὶ πατέρων καὶ πατριαρχῶν, προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν καὶ μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων τε καὶ ἀναχωρητῶν καὶ παντὸς τοῦ τάγματος, ἵνα τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀφορίσωμεν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων τάξεως διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν τιμῆς, καὶ σέβας αὐτῷ ἀποδῶμεν, ἐν ἐννοίᾳ ὄντες, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐξισούμενος ὁ Κύριός τινι τῶν ἀνθρώπων, κἂν τε μυρία καὶ ἐπέκεινα ἐν δικαιοσύνῃ ὑπάρχῃ ἕκαστος ἀνθρώπων.

1110 77, 29. Οὐ δύο Χριστοὺς ἔχομεν, οὐ δύο βασιλέας Υἱοὺς 385
Θεοῦ, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν Θεόν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον· οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ οἰκήσαντα, ἀλλ' αὐτὸν ὅλον ἐνανθρωπήσαντα . . . 376
«Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο» [Io 1, 14]. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἡ σὰρξ Λόγος ἐγένετο, ἵνα δείξῃ πρῶτον Λόγον ἀπ' οὐρανῶν ἐλθόντα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ὑποστήσαντα τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνανθρώπησιν τελείως εἰς ἑαυτὸν ἀναπλασάμενον.

---

praeconium praedicetur, quo spes est illis, qui pro fratribus precantur, quasi peregre profectis? Utiles enim sunt preces quae pro 588
illis concipiuntur, tametsi non omnes culpas exstinguant. Verum ex eo prosunt, quod plerumque, dum adhuc in terra degimus, sponte aut inviti titubemus, ut id, quod perfectius est, significetur. Nam iustorum mentionem facimus et peccatorum: peccatorum quidem, pro iis a Domino misericordiam implorantes; iustorum 283
autem et patrum et patriarcharum, prophetarum et apostolorum et evangelistarum et martyrum et confessorum, et episcoporum et anachoretarum et coetus illius universi, ut Dominum Iesum Christum singulari honore ab hominum ordine segregemus, debitumque cultum illi tribuamus, dum illud cum animo nostro reputamus: non esse Dominum cum ullis mortalibus adaequandum, quamvis singuli infinita quadam aut etiam ampliore iustitia praediti sint.

1110 77, 29. Non duos Christos habemus, aut duos reges Dei Filios, 385
sed eumdem Deum, eumdem hominem, non quod Verbum habitavit in homine, sed quod ipsum totum factum est homo. . . . *Verbum* 376
caro factum est. Non dixit: Caro facta est Verbum, quo nimirum ostenderet imprimis Verbum descendisse de caelo et in se ipso subsistentem fecisse carnem ex utero sanctae virginis, integramque humanam naturam perfecte in se ipsum affinxisse.

1110. D 3, 488; MG 42, 684.

432 78, 6. Τίς ποτε, ἢ ἐν ποίᾳ γενεᾷ τετόλμηκε καλεῖν τὸ ὄνομα 1111
Μαρίας τῆς ἁγίας, καὶ ἐρωτώμενος οὐκ εὐθὺς ἐπήνεγκε τὸ παρθένος; Ἐξ αὐτῶν γὰρ τῶν ἐπιθέτων ὀνομάτων καὶ τῆς ἀρετῆς ὑποφαίνει τὰ τεκμήρια. . . . Καὶ τῇ ἁγίᾳ Μαρίᾳ τὸ παρθένος [προσετέθη] καὶ οὐ τραπήσεται. Ἄχραντος γὰρ διέμεινεν ἡ ἁγία.

560 79, 3. Καὶ ὅτι μὲν διακονισσῶν τάγμα ἐστὶν εἰς τὴν ἐκ- 1112
κλησίαν, ἀλλ' οὐχὶ εἰς τὸ ἱερατεύειν, οὐδέ τι ἐπιχειρεῖν ἐπιτρέπειν, ἕνεκεν δὲ σεμνότητος τοῦ γυναικείου γένους, ἢ δι' ὥραν λουτροῦ, ἢ ἐπισκέψεως πάθους, ἢ πόνου, καὶ ὅτε γυμνωθείη σῶμα γυναίου, ἵνα μὴ ὑπὸ ἀνδρῶν ἱερουργούντων θεαθείη, ἀλλ' ὑπὸ τῆς διακονούσης.

THEODORUS MOPSUESTENUS, † ca 428.

De Incarnatione.

385 7. Ὅταν τοίνυν [ὁ Θεὸς] ἢ ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἢ ὅλως ἐν 1113
τοῖς δικαίοις ἐνοικεῖν λέγηται, ὡς ἐν δικαίοις εὐδοκῶν ποιεῖται τὴν ἐνοίκησιν, ὡς ἐναρέτοις κατὰ τὸν τρόπον ἀρεσκόμενος. Ἐν αὐτῷ μέντοι [τῷ Χριστῷ] τὴν ἐνοίκησιν οὐχ οὕτω φαμὲν γεγενῆσθαι, μὴ γὰρ ἂν τοσοῦτο μανείημέν ποτε, ἀλλ' ὡς ἐν Υἱῷ. Οὕτω γὰρ εὐδοκήσας ἐνῴκησεν. Τί δέ ἐστι τὸ ὡς ἐν Υἱῷ; Ὥστε ἐνοικήσας ὅλον μὲν ἑαυτῷ τὸν λαμβανόμενον ἥνωσεν, παρεσκεύασε δὲ αὐτὸν συμμετασχεῖν αὐτῷ πάσης τῆς

---

432 78, 6. Quis aut quo tempore umquam exstitit, qui ausus sit 1111
vocare nomen sanctae Mariae, et rogatus non statim addiderit: virginis? Nam in vocabulis sic additis virtutis quoque indicia apparent. . . . Sic sanctae Mariae nomen virginis [datum est], nec umquam mutabitur; sancta enim illa incorrupta permansit.

560 79, 3. Quamquam diaconissarum in ecclesia ordo sit, non tamen 1112
ad sacerdotii functionem aut ullam eiusmodi administrationem institutus est, sed ut muliebris sexus honestati consulatur, sive ut baptismi tempore adsit, sive ut inspiciat si quid passa sit aut molestiae pertulerit, sive ut, cum nudandum est mulieris corpus, interveniat, ne virorum qui sacris operantur aspectui sit exposita, sed a sola diaconissa videatur.

385 7. Cum ergo [Deus] vel in apostolis vel denique in iustis in- 1113
habitare dicitur, tamquam in iustis beneplacens inhabitationem facit, veluti in virtute praeditis acquiescens. In ipso tamen [Christo] non sic dicimus factam esse inhabitationem, numquam enim eo dementiae procedemus, sed tamquam in Filio. Sic enim beneplacens inhabitavit. Quid autem est illud ‚tamquam in Filio'? Quia scilicet, cum inhabitasset, totum quem assumpserat sibi univit, et

---

1111. D 3, 504; MG 42, 705. 1112. D 3, 531; MG 42, 744.
1113. Sw (= Swete) 2, 295; MG 66, 976.

τιμῆς, ἧς αὐτὸς ὁ ἐνοικῶν Υἱὸς ὢν φύσει μετέχει ὡς συντελεῖν μὲν εἰς ἓν πρόσωπον, κατά γε τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, πάσης δὲ αὐτῷ κοινωνεῖν τῆς ἀρχῆς· οὕτω δὲ πάντα κατεργάζεσθαι ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ τὴν τοῦ παντὸς κρίσιν τε καὶ ἐξέτασιν δι' αὐτοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἐπιτελεῖν τῆς διαφορᾶς ἐν τοῖς κατὰ τὴν φύσιν χαρακτηρίζουσι δῆλον ὅτι νοουμένης.

1113a 8. Ὅταν μὲν γὰρ τὰς φύσεις διακρίνωμεν, τελείαν τὴν φύσιν 385
τοῦ Θεοῦ Λόγου φαμὲν καὶ τέλειον τὸ πρόσωπον· οὐδὲ γὰρ ἀπρόσωπον ἔστιν ὑπόστασιν εἰπεῖν· τελείαν δὲ καὶ τοῦ ἀνθρώπου φύσιν καὶ τὸ πρόσωπον ὁμοίως· ὅταν μέντοι ἐπὶ τὴν συνάφειαν ἀπίδωμεν, ἓν πρόσωπον τότε φαμέν.

1113b 15. Ὅταν τοίνυν ἐρωτῶσιν: «Ἀνθρωποτόκος ἢ θεοτόκος ἡ 385
Μαρία;» λεγέσθω παρ' ἡμῶν· ἀμφότερα· τὸ μὲν γὰρ τῇ φύσει 429
τοῦ πράγματος, τὸ δὲ τῇ ἀναφορᾷ. Ἀνθρωποτόκος μὲν γὰρ τῇ φύσει, ἐπείπερ ἄνθρωπος ἦν ὁ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Μαρίας, ὡς καὶ προῆλθεν ἐκεῖθεν· θεοτόκος δέ, ἐπείπερ Θεὸς ἦν ἐν τῷ τεχθέντι ἀνθρώπῳ, οὐκ ἐν αὐτῷ περιγραφόμενος κατὰ τὴν φύσιν, ἐν αὐτῷ δὲ ὢν κατὰ τὴν σχέσιν τῆς γνώμης.

Epistula ad Domnum.

1113c Ὁ δὲ τῆς κατ' εὐδοκίαν ἑνώσεως τρόπος ἀσυγχύτους 385
φυλάττων τὰς φύσεις, καὶ ἀδιαιρέτως ἓν ἀμφοτέρων τὸ πρό-

---

fecit eum comparticipare totum honorem, quem qui inhabitabat natura Filius communem cum eo habere voluit, ut ad unam quidem personam pertineret secundum unionem cum ipso, omnem autem principatum cum eo communicaret; sic omnia in eo agere voluit, ut totius mundi iudicium et examinationem per ipsum eiusque adventum facturus sit, ita scilicet ut differentia in iis, quae secundum naturam propria sunt, intellegatur.

1113a 8. Quando etenim naturas discernimus, perfectam naturam Dei 385
Verbi dicimus et perfectam personam: nec enim sine persona est subsistentiam dicere perfectam, perfectam autem et hominis naturam et personam similiter. Quando autem ad coniunctionem respicimus, unam personam tunc dicimus.

1113b 15. Cum igitur interrogant: «Estne Maria hominipara an dei- 385
para?» dicatur a nobis: utrumque: illud quidem natura rei, hoc vero 429
relatione. Hominipara quidem natura, quandoquidem homo erat qui in ventre Mariae fuit et ex eo prodivit; deipara vero, quia Deus erat in homine quem peperit, non in eo circumscriptus secundum naturam, sed in ipso exsistens secundum habitudinem voluntatis.

1113c Unitionis secundum beneplacitum modus, inconfusas servans 385
naturas, et indivisim unam utriusque personam ostendit, unamque

---

1113a. Sw 2, 299; MG 66, 981. 1113b. Sw 2, 310; MG 66, 992.
1113c. Sw 2, 339; MG 66, 1013.

σωπον δείκνυσιν, καὶ μίαν τὴν θέλησιν, καὶ μίαν τὴν ἐνέργειαν, μετὰ τῆς ἑπομένης τούτοις μιᾶς αὐθεντίας καὶ δεσποτείας.

Contra Apollinarium.

385 3. Ἔστι μὲν γὰρ ἀνόητον τὸ τὸν Θεὸν ἐκ τῆς παρθένου 1113d
429 γεγενῆσθαι λέγειν. Τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἐκ σπέρματος αὐτὸν λέγειν Δαβίδ, ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου τετεγμένον, καὶ ἐν αὐτῇ διαπεπλασμένον· ἐπεί γε τὸ ἐκ σπέρματος Δαβίδ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου συστὰν ἐν τῇ μητρῴᾳ γαστρί, καὶ τῇ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος διαπλασθὲν δυνάμει, γεγενῆσθαί φαμεν ἐκ τῆς παρθένου.

Fragmenta.

486 *In Matth. 26, 26.* Οὐκ εἶπε· Τοῦτό ἐστι τὸ σύμβολον τοῦ 1113e
σώματός μου, καὶ τοῦτο τοῦ αἵματός μου, ἀλλά· «Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου» [Mt 26, 26 28], διδάσκων ἡμᾶς
489 μὴ πρὸς τὴν φύσιν ὁρᾶν τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης εὐχαριστίας εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταβάλλεσθαι.

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, 344—407.

Ad Theodorum lapsum, 371/8.

107 I. 1, n. 11. Ἄκουσον τί φησιν ὁ μακάριος Πέτρος· «Καλόν 1114
ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι» [Mt 17, 4]. Εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀμυδράν τινα τῶν μελλόντων εἰκόνα ἰδὼν πάντα ἐξαίφνης ἔρριψεν ἀπὸ τῆς ψυχῆς διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκείνης ἡδονὴν αὐτοῦ ἐντεθεῖσαν

---

voluntatem et unam operationem, cum una quae ista consequitur auctoritate et dominatu.

385 3. Est enim fatuum dicere esse Deum ex virgine genitum. 1113d
429 Hoc enim nihil aliud est quam dicere eum esse ex semine David, ex substantia virginis editum et in ipsa formatum; siquidem quod ex semine David et ex substantia virginis concretum est in materno utero, et virtute Spiritus Sancti formatum, ex virgine factum esse dicimus.

486 *Fragm.* Non dixit: Hoc est symbolum corporis mei, et hoc 1113e
symbolum sanguinis mei, sed: *Hoc est corpus meum et sanguis*
489 *meus,* docens nos non attendere naturam rei propositae, sed eam per gratiarum actionem in carnem et sanguinem transmutari.

107 1, 11. Audi quid dicat beatus Petrus: *Bonum est nos hic esse.* 1114
Quodsi ille, obscura quadam conspecta futurorum imagine, omnia statim reiecit ab animo, ob inditam a tali visione voluptatem:

1113d. Sw 2, 314; MG 66, 997. 1113e. MG 66, 713.
1114. MG 47, 292.

τῇ ψυχῇ· τί ἄν τις εἴποι, ὅταν αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ ἀλήθεια παραγένηται, ὅταν, τῶν βασιλείων ἀνοιγέντων, κατοπτεύειν ἐξῇ τὸν βασιλέα αὐτόν, μηκέτι ἐν αἰνίγματι, μηδὲ δι' ἐσόπτρου, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον [cf. 1 Cor 13, 12], μηκέτι διὰ πίστεως, ἀλλὰ διὰ εἴδους;

1115 2, 3. Δίκαιος ὁ γάμος, σύμφημι κἀγώ· «Τίμιος» γάρ, φησίν, 581
«ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ
ὁ Θεός» [Hebr 13, 4]· σοὶ δὲ οὐκέτι δυνατὸν τὰ δίκαια τοῦ 580
γάμου φυλάξαι. Τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ συναφθέντα νυμφίῳ, τοῦτον μὲν ἀφεῖναι, γυναικὶ δὲ ἑαυτὸν συνάψαι, μοιχεία τὸ πρᾶγμα, κἂν μυριάκις αὐτὸ γάμον καλῇς· μᾶλλον δὲ καὶ μοιχείας τοσούτῳ δεινότερον, ὅσῳ κρείττων ἀνθρώπων Θεός.

De virginitate.

1116 10. Καλὸν ἡ παρθενία· σύμφημι κἀγώ· ἀλλὰ καὶ τοῦ γάμου 582
κρείττων· καὶ τοῦτο συνομολογῶ. Καὶ εἰ βούλει, καὶ τὸ ὅσον κρείττων προστίθημι, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανός, ὅσον τῶν ἀνθρώπων οἱ ἄγγελοι· εἰ δὲ χρή τι καὶ βιασάμενον εἰπεῖν, καὶ πλέον.

De diabolo tentatore.

1117 Hom. 2, n. 3. Οὐ γάρ ἐστι πονηρά [ἡ κτίσις], ἀλλὰ καὶ 87
καλὴ καὶ δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως καὶ φιλανθρωπίας ἐστίν. . . . Ἄκουσον καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος· «Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα

---

quid dicetur quando ipsa rerum veritas aderit, quando, apertis regiis aedibus, ipsum regem conspicere licebit, non ultra in aenigmate neque per speculum, sed facie ad faciem, non ultra per fidem, sed per speciem?

1115 2, 3. Legitima res est coniugium, id ego confiteor: *Honorabile* 581
enim, ait, *est conubium, et torus immaculatus; fornicatores autem*
et adulteros iudicabit Deus. Sed tibi iam non est integrum iura 580
conubii servare. Eum enim, qui semel caelesti sponso iunctus est, si ab eo divellatur et uxorem ducat, adulterium admittere certum est, quamvis millies hoc ipsum nuptias voces; immo id tanto gravius adulterio est, quanto praestantior Deus hominibus.

1116 10. Bonum est virginitas, et ego consentio; ac matrimonio 582
etiam melior, et hoc confiteor. Et si placet, quanto etiam melior sit addam: quanto caelum terra, quanto hominibus angeli; immo ut fortius aliquid dicam, etiam magis.

1117 2, 3. Non mala est [creatura], sed et bona et sapientiae Dei, 87
virtutis ac benignitatis est argumentum. . . . Audi etiam Paulum dicentem: *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae*

1115. MG 47, 312. 1116. MG 48, 540.
1117. MG 49, 260.

καθορᾶται» [Rom 1, 20]. Τούτων γὰρ ἕκαστος ᾐνίξατο δι' ὧν εἶπεν, ὅτι αὕτη πρὸς θεογνωσίαν ἡμᾶς χειραγωγεῖ, ὅτι αὕτη ποιεῖ ἐπιγινώσκειν τὸν Δεσπότην.

De sacerdotio, 381—385.

512 L. 3, n. 4. Ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν Κύριον τεθυμένον καὶ κεί- 1118
517 μενον, καὶ τὸν ἀρχιερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι καὶ ἐπευχόμενον, καὶ πάντας ἐκείνῳ τῷ τιμίῳ φοινισκομένους αἵματι, ἆρα ἔτι μετὰ ἀνθρώπων εἶναι νομίζεις καὶ ἐπὶ γῆς ἑστάναι, ἀλλ' οὐκ εὐθέως ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς μετανίστασαι;

521 545 3, 5. Οἱ γὰρ τὴν γῆν οἰκοῦντες καὶ ἐν ταύτῃ ποιούμενοι τὴν 1119
567 διατριβὴν τὰ ἐν οὐρανοῖς διοικεῖν ἐπετράπησαν, καὶ ἐξουσίαν ἔλαβον, ἣν οὔτε ἀγγέλοις οὔτε ἀρχαγγέλοις ἔδωκεν ὁ Θεός. Οὐ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἴρηται· «Ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ» [Mt 18, 18]. Ἔχουσι μὲν γὰρ καὶ οἱ κρατοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ δεσμεῖν ἐξουσίαν, ἀλλὰ σωμάτων μόνον· οὗτος δὲ ὁ δεσμὸς αὐτῆς ἅπτεται τῆς ψυχῆς, καὶ διαβαίνει τοὺς οὐρανούς, καὶ ἅπερ ἂν ἐργάσωνται κάτω οἱ ἱερεῖς, ταῦτα ὁ Θεὸς ἄνω κυροῖ, καὶ τὴν τῶν δούλων γνώμην ὁ Δεσπότης βεβαιοῖ. Καὶ τί γὰρ ἀλλ' ἢ πᾶσαν αὐτοῖς τὴν οὐράνιον ἔδωκεν ἐξουσίαν; «Ὧν γὰρ ἄν», φησίν, «ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται· καὶ ὧν ἂν κρατῆτε, κεκράτηνται» [Io 20, 23]. Τίς ἂν γένοιτο ταύτης ἐξουσία μείζων; «Πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκεν ὁ

---

facta sunt, intellecta conspiciuntur. Horum enim quisque per ea, quae dixit, nos ab ea quasi manu duci ad Dei cognitionem subindicavit, illa effici, ut Dominum agnoscamus.

512 3, 4. Cum enim videris Dominum immolatum et iacentem, et 1118
517 summum sacerdotem sacrificio incumbentem ac precantem, omnesque pretioso illo sanguine rubentes, an putas te adhuc cum hominibus et in terra esse, annon potius in caelos transferris?

521 545 3, 5. Qui enim terram incolunt in eaque commorantur, ad ea 1119
567 quae in caelis sunt dispensanda commissi sunt, potestatemque acceperunt quam neque angelis neque archangelis dedit Deus. Neque enim illis dictum est: *Quaecumque ligaveritis in terra erunt ligata et in caelo, et quaecumque solveritis in terra erunt soluta et in caelo.* Habent quidem ii, qui in terra imperant, potestatem ligandi, verum corpora solum; hoc autem vinculum ipsam attingit animam caelosque transcendit; ac quaecumque inferne sacerdotes faciunt, eadem Deus superne confirmat, servorumque sententiam ipse Dominus ratam facit. Quid enim aliud illis dedit quam omnem caelestium potestatem? Nam: *Quorum,* inquit, *remiseritis peccata, remittuntur, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Quae maior hac

---

1118. N (= Nairn) 52; MG 48, 642.
1119. N 54; MG 48, 643.

Πατὴρ τῷ Υἱῷ» [Io 5, 22]· ὁρῶ δὲ πᾶσαν αὐτὴν τούτους ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ.

1120 3, 6. Λέπραν σώματος ἀπαλλάττειν, μᾶλλον δὲ ἀπαλλάττειν 545
μὲν οὐδαμῶς, τοὺς δὲ ἀπαλλαγέντας δοκιμάζειν μόνον, εἶχον 567
ἐξουσίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἱερεῖς· καὶ οἶσθα πῶς περιμάχητον
ἦν τὸ τῶν ἱερέων τότε. Οὗτοι δὲ οὐ λέπραν σώματος, ἀλλ'
ἀκαθαρσίαν ψυχῆς, οὐκ ἀπαλλαγεῖσαν δοκιμάζειν, ἀλλ' ἀπαλ-
λάττειν παντελῶς ἔλαβον ἐξουσίαν. . . . Οὐ γὰρ ἐν τῷ κο- 467
λάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν εὖ, μείζονα τοῖς ἱερεῦσιν ἔδωκε δύναμιν τῶν φυσικῶν γονέων ὁ Θεός· καὶ τοσοῦτον ἀμφοτέρων τὸ διάφορον, ὅσον τῆς παρούσης καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς. Οἱ μὲν γὰρ εἰς ταύτην, οἱ δὲ εἰς ἐκείνην γεννῶσι· κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ τὸν σωματικὸν αὐτοῖς δύναιντ' ἂν ἀμῦναι θάνατον, οὐ νόσον ἐπενεχθεῖσαν ἀποκρούσασθαι, οὗτοι δὲ καὶ κάμνουσαν καὶ ἀπόλλυσθαι μέλλουσαν τὴν ψυχὴν πολλάκις ἔσωσαν, τοῖς μὲν πραοτέραν τὴν κόλασιν ἐργασάμενοι, τοὺς δὲ οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀφέντες ἐμπεσεῖν, οὐ τῷ διδάσκειν μόνον καὶ νουθετεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' εὐχῶν βοηθεῖν. Οὐ γὰρ ὅταν ἡμᾶς ἀναγεννῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συγχωρεῖν ἔχουσιν ἐξουσίαν ἁμαρτήματα. «Ἀσθενεῖ γάρ τις», φησίν, «ἐν ὑμῖν; Προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου· καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφεθήσονται αὐτῷ» [Iac 5, 14 sq].

---

potestas fuerit? *Omne iudicium dedit Pater Filio,* videoque ipsum omne illis traditum a Filio esse.

1120 3, 6. Corporis lepram purgare, immo potius nullatenus purgare 545
sed purgatos probare tantum, Iudaeorum sacerdotibus licebat; et 567
tamen nosti quanta tunc esset pro sacerdotali dignitate concertatio.
Hi vero non lepram corporis, sed immunditiam animae, non pur-
gatam probandi sed prorsus purgandi potestatem acceperunt. . . .
Non enim in puniendo solum, sed etiam in benefaciendo maiorem 467
sacerdotibus quam parentibus potestatem dedit Deus; tantaque est inter utrosque differentia, quanta inter praesentem et futuram vitam. Nam illi quidem in hanc vitam, hi in futuram gignunt; atque illi ne corporalem quidem interitum a liberis amoliri possunt, non ingruentem morbum depellere, hi vero aegram et mox interituram animam saepe servarunt, aliis remissiorem poenam reddentes, alios prorsus labi non sinentes; idque non docendo solum et admonendo, sed etiam orationibus auxiliando. Neque enim tantum cum nos regenerant, sed etiam post regenerationem admissa peccata condonare possunt. Nam: *Infirmatur,* inquit, *quis in vobis? Advocet presbyteros ecclesiae, et orent super eo, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum, et excitabit eum Dominus, et si peccata fecerit remittentur ei.*

1120. N 56; MG 48, 644.

De incomprehensibili, 386/7.

109 247 Hom. 1, n. 3. Εἰπὼν γάρ· «Ὅτε ἤμην νήπιος» [1 Cor 13, 11], ἐπήγαγε· «Βλέπομεν νῦν δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι» [ib. 12]. Ἰδοὺ γὰρ δεύτερον ὑπόδειγμα τῆς παρούσης ἀσθενείας, καὶ τοῦ ἀτελῆ τὴν γνῶσιν εἶναι· τρίτον πάλιν τὸ «ἐν αἰνίγματι». Καὶ γὰρ τὸ παιδίον ὁρᾷ μὲν πολλὰ καὶ ἀκούει καὶ φθέγγεται, τρανὸν δὲ οὐδὲν οὔτε ὁρᾷ, οὔτε ἀκούει, οὔτε φθέγγεται· καὶ φρονεῖ μέν, οὐδὲν δὲ διηρθρωμένον. Οὕτω καὶ ἐγὼ οἶδα μὲν πολλά, οὐκ ἐπίσταμαι δὲ αὐτῶν τὸν τρόπον. Ὅτι μὲν γὰρ πανταχοῦ ἔστιν ὁ Θεὸς οἶδα, καὶ ὅτι ὅλως ἔστι πανταχοῦ οἶδα· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· ὅτι ἄναρχός ἐστι καὶ ἀγέννητος καὶ ἀΐδιος, οἶδα· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· οὐ γὰρ δέχεται λογισμὸς εἰδέναι πῶς οἷόν τε οὐσίαν εἶναι, μήτε παρ' ἑαυτῆς μήτε παρ' ἑτέρου τὸ εἶναι ἔχουσαν. Οἶδα ὅτι ἐγέννησεν Υἱόν, τὸ δὲ πῶς ἀγνοῶ· οἶδα ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ πῶς ἐξ αὐτοῦ οὐκ ἐπίσταμαι. 1121

109 110 97 1, 5. [Τὸν Θεὸν] οὖν καὶ ἐκ μέρους γινώσκει [1 Cor 13, 9]. «Ἐκ μέρους» δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι τὸ μὲν αὐτοῦ τῆς οὐσίας γινώσκει, τὸ δὲ ἀγνοεῖ, ἁπλοῦς γὰρ ὁ Θεός· ἀλλ' ἐπειδὴ ὅτι μὲν ἔστι Θεὸς οἶδε, τὸ δὲ τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ἀγνοεῖ. 1122

105 1, 6. Ἀλλὰ γάρ, εἰ δοκεῖ, τὸν Παῦλον ἀφέντες καὶ τοὺς προφήτας, ἀνέλθωμεν εἰς τοὺς οὐρανούς· μή ποτε ἐκεῖ τινές εἰσιν εἰδότες τί τὴν οὐσίαν ἐστὶν ὁ Θεός. Μάλιστα μὲν γάρ, 1123

---

109 247 1, 3. Postquam dixerat enim: *Cum essem parvulus,* intulit: *Videmus autem nunc per speculum in aenigmate.* En quippe secundum exemplum infirmitatis praesentis, quodque imperfecta sit scientia; tertio probatur his verbis: *In aenigmate.* Namque parvulus multa quidem videt, audit et loquitur, nihil tamen dilucide vel videt vel audit vel loquitur; et sapit quidem, sed nihil integre. Ita et ego scio quidem multa, sed eorum non novi modum. Deum enim ubique esse novi, totum item ubique esse novi, quomodo autem nescio; sine principio, non genitum, sempiternum novi, quomodo autem nescio. Neque humana ratio capere valet, quomodo possit esse substantia, quae nec a se ipsa nec ab alio quopiam esse acceperit. Scio ipsum genuisse Filium, quomodo autem ignoro; novi Spiritum ex ipso esse, quomodo autem ex ipso sit nescio. 1121

109 110 97 1, 5. [Deum] igitur ex parte cognoscit; *ex parte* vero dixit, non quod aliud ex eius substantia cognoscat, aliud ignoret, Deus enim simplex est; sed quod quidem sciat Deum esse, quid autem quoad substantiam sit ignoret. 1122

105 1, 6. Verum, si placet, dimisso Paulo atque prophetis, ascendamus in caelos: an forte quipiam ibi sint qui Dei substantiam norint. Licet si qui ibi sint qui norint, nihil commune nobiscum 1123

1121. MG 48, 704. 1122. MG 48, 706.
1123. MG 48, 707.

κἂν εὑρεθῶσιν εἰδότες, οὐδὲν κοινὸν πρὸς ἡμᾶς· πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων· πλὴν ἀλλ' ἵνα ἐκ περιουσίας μάθῃς, ὅτι οὐδὲ ἐκεῖ τις οἶδε κτιστὴ δύναμις τοῦτο, ἀκούσωμεν τῶν ἀγγέλων. Τί οὖν; Περὶ τῆς οὐσίας ταύτης ἐκεῖ διαλέγονται, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ζητοῦσιν; Οὐδαμῶς.

1124 2, 3. Ἐτόλμησεν ἄνθρωπος εἰπεῖν ὅτι· Θεὸν οἶδα ὡς αὐτὸς 108
ὁ Θεὸς ἑαυτὸν οἶδε. Ταῦτα οὖν ἐλέγχου δεῖται; Ταῦτα ἀποδείξεως; Οὐκ ἀρκεῖ μόνη ἡ προφορὰ τῶν ῥημάτων δεῖξαι πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν; Καὶ γὰρ μανία τίς ἐστι ταῦτα σαφής, παραπληξία ἀσύγγνωστος, καινότερος ἀσεβείας τρόπος. Οὐδεὶς τοιοῦτον οὐδὲν οὐδέποτε οὔτε εἰς νοῦν βαλέσθαι, οὔτε διὰ τῆς γλώττης προενεγκεῖν ἐτόλμησεν.

1125 3, 1. Καλῶμεν τοίνυν αὐτὸν τὸν ἀνέκφραστον τὸν ἀπερι- 108
νόητον Θεόν, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀκατάληπτον, τὸν νικῶντα 105
γλώττης δύναμιν ἀνθρωπίνης, τὸν ὑπερβαίνοντα θνητῆς διανοίας κατάληψιν, τὸν ἀνεξιχνίαστον ἀγγέλοις, τὸν ἀθέατον τοῖς σεραφίμ, τὸν ἀκατανόητον τοῖς χερουβίμ, τὸν ἀόρατον ἀρχαῖς, ἐξουσίαις, δυνάμεσι, καὶ ἁπλῶς πάσῃ τῇ κτίσει, ὑπὸ δὲ Υἱοῦ μόνου καὶ Πνεύματος Ἁγίου γνωριζόμενον.

1126 3, 3. «Καὶ τὰ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, ἓξ πτέ- 105
ρυγες τῷ ἑνί, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας» [Is 6, 2]. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καλύπτουσι τὰ πρόσωπα καὶ προβάλλονται τὰς πτέρυγας; Τίνος δὲ ἕνεκεν ἑτέρου ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μὴ φέρειν τὴν ἐκ τοῦ θρόνου πηδῶσαν ἀστραπὴν καὶ τὰς

---

habent; magnum enim discrimen angelos inter et homines. Verum ut ex abundanti discas nullam ibi creatam virtutem id nosse, ipsos audiamus angelos. Quid igitur? an de substantia illa ibi disserunt et quaestionem mutuo habent? Minime.

1124 2, 3. Ausus est homo dicere: Deum novi ut ipse Deus se ipsum 108
novit. Haeccine confutatione indigent? Haeccine demonstratione? Annon satis est haec solum verba proferre, ut tota eorum impietas reveletur? Etenim haec insania est perspicua, amentia inexcusabilis, novus impietatis modus. Nemo quidpiam huiusmodi vel mente concipere vel lingua proferre ausus est.

1125 3, 1. Vocemus itaque ipsum ineffabilem, inintellegibilem Deum, 108
invisibilem, incomprehensibilem, humanae linguae vim superantem, 105
mortalis mentis comprehensionem excedentem, angelis non vestigabilem, seraphinis invisibilem, cherubinis inintellegibilem, inaspectabilem principatibus, potestatibus, virtutibus ac simpliciter omni creaturae, a solo autem Filio et a Spiritu Sancto cognitum.

1126 3, 3. *Et seraphim stabant in circuitu eius, sex alae uni et sex* 105
alae alteri, et duabus quidem obvelabant facies suas, et duabus pedes. Dic, quaeso, cur obvelant facies suas alasque praetendunt? Cur, inquam, nisi quia fulgur e throno progrediens radiosque illos ferre

---

1124. MG 48, 712. 1125. MG 48, 720. 1126. MG 48, 721.

μαρμαρυγὰς ἐκείνας; Καίτοι γε οὐκ αὐτὸ ἄκρατον ἑώρων τὸ φῶς, οὐδ' αὐτὴν ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ συγκατάβασις ἦν τὰ ὁρώμενα. Τί δέ ἐστι συγκατάβασις; Ὅταν μὴ ὡς ἔστιν ὁ Θεὸς φαίνηται, ἀλλ' ὡς ὁ δυνάμενος αὐτὸν θεωρεῖν οἷός τέ ἐστιν, οὕτως ἑαυτὸν δεικνύῃ, ἐπιμετρῶν τῇ τῶν ὁρώντων ἀσθενείᾳ τῆς ὄψεως τὴν ἐπίδειξιν.

108 4, 2. Καὶ ἐγὼ τοίνυν καθάπερ βιβλίον ἀναπτύξας τὴν μνήμην 1127
τῆς διανοίας τῆς ὑμετέρας, ὥσπερ δακτύλῳ τινὶ τῷ λόγῳ τὰ καταβληθέντα ἐπιδείξας, ἐπὶ τὰ λειπόμενα βαδιοῦμαι λοιπόν. Τί οὖν ἦν τὸ ὑπολελειμμένον; Δεῖξαι ὅτι οὔτε ἀρχαί, οὔτε ἐξουσίαι, οὔτε κυριότητες, οὔτε εἴ τις ἑτέρα κτιστὴ δύναμίς ἐστιν, ἣ ἔχει τοῦ Θεοῦ τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν.

105 4, 3. Πῶς οὖν ὁ Ἰωάννης φησὶν ὅτι «τὸν Θεὸν οὐδεὶς 1128
108 ἑώρακε πώποτε» [Io 1, 18]; Ἵνα μάθῃς ὅτι τὴν ἀκριβῆ αὐτοῦ
κατάληψιν καὶ τὴν τετρανωμένην γνῶσιν λέγει. Ὅτι γὰρ πάντα
ἐκεῖνα συγκατάβασις ἦν, καὶ ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν οὐδεὶς εἶδεν
97 ἐκείνων, δῆλον ἐκ τοῦ διαφόρως ἕκαστον ὁρᾶν. Ὁ γὰρ Θεὸς
98 ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀσχημάτιστος· οὗτοι δὲ ἅπαντες
σχήματα ἔβλεπον διάφορα.... Ὥστε ὅταν ἀκούσῃς ὅτι «Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε», ἐκεῖνο νόμιζε ἀκούειν, ὅτι τὸν Θεὸν οὐδεὶς ἔγνω οὐσιωδῶς μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης.... Ὅταν οὖν λέγῃ ὁ προφήτης ὅτι [τὰ σεραφὶμ καὶ χερουβὶμ] συγκαταβαίνοντα τὸν Θεὸν ἰδεῖν οὐκ ἤνεγκαν, οὐδὲν ἄλλο λέγει ἀλλ' ἢ ὅτι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ τετρανωμένην καὶ ἀκριβῆ τῆς καταλήψεως ἐνεγκεῖν

---

non possunt? Quamquam non ipsum sine temperamento lumen, neque ipsam puram substantiam videbant, sed quae videbantur attemperata erant. Quid autem est illa attemperatio? Quando Deus non sicut est apparet, sed ad modum eius, qui ipsum visurus est, sese attemperat videntiumque infirmitati sese accommodat.

108 4, 2. Ego similiter, aperto memoriae vestrae libro, atque iis 1127
quae iam soluta sunt quasi digito demonstratis, ad reliqua demum propero. Quid igitur residuum erat? Ut ostenderemus neque principatus, neque potestates, neque dominationes, neque aliam ullam creatam virtutem esse, quae Deum perfecte comprehendat.

105 4, 3. Cur ergo Ioannes ait: *Deum nemo vidit umquam?* Ut 1128
108 ediscas eum de perfecta comprehensione et clara cognitione loqui.
Quod enim illa omnia per attemperationem facta sint, neque puram illius substantiam quisquam illorum viderit, hinc palam est quod
97 varie quisque viderit. Etenim Deus simplex est, incompositus et
98 figurae expers; illi vero figuras viderunt varias. . . . Itaque cum
audis: *Deum nemo vidit umquam,* id intellege, nullum esse qui Deum substantialiter omnino perfecte cognoscat. . . . Cum itaque propheta dicit illas virtutes Deum quamvis sese attemperantem non ferre potuisse, nihil aliud significat quam eius cognitionem claram et accuratam comprehensionemque ferre non posse, neque

---

1127. MG 48, 729. 1128. MG 48, 730.

οὐ δύνανται, οὐδὲ τολμῶσιν ἀτενὲς ἰδεῖν πρὸς τὴν ἀκραιφνῆ καὶ ἀκέραιον οὐσίαν, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς αὐτὴν τὴν συγκατάβασιν. Τὸ δὲ ἀτενὲς ἰδεῖν τὸ γνῶναί ἐστι.

1129 5, 3. Ἕνα Θεὸν τὸν Πατέρα ἐκάλεσεν [ὁ Παῦλος, cf. 1 Cor 8, 6], 143
οὐκ ἐκβάλλων τὸν Υἱὸν τῆς θεότητος, ὥσπερ οὖν καὶ ἕνα Κύριον τὸν Υἱόν, οὐκ ἐκβάλλων τῆς κυριότητος τὸν Πατέρα, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων [τῶν Κορινθίων] ἀσθένειαν διορθούμενος, καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς δοῦναι λαβὴν βουλόμενος. Τοῦτο γοῦν καὶ αἴτιον γέγονε τοῦ μὴ σαφῶς μηδὲ φανερῶς, ἀλλ' ἀμυδρῶς πως καὶ σπανίως διὰ τῶν προφητῶν γνωρισθῆναι τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Ἄρτι γὰρ τῆς πολυθέου πλάνης ἀπαλλαγέντες, εἰ πάλιν ἤκουσαν Θεὸν καὶ Θεόν, πρὸς τὴν αὐτὴν ἂν ὑπέστρεψαν νόσον. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω συνεχῶς οἱ προφῆται λέγουσιν ὅτι «εἷς Θεός, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν» [cf. Dt 4, 35]· οὐχὶ τὸν Υἱὸν ἀθετοῦντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν θεραπεῦσαι βουλόμενοι, καὶ πεῖσαι τέως τῆς τῶν πολλῶν θεῶν καὶ οὐκ ὄντων ὑπονοίας ἀπαλλαγῆναι.

1130 5, 5. Ὅτι γὰρ τοσοῦτον ἀπαιτούμεθα μόνον εἰδέναι ὅτι 86
ἔστι Θεός, οὐχὶ περιεργάζεσθαι αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, ἄκουσον τί 109
φησιν ὁ Παῦλος· «Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἔστι» [Hebr 11, 6]. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης ἐγκαλῶν ἀσέβειάν τινι, οὐ τοῦτο ἐγκαλεῖ, ὅτι οὐκ οἶδε τί ἐστιν ὁ Θεός, ἀλλ' ὅτι οὐκ οἶδεν ὅτι ἔστι Θεός. «Εἶπε γάρ», φησίν, «ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός» [Ps 13, 1].

---

audere puram illam perfectamque substantiam intueri, ne quidem cum sese attemperat. Nihil autem aliud est intueri quam cognoscere.

1129 5, 3. Unum Deum Patrem vocavit [Paulus, cf. 1 Cor 8, 6], non 143
ut eiceret Filium a deitate; sicut et Filium unum Dominum, non ut eiceret Patrem a dominatione, sed ut illorum [Corinthiorum] infirmitatem emendaret nullamque illis praeberet ansam. Quod ipsum in causa fuit, cur Iudaeis non clare et manifeste, sed obscure raroque Filius Dei a prophetis significaretur. Cum enim nuper ab errore plurium deorum abducti essent, si rursum audissent Deum et Deum, rursus in eumdem recidissent morbum. Ideo frequenter prophetae dicunt: *Unus est Deus, et praeter eum nullus est;* non quod Filium negent, absit; sed ut illorum infirmitatem curarent ipsisque interim suaderent, ut a multorum nec vere exsistentium deorum opinione absisterent.

1130 5, 5. Quod autem id solum requiratur a nobis, ut sciamus 86
Deum esse, non ut eius substantiam curiose scrutemur, audi Pau- 109
lum loquentem: *Credere enim oportet eum, qui ad Deum accedit, quia est.* Rursum propheta, cum impietatis quempiam accusaret, non ei vitio vertit, quod ignoraret quid sit Deus, sed quod eum esse nesciret. Nam ait: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.*

1129. MG 48, 740. 1130. MG 48, 743.

537 5, 7. Παρακαλῶ καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ συνεχῶς. Οὐδὲ γὰρ εἰς θέατρόν σε ἄγω τῶν συνδούλων τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα· τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτῷ δεῖξον τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρμακα αἴτησαι· δεῖξον τῷ μὴ ὀνειδίζοντι, ἀλλὰ θεραπεύοντι· κἂν γὰρ σὺ σιγήσῃς, οἶδεν ἐκεῖνος ἅπαντα. 1131

De Lazaro homiliae, 388.

et non multa corpora, ita etiam unum est sacrificium.

1223 21, 2. *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argu-* 256
mentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti 263
sunt senes. Papae! quali dictione usus est, dicens: *argumentum
non apparentium;* argumentum enim solet dici de iis quae sunt
valde manifesta. Fides ergo, inquit, est visio eorum quae non
sunt manifesta; et ea quae non videntur, deducunt ad eamdem
certam persuasionem, ad quam quae videntur. Neque ergo in iis
quae videntur licet fidem non habere; atque rursus, si cui de in-
visibilibus non apertius fuerit persuasum quam de visibilibus, non
potest esse fides. Nam, quoniam quae sunt in spe non videntur

---

1222. MG 63, 131; Fi 7, 208. 1223. MG 63, 150; Fi 7, 242.

εἶναι δοκεῖ, ἡ πίστις ὑπόστασιν αὐτοῖς χαρίζεται· μᾶλλον δὲ οὐ χαρίζεται, ἀλλ' αὐτό ἐστιν οὐσία αὐτῶν· οἷον ἡ ἀνάστασις οὐ παραγέγονεν, οὐδέ ἐστιν ἐν ὑποστάσει, ἀλλ' ἡ ἐλπὶς ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ. Τοῦτό ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων ἐλπιζομένων. Εἰ τοίνυν ἔλεγχός ἐστιν οὐ βλεπομένων, τί δὴ βούλεσθε αὐτὰ ἰδεῖν, ἵνα ἐκπέσητε τῆς πίστεως καὶ τοῦ δίκαιοι εἶναι, εἴ γε «ἐκ πίστεως ὁ δίκαιος ζήσεται» [Hebr 2, 4]; Ὑμεῖς δὲ εἰ βούλεσθε αὐτὰ ἰδεῖν, οὐκέτι ἐστὲ πιστοί.

403 28, 2. Ἐξῆν αὐτῷ [τῷ Χριστῷ] μηδὲν παθεῖν, εἴπερ ἐβούλετο. 1224
398 «Οὐδὲ γὰρ ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ» [Is 53, 9; 1 Petr 2, 22]· καθὼς καὶ αὐτός φησιν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· «Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ οὐκ ἔχει ἐν ἐμοὶ οὐδέν» [Io 14, 30]. Προὔκειτο τοίνυν αὐτῷ, εἴπερ ἐβούλετο, μὴ ἐλθεῖν εἰς τὸν σταυρόν· «Ἐξουσίαν γὰρ ἔχω», φησί, «θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν» [Io 10, 18]. Εἰ τοίνυν ὁ μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην τοῦ σταυρωθῆναι ἐσταυρώθη ἡμῶν ἕνεκεν, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς δίκαιον πάντα γενναίως ὑπομένειν;

[Homiliae ineditae.][1]

536 *Quod frequenter sit conveniendum.* 2. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ 1225
ἥμαρτες, αἰσχυνθῇς παραγενέσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἀπάντησον. Οὐδεὶς γὰρ λέγει· Ἐπειδὴ ἕλκος ἔχω, οὐκ ἐπιζητῶ τὸν ἰατρόν, ἀλλ' οὐδὲ καταδέχομαι φάρμακον· ἀλλὰ

---

posse subsistere, fides iis donat substantiam; vel potius non donat, sed hoc ipsum est eorum essentia: ut, exempli causa, non advenit resurrectio, necdum est in substantia, sed spes facit ut subsistat in nostra anima. Hoc est substantia rerum quae sperantur. Si est ergo argumentum invisibilium, quid ea vultis videre, ut a fide excidatis et a iustitia, siquidem *iustus ex fide vivet*? Vos autem, si ea vultis videre, non estis amplius fideles.

403 28, 2. Licebat [Christo] nihil pati, si voluisset. *Neque* enim 1224
398 *peccatum fecit, neque inventus est dolus in ore eius,* sicut ipse quoque dicit in evangeliis: *Venit mundi princeps et in me non habet quidquam.* Poterat ergo, si voluisset, non venire ad crucem; *Potestatem enim,* inquit, *habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo rursus recipiendi illam.* Si ergo, qui minime necesse habebat crucifigi, propter nos fuit crucifixus, quanto magis par est ut nos omnia fortiter feramus?

536 *Quod frequenter sit conveniendum.* 2. Ne igitur, quia peccasti, 1225
te pudeat accedere; immo ob hoc ipsum accede. Nemo enim dicit: Quia ulcus habeo, medicum non accerso, neque pharmacum accipio:

---

[1] Ita apud Migne.
1224. MG 63, 194; Fi 7, 314. 1225. MG 63, 463.

δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα καὶ τοὺς ἰατρεύοντας καὶ τῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν ἐπιζητεῖν ἀναγκαῖον. Ἴσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς συγγινώσκειν, ἅτε καὶ αὐτοὶ ἑτέροις ἁμαρτήμασιν ὄντες ὑπεύθυνοι.

1226 *Adv. Catharos.* 2. Ὑμᾶς δὲ παρακαλῶ . . . πειρᾶσθαι μετὰ 531
σπουδῆς ἁπάσης τά τε ὄντα ἁμαρτήματα ἀποσμήχειν, τά τε προσιόντα ἀποκρούεσθαι. Κἂν γὰρ μυρία ἡμᾶς περιστοιχίζηται κακά, ἐὰν σωφρονῶμεν καὶ ἐγρηγορότες ὦμεν, δυνησόμεθα πολλῆς ἀπολογίας τυχεῖν, πολλῆς τῆς συγγνώμης, καὶ ἀπονίψασθαι τὰ πεπλημμελημένα. Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο ἄκουσον· 518
ἂν εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶμεν, ἂν στενάζωμεν ἐπὶ τοῖς πεπλημμελημένοις, ἂν ὁμολογῶμεν τὰ ἡμαρτημένα, ἂν ἐλεημοσύνας ποιῶμεν, ἂν εὐχὰς ἐπιδειξώμεθα, ἂν ἀδικουμένοις βοηθῶμεν, ἂν τοῖς ἐχθροῖς τὰ ἁμαρτήματα συγχωρῶμεν, ἂν δακρύωμεν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις· ταῦτα γὰρ ἅπαντα φάρμακα τῶν ἁμαρτημάτων ἐστί.

[?] Epistula ad Caesarium monachum.

1227 Deus et homo Christus: Deus propter impassibilitatem, homo 385
propter passionem; unus Filius, unus Dominus, idem ipse 400
procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, etiamsi non consubstantiales exsistunt, et unaquaeque incommixtam proprietatis conservat agnitionem, 383
propter hoc quod inconfusa sunt duo. Sicut enim antequam 489
sanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem 499
ab appellatione panis, dignus autem habitus dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii praedicamus; sic et hic, divina ἐνιδρυσάσης, id est, insidente corpori natura, unum Filium, unam personam utraque haec fecerunt.

---

immo ob hoc ipsum maxime et medici advocandi sunt et pharmacorum vim requirere opus est. Scimus etiam nos ignoscere, quia et ipsi aliis peccatis sumus obnoxii.

1226 *Adv. Catharos.* 2. Vos rogo . . . ut cum omni studio curetis 531
admissa peccata abluere et accedentia propellere. Etiamsi enim innumera nos circumdant mala, si sapiamus et vigiles simus, poterimus et excusationem multam et veniam consequi, atque delicta abluere. Et quomodo id eventurum sit audi: si in ecclesiam 518
nos conferamus, si de peccatis nostris ingemiscamus, si ipsa peccata confiteamur, si eleemosynas erogemus, si preces emittamus, si iniuria affectos iuvemus, si inimicis peccata condonemus, si ob delicta lacrimas emittamus: haec quippe omnia sunt peccatorum pharmaca.

1226. MG 63, 492. 1227. MG 52, 758.

Fragmenta.

475 *Ex homilia ad Neophytos,* apud *Aug.* C. Iul. 1, 6, 21. Ecce 1228
libertatis serenitate perfruuntur qui tenebantur paulo ante
captivi, et cives ecclesiae sunt qui fuerunt in peregrinationis
errore, et iustitiae in sorte versantur qui fuerunt in confusione
peccati. Non enim tantum sunt liberi sed et sancti, non
359 tantum sancti sed et iusti, non solum iusti sed et filii, non
360 solum filii sed et heredes, non solum heredes sed et fratres
Christi, nec tantum fratres Christi sed et coheredes, non
solum coheredes sed et membra, non tantum membra sed
et templum, non tantum templum sed et organa Spiritus.
354 Vides quot sunt baptismatis largitates, et nonnulli deputant
caelestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere;
474 nos autem honores computavimus decem. Hac de causa etiam
infantes baptizamus, cum non sint coinquinati peccato, ut iis
addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hereditas, fraternitas Christi,
ut eius membra sint.

302 De quibus ait Augustinus ib. 1, 6, 22: Vides certe non ab eo
dictum esse «parvulos non coinquinatos esse peccato», sive
«peccatis», sed «non habere peccata»: intellege propria, et
nulla contentio est. At, inquies, cur non ipse addidit «propria»?
83 Cur, putamus, nisi quia disputans in catholica ecclesia non
se aliter intellegi arbitrabatur, tali quaestione nullius pulsabatur, vobis nondum litigantibus securius loquebatur?

302 *Ex eadem homilia,* apud *Aug.* C. Iul. 1, 6, 26. «Ἔρχεται 1229
ἅπαξ ὁ Χριστός, εὗρεν ἡμῶν χειρόγραφον πατρῷον, ὅ τι
ἔγραφεν ὁ Ἀδάμ. Ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν εἰσήγαγεν τοῦ χρείους,
ἡμεῖς τὸν δανεισμὸν ηὐξήσαμεν ταῖς μεταγενεστέραις ἁμαρτίαις.»
Quae verbum e verbo interpretata sic se habent: «Venit
semel Christus, invenit nostrum chirographum paternum, quod
scripsit Adam. Ille initium induxit debiti, nos foenus auximus
posterioribus peccatis.» Numquid contentus fuit dicere: «paternum chirographum», nisi adderet: «nostrum»? Ut sciremus,
antequam foenus peccatis nostris posterioribus augeremus, iam
illius chirographi paterni ad nos debitum pertinere.

529 Fragm. apud *Photium,* Biblioth. Cod. 59 [Inter crimina obiecta 1230
in synodo «ad Quercum» contra Chrysostomum]. Ἕκτον, ὅτι
ἄδειαν παρέχει τοῖς ἁμαρτάνουσι, διδάσκων· Ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃς,
πάλιν μετανόησον, καὶ ὁσάκις ἂν ἁμάρτῃς, ἐλθὲ πρός με, καὶ
ἐγώ σε θεραπεύσω.

---

529 Sextum, quod licentiam peccantibus praebeat, sic docens: Si 1230
iterum peccasti, te paeniteat iterum; et quoties peccaveris, veni ad
me, ego te sanabo.

1228. ML 44, 654. 1229. ML 44, 658. 1230. MG 103, 112.

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM, ca 400.

1231 L. 3, c. 16, n. 1. Προχείρισαι δὲ [ὦ ἐπίσκοπε] καὶ διάκονον πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπερεσίας. Ἔστι γὰρ ὁπόταν ἔν τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ δύνασαι πέμπειν διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. 2. Καὶ γὰρ εἰς πολλὰς χρείας γυναικὸς χρῄζομεν διακόνου. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς· οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατοπτεύεσθαι. 560 557

1232 5, 7, 19. Μὴ ὄντα τὸν ἄνθρωπον ἐκ διαφόρων ἐποίησεν, δοὺς αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, νῦν δὲ ταῖς οὔσαις ψυχαῖς τὰ διαλυθέντα σώματα ἀποτίσει. Κειμένων γάρ ἐστιν ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ μὴ ὑπαρχόντων. 20. Ὁ οὖν τὰ πρῶτα σώματα ἐκ μὴ ὄντων ποιήσας καὶ ἐξ αὐτῶν διάφορα δημιουργήσας, οὗτος καὶ τοὺς θανόντας ζωοποιήσας ἀναστήσει. Ὁ γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἐκ μικροῦ σπέρματος μορφῶν καὶ ψυχὴν αὐτῷ οὐκ οὖσαν ἐνδημιουργῶν . . . αὐτὸς καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀναστήσει αὐτοῦ ὄντας ποιήματα. 225 222 598 599

1233 7, 22, 2. Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ, ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι, καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ, ἵνα τὸ μὲν χρῖσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν. 476 445

1231 3, 16, 1. Elige [episcope] diaconissam fidelem et sanctam, ad mulierum ministeria. Fit enim nonnumquam ut in quibusdam domibus virum diaconum ad mulieres non possis mittere propter infideles; destinabis igitur mulierem diaconissam ob improborum cogitationes. 2. Diaconissa siquidem femina ad multos usus indigemus: ac in primis quidem, cum baptizantur mulieres, diaconus tantum earum frontem unget oleo sancto, et postea diaconissa eas illinet; non enim oportet ut feminae aspiciantur a viris. 560 557

1232 5, 7, 19. Hominem qui non erat, ex diversis in hominem constituit, data ei ex nihilo anima; nunc vero restituet exsistentibus animabus corpora dissoluta. Nam resurrectio eorum est quae iacent, non autem eorum quae non sunt. 20. Itaque qui prima corpora ex nihilo effecit et ex ipsis varia condidit, hic etiam defunctos, vita reddita, suscitabit. Et qui in utero hominem ex semine exiguo format, et animam ex non ente creans ipsi indit . . . idem et omnes homines ad vitam revocabit, utpote quos fecit. 225 222 598 599

1233 7, 22, 2. Unges autem prius oleo sancto; deinde baptizabis aqua, et tandem signabis unguento, ut oleum quidem sit participatio Spiritus Sancti, aqua vero symbolum mortis, unguentum autem sigillum pactionum. 476 445

1231. F (= Funk) 1, 209; MG 1, 796.
1232. F 1, 259; MG 1, 849. 1233. F 1, 406; MG 1, 1012.

521 8, 5, 7. ['Επίκλησις ἐπὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.] Δὸς αὐτῷ, 1234
563 δέσποτα παντοκράτορ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου τὴν μετουσίαν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας κατὰ τὴν ἐντολήν σου, διδόναι κλήρους κατὰ τὸ πρόσταγμά σου, λύειν δὲ πάντα σύνδεσμον κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκας τοῖς ἀποστόλοις.

564 8, 27, 2. Ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτο- 1235
νείσθω· ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν. 3. Ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι, διωγμοῦ ὄντος ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέτω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

555 556 8, 28, 2. Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, 1236
439 χειροτονεῖ, προσφέρει· εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει,
563 567 παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς. Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε. 3. Πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται, εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου καὶ συμπρεσβυτέρου, ὡσαύτως ἐπιδίδωσιν συμπρεσβυτέρῳ· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ, οὐ καθαιρεῖ, ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ
557 τιμωρίᾳ. 4. Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ· οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβά-
467 νει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· οὐ βαπτίζει, οὐ προσ-
500 φέρει· τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου,

---

521 8, 5, 7. [Invocatio in ordinatione episcoporum.] Da illi, Domine omni- 1234
563 potens, per Christum tuum participationem Sancti Spiritus, ut habeat potestatem remittendi peccata secundum mandatum tuum, dandi ordines iuxta praeceptum tuum, et solvendi omne vinculum secundum potestatem quam tribuisti apostolis.

564 8, 27, 2. Episcopus a tribus vel duobus episcopis ordinetur. 1235
Si quis autem ordinatus fuerit ab uno episcopo, deponatur et ipse et is qui ordinavit eum. 3. Quodsi necessitas incidens coegerit ab uno ordinari, eo quod propter persecutionem aut aliam similem causam plures interesse non possint, afferat auctoritatem mandati plurium episcoporum.

555 556 8, 28, 2. Episcopus benedicit, non benedicitur; manus imponit, 1236
439 ordinat, offert; benedictionem ab episcopis accipit, a presbyteris
563 vero nequaquam; episcopus deponit omnem clericum dignum qui
567 deponatur, excepto episcopo; hoc enim solus non potest. 3. Presbyter benedicit, non benedicitur; benedictionem recipit ab episcopo et compresbytero, eamque pariter compresbytero dat; manus imponit, non ordinat; non deponit, excommunicat autem inferiores,
557 si eam poenam mereantur. 4. Diaconus non benedicit, non dat
467 benedictionem, accipit vero ab episcopo et presbytero; non baptizat,
500 non offert; ipse vero, cum episcopus aut presbyter obtulit, dat

---

1234. F 1, 476; MG 1, 1073. 1235. F 1, 530; MG 1, 1124.
1236. F 1, 530; MG 1, 1124.

αὐτὸς ἐπιδίδωσιν τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεύς, ἀλλ' ὡς δια-
κονούμενος ἱερεῦσιν. 5. Τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ δια-
κόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. 6. Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, 560
ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι ἢ οἱ διάκονοι
ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι
τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ
εὐπρεπές. 7. Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, 558
ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ᾖ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυ- 559
τέρου. 8. Ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν ἀνα-
γνώστῃ οὔτε ψάλτῃ οὔτε διακονίσσῃ, οὐ κληρικόν, οὐ λαϊκόν· 554
ὑπηρέται γάρ εἰσιν διακόνων.

CANONES APOSTOLORUM, ca 400.

1237 1. Ἐπίσκοπος τοίνυν ὑπὸ ἐπισκόπων χειροτονείσθω δύο ἢ 564
τριῶν, πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου, καὶ διάκονος καὶ οἱ 563
λοιποὶ κληρικοί.
1238 39. Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπι- 556
σκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος
τὸν λαὸν Κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον
ἀπαιτηθησόμενος.
1239 85 [1]. [Μωσέως πέντε (Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ.), Ἰησοῦς 74
Ναυή, Κριτ., Ῥούθ, Βασιλείων τέσσαρα, Παραλ. δύο, Ἔσδρα
δύο, Ἐσθ., Ἰουδίθ, Μακκ. τρία, Ἰώβ, Ψαλμ., Σολομῶντος τρία
(Παροιμ., Ἐκκλ., Ἆισμα ᾀσμ.), Προφῆται δέκα ἕξ, Σοφία Σιράχ.

populo, non tamquam sacerdos sed tamquam ministrans sacer-
dotibus. 5. Nulli autem ex reliquis clericis licet opus diaconi
facere. 6. Diaconissa non benedicit, sed nec peragit quidquam 560
eorum, quae presbyteri aut diaconi faciunt; tantummodo ianuas
custodit, et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat,
propter decorum. 7. Diaconus excommunicat subdiaconum, lecto- 558
rem, cantorem, diaconissam, si absente presbytero res id postulet. 559
8. Subdiacono non licet excommunicare, neque lectori neque cantori
neque diaconissae, non clericum, non laicum; ministri enim sunt 554
diaconorum..
1237 1. Episcopus igitur ab episcopis ordinetur duobus vel tribus, 564
presbyter ab uno episcopo, ac diaconus et reliqui clerici. 563
1238 39. Presbyteri et diaconi absque sententia episcopi nihil per- 556
agant; ipse enim est, cui commissus est populus Domini et a quo
de animabus eorum ratio poscetur.
1239 85. [Canon scripturarum. — Veteris testamenti: Moysis V (Gen., 74
Ex., Lev., Num., Deut.), Iesu Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV, De-
relictorum ex libro dierum II, Esdrae II, Hester, Iudith, Mach. III,
Iob, Ps., Salomonis III (Prov., Eccl., Cant. cant.), Prophetarum XVI,

[1] Vide p. 177, not. 1.
1237. F 1, 564. 1238. F 1, 576. 1239. F 1, 590.

75 Εὐαγγ. τέσσαρα (Μτ., Μκ., Λκ., Ἰω.), Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Ἰακ., Ἰω. τρεῖς, Ἰούδα, Πέτρου δύο], Κλήμεντος δύο, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· καὶ αἱ Πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

SACRAMENTARIUM SERAPIONIS, saec. IV.

13. Anaphora seu Oratio oblationis eucharisticae, v. K 476 sqq.

476 25. Εὐχὴ εἰς τὸ χρῖσμα ἐν ᾧ χρίονται οἱ βαπτι- 1240
477 σθέντες. 1. Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ βοηθὸς πάσης ψυχῆς ἐπιστρεφούσης ἐπί σε καὶ γενομένης ὑπὸ τὴν κραταιάν σου χεῖρα τοῦ Μονογενοῦς, ἐπικαλούμεθά σε, ὥστε διὰ τῆς θείας καὶ ἀοράτου σου δυνάμεως τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνεργῆσαι ἐν τῷ χρίσματι τούτῳ ἐνέργειαν θείαν καὶ οὐράνιον, 2. ἵνα οἱ βαπτισθέντες καὶ χριόμενοι ἐν αὐτῷ τὸ ἐκτύπωμα τοῦ σημείου τοῦ σωτηριώδους σταυροῦ τοῦ Μονογενοῦς, δι' οὗ σταυροῦ διετράπη καὶ ἐθριαμβεύθη Σατανᾶς
475 καὶ πᾶσα δύναμις ἀντικειμένη, ὡς ἀναγεννηθέντες καὶ ἀνανεω-
482 θέντες διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας καὶ οὗτοι μέτοχοι
445 γένωνται τῆς δωρεᾶς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος καὶ ἀσφαλισθέντες τῇ σφραγῖδι ταύτῃ διαμείνωσιν «ἑδραῖοι καὶ ἀμετακίνητοι» [1 Cor 15, 58], ἀβλαβεῖς καὶ ἄσυλοι. . . .

552 29. Εὐχὴ εἰς ἔλαιον νοσούντων ἢ εἰς ἄρτον ἢ 1241
εἰς ὕδωρ. 1. Ἐπικαλούμεθά σε τὸν ἔχοντα πᾶσαν ἐξουσίαν

---

75 Sapientia Sirach. — Novi testamenti: Evangelia IV (Mt., Mc., Lc., Io.), Pauli epistulae XIV, Iac., Ioannis III, Iud., Petri II], Clementis epistulae II, et praeceptiones quae vobis episcopis per me Clementem in libris VIII nuncupatae sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quaedam arcana quae in se continent; et Actus nostri apostolorum.

476 25. *Oratio in oleum quo unguntur baptizati.* 1. Deus virtutum, 1240
477 auxiliator omnis animae, quae se ad te convertit, ac fit sub potenti manu tua Unigeniti, invocamus te, ut per divinam et invisibilem virtutem tuam domini et salvatoris nostri Iesu Christi opereris in hoc oleo operationem divinam ac caelestem, 2. ut baptizati et uncti in eo effigie signi salutaris crucis Unigeniti, per quam crucem depulsus et triumphatus est Satanas et omnis potestas
475 adversaria, tamquam regenerati ac renovati per lavacrum re-
482 generationis, ipsi quoque participes fiant doni Spiritus Sancti et
445 hoc sigillo confirmati permaneant *stabiles et immobiles,* innocui et inviolati. . . .

552 29. *Oratio in oleum aegrotorum vel in panem vel in aquam.* 1241
1. Invocamus te, qui habes omnem potestatem et virtutem, salva-

---

1240. F 2, 186. 1241. F 2, 190.

καὶ δύναμιν, τὸν σωτῆρα πάντων ἀνθρώπων, Πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δεόμεθα, ὥστε ἐκπέμψαι δύναμιν ἰατικὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τὸ ἔλαιον τοῦτο, ἵνα γένηται τοῖς χριομένοις ἢ μεταλαμβάνουσιν τῶν κτισμάτων σου τούτων εἰς ἀποβολὴν «πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας» [Mt 4, 23; 9, 35; 10, 1], εἰς ἀλεξιφάρμακον παντὸς δαιμονίου, εἰς ἐκχωρισμὸν παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, εἰς ἀφορισμὸν παντὸς πνεύματος πονηροῦ, εἰς ἐκδιωγμὸν παντὸς πυρετοῦ καὶ ῥίγους καὶ πάσης ἀσθενείας, εἰς χάριν ἀγαθὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, εἰς φάρμακον ζωῆς καὶ σωτηρίας, εἰς ὑγείαν καὶ ὁλοκληρίαν ψυχῆς σώματος πνεύματος, εἰς ῥῶσιν τελείαν.

S. OPTATUS MILEVITANUS, floruit ca 370.

Contra Parmenianum Donatistam, ca 370.

1242 2, 2. Negare non potes scire te in urbe Roma Petro primo 56
cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium 50
apostolorum caput Petrus, unde et Cephas est appellatus, in
qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri 58
apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam schismaticus 40
et peccator esset qui contra singularem cathedram alteram
collocaret. 3. Ergo cathedram unicam, quae est prima de 52
dotibus, sedit prior Petrus. . . . Vestrae cathedrae vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vindicare.

S. PACIANUS, † ca 390.

Epistulae.

1243 Ep. 1, c. 4. Christianus mihi nomen est, catholicus vero 51
cognomen; illud me nuncupat, istud ostendit; hoc probor, inde significor. . . . Quare ab haeretico nomine noster populus hac appellatione dividitur, cum catholicus nuncupatur.

---

torem omnium hominum, Patrem domini nostri et salvatoris Iesu Christi, et oramus, ut emittas vim sanationis e caelis Unigeniti super hoc oleum, ut iis, qui his tuis creaturis unguntur vel eas percipiunt, fiat in depulsionem *omnis languoris et omnis infirmitatis,* in remedium adversus omne daemonium, in expulsionem omnis spiritus immundi, in segregationem omnis spiritus nequam, in exstirpationem omnis febris et frigoris et omnis imbecillitatis, in gratiam bonam et remissionem peccatorum, in remedium vitae et salutis, in sanitatem et integritatem animae et corporis et spiritus, in valetudinem perfectam.

1242. CV 26 (ed. C. Ziwsa, 1893), 36; ML 11, 947. 1243. ML 13, 1055.

521 1, 6. Numquam Deus non paenitenti comminaretur, nisi 1244
ignosceret paenitenti. Solus hoc, inquies, Deus poterit. Verum
515 est; sed et quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod apostolis dicit: *Quae ligaveritis in terris, ligata erunt et in caelis; et quaecumque solveritis in terris, soluta erunt et in caelis* [Mt 16, 19; Io 20, 23]? Cur hoc, si ligare hominibus ac solvere non licebat? An tantum hoc solis
476 apostolis licet? Ergo et baptizare solis licet, et Spiritum Sanctum dare solis, et solis gentium peccata purgare; quia totum hoc non aliis quam apostolis imperatum est. Quodsi uno in loco et resolutio vinculorum et sacramenti potestas
60 datur, aut totum ad nos ex apostolorum forma et potestate deductum est, aut nec illud ex decretis relaxatum est. . . .
479 Si ergo et lavacri et chrismatis potestas, maiorum et longe charismatum, ad episcopos inde descendit, et ligandi quoque ius adfuit atque solvendi.

522 3, 12. *Quaecumque solveritis in terra, soluta erunt et in* 1245
caelis [Mt 16, 19; Io 20, 23]. . . . *Quaecumque solveritis,* inquit; omnino nihil excipit. *Quaecumque,* inquit: vel magna, vel modica.

FAUSTINUS, ex. saec. IV.

De Trinitate, ca 380.

145 7, 3. Cum praecipit Dominus ut *gentes in nomine Patris* 1246
166 *et Filii et Spiritus Sancti baptizentur* [Mt 28, 19], apertissimum est Spiritum Sanctum non esse creaturam vel ex ipsa societate quae illi una cum Patre et Filio est, vel quod numquam praeciperet Dominus, ut in creaturae nomine aliquis baptizaretur; multum enim divinae potentiae derogaretur, si cum confessione divini nominis par quoque creaturae confessio poneretur. Et bene quod unum nomen posuit dicens: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,* ut una principalis auctoritas crederetur indivisibilis et perfectae Trinitatis.

S. AMBROSIUS, ca 340—397.

Epistulae.

366 Ep. 2 [Constantio, a. 379], c. 16. Pendet singulis nostrorum 1247
statera meritorum, atque exiguis vel boni operis vel degeneris flagitii momentis huc atque illuc saepe inclinatur. . . . In die iudicii aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum, tamquam molari depressos lapide, mergent.

1244. ML 13, 1057. 1245. ML 13, 1071. 1246. ML 13, 78.
1247. ML 16, 883; B (= Ballerini) 5, 327.

1248 18 [Imperatori Valentiniano, a. 384], 7. Sacrificium vestrum 254
ritus est bestiarum cruore respergi. Quid in mortuis pecudibus 256
quaeritis Dei voces? Venite et discite in terris caelestem militiam; hic vivimus, et illic militamus. Caeli mysterium doceat me Deus ipse qui condidit, non homo qui se ipsum ignoravit. Cui magis de Deo quam Deo credam? Quomodo possum vobis credere, qui fatemini vos ignorare quod colitis?

1249 19 [Vigilio, a. 385], 7. Sed prope nihil gravius quam copulari 579
alienigenae, ubi et libidinis et discordiae incentiva et sacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali et benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, ubi non est fidei concordia?

1250 21 [Imperatori Valentiniano, a. 386], 14. Hoc [negatio divinitatis 64
Christi, etc.] scriptum est in ariminensi synodo, meritoque concilium illud exhorreo, sequens tractatum concilii nicaeni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare.

1251 37 [Simpliciano, p. 387], 23. Docuit me tamen apostolus quod 274
ultra ipsam libertatem sit, ut servire libertas sit: *Cum liber*, inquit, *essem, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem* [1 Cor 9, 19]. Quid est ultra libertatem, nisi habere Spiritum gratiae, habere caritatem? Libertas enim liberum facit hominibus, caritas amicum Deo. 273

1252 41 [sorori, a. 388], 7. Redegerat [diabolus] humanum genus 413
in perpetuam captivitatem obnoxiae hereditatis gravi foenore, quod obaeratus auctor ad posteros de foenerata successione
transmiserat. Venit Dominus Iesus, mortem suam pro morte 419
omnium obtulit, sanguinem suum pro sanguine fudit uni- 224
versorum.

1253 42 [Siricio P., ca 392], 3. Neque nos negamus sanctificatum a Christo esse coniugium, divina voce dicente: *Erunt ambo in carne una* [Mt 19, 5] et in uno spiritu, sed prius est quod nati sumus, quam quod effecti; multoque praestantius divini operis mysterium quam humanae fragilitatis remedium. Iure laudatur bona uxor, sed melius pia virgo praefertur.

1254 48 [Sabino, ca 390], 5. [Confitemur] sicut in Dei forma nihil 570 582
ei defuit divinae naturae et plenitudinis, sic in illa forma hominis nihil ei defuisse, quo imperfectus homo iudicaretur; qui ideo venit, ut totum hominem salvum faceret. Neque enim decebat, ut, qui perfectum opus in aliis consummaverat, hoc imperfectum in se esse pateretur; si enim aliquid ei defuit,
non totum redemit; si non totum redemit, fefellit igitur qui 376 380
dixit ideo se venisse, ut totum hominem salvum faceret. Sed

1248. ML 16, 974; B 5, 378.
1249. ML 16, 984; B 5, 388.
1250. ML 16, 1005; B 5, 410.
1251. ML 16, 1090; B 5, 475.
1252. ML 16, 1115; B 5, 169.
1253. ML 16, 1124; B 5, 291.
1254. ML 16, 1153; B 5, 522.

quia *impossibile est mentiri Deo* [Hebr 6, 18], non fefellit; ergo
quia ita venit, ut totum redimeret et salvum faceret, totum
utique suscepit, quod erat humanae perfectionis.
85 48, 6. Nostra sententia huiusmodi est, ut meministi. Si 1255
verba alicubi movent, non praeiudicant fidei; etenim sermonem
dubium mens non dubia obumbrat et defendit a lapsu.
355 70 [Horontiano, a.?], 23. *Quis Deus sicut tu, auferens peccata* 1256
et transferens impietates? [Mich 7, 18.] Qui non fuisti memor
indignationis tuae, sed sicut in mari mersisti omnes iniquitates
nostras, sicut Aegyptium plumbum, et redisti ad misericordiam
voluntarius, quam gemino contulisti munere, dimittens peccata
549 atque abscondens. . . . Quod ergo ait: *auferens peccata,* ad
remissionem pertinet; quia penitus ea tollit, ita ut non sint
quorum memor non erit.
413 72 [Constantio, a.?], 8. Redempti sumus non corruptibilibus 1257
argento et auro, sed pretioso sanguine Domini nostri Iesu
Christi [cf. 1 Petr 1, 18 sq]. . . . Pretium autem nostrae liberationis
420 erat sanguis Domini Iesu, quod necessario solvendum erat ei,
cui peccatis nostris venditi eramus.

Enarrationes in 12 Psalmos davidicos.

592 In Ps. 36 [scripta post a. 393], 26. In mare Rubrum demersus 1258
populus est Aegyptiorum, transivit autem populus Hebraeorum.
Moyses pertransivit, praecipitatus est Pharao, quoniam graviora
eum peccata merserunt. Eo modo praecipitabuntur sacrilegi in
lacum ignis ardentis, qui superba in Deum iactavere convicia.
538 37 [post a. 393], 57. Non solum confitetur [peccator] peccata 1259
540 sua, sed etiam enumerat et accusat; non vult enim latere sua
delicta. Nam ut febres, cum in alto sunt, non queunt mitigari,
cum foras erumpunt, spem afferunt desinendi; ita peccatorum
morbus dum tegitur inardescit, si confessionibus proditur
evaporat.
518 38 [post a. 393], 25. Vidimus principem sacerdotum ad nos 1260
venientem, vidimus et audivimus offerentem pro nobis san-
499 guinem suum; sequimur, ut possumus, sacerdotes, ut offeramus
pro populo sacrificium; etsi infirmi merito, tamen honorabiles
sacrificio; quia, etsi nunc Christus non videtur offerri, tamen
ipse offertur in terris quando Christi corpus offertur; immo
495 ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat
sacrificium quod offertur.
53 40 [post a. 393], 30. Ipse est Petrus cui dixit: *Tu es Petrus,* 1261
54 *et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam* [Mt 16, 18]. Ubi

1255. ML 16, 1153; B 5, 523.
1256. ML 16, 1240; B 5, 606.
1257. ML 16, 1245; B 5, 611.
1258. ML 14, 981; B 2, 219.
1259. ML 14, 1037; B 2, 279.
1260. ML 14, 1051; B 2, 294.
1261. ML 14, 1082; B 2, 326.

ergo Petrus, ibi ecclesia; ubi ecclesia, ibi nulla mors, sed vita aeterna.

1262 43 [a. 397], 19. Nomen ergo proprietas uniuscuiusque est, 94
quo possit intellegi. Unde arbitror quod et Moyses volens proprium Dei et aliquid de eo speciale cognoscere . . . interrogavit: *Quod est nomen tuum?* [Ex 3, 13.] Denique cognoscens mentem eius Deus, non respondit nomen, sed negotium; hoc est, rem expressit, non appellationem, dicens: *Ego sum qui sum* [ib. 14]; quia nihil tam proprium Dei quam semper esse. Qui ergo negant Christum coaeternum Patri, 157
videant quia Deum negant, cuius est semper esse nec aliquando non fuisse.

1263 43, 71. Si consideres quia iustus vix salvus fit, intellegis 315
profecto et ipsius nonnumquam titubare vestigia, et auctorem declinationis eorum Deum videri; quia ipse quoque patitur iustos saepe tentari, quo magis probentur tentationibus eruditi. Quis est autem tam fortis, ut nequaquam in tentatione moveatur, nisi Dominus adiutor ei assistat?

De fide, ad Gratianum, 378/9.

1264 L. 1, c. 2, n. 16. Certe, ne quis possit errare, sequatur 162
ea, quibus scriptura sancta ut intellegere possimus Filium significavit. Verbum dicitur, Filius dicitur, Dei virtus dicitur, dicitur Dei sapientia. Verbum, quia immaculatus; virtus, quia perfectus; Filius, quia genitus ex Patre; sapientia, quia unum 158
cum Patre, unum aeternitate, unum divinitate. Non enim 178
Pater ipse qui Filius, sed inter Patrem et Filium generationis expressa distinctio est, ut ex Deo Deus, ex manente manens, plenus e pleno sit. 17. Non sunt igitur haec nuda nomina, sed operatricis virtutis indicia; est enim plenitudo divinitatis in Patre, est plenitudo divinitatis in Filio, non discrepans, sed una divinitas. Nec confusum quod unum est, nec multiplex quod indifferens.

1265 1, 5, 42. Omnem enim vim venenorum suorum in dia- 9
lectica disputatione constituunt [Ariani], quae philosophorum sententia definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo salvum facere populum suum: *Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis* [1 Cor 4, 20].

1266 1, 16, 106. Deus naturae simplicis est, non coniunctae 97
atque compositae; cui nihil accedat, sed solum quod divinum est in natura habeat sua; complens omnia, nusquam ipse 100

1262. ML 14, 1100; B 2, 345. 1263. ML 14, 1123; B 2, 369.
1264. ML 16, 532; B 4, 577. 1265. ML 16, 537; B 4, 582.
1266. ML 16, 552; B 4, 597.

confusus; penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus; ubique
totus, eodemque tempore vel in caelo, vel in terris, vel in
108 novissimo maris praesens; visu incomprehensibilis, fatu in-
interpretabilis, sensu inaestimabilis, fide sequendus, religione
115 venerandus; ut, quidquid religiosius sentiri potest, quidquid
praestantius ad decorem, quidquid sublimius ad potestatem,
hoc Deo intellegas convenire.

390 2, 7, 56. Ut homo ergo dubitat [Christus], ut homo tur- 1267
383 batur. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius divinitas,
sed turbatur anima; turbatur secundum humanae fragilitatis
402 assumptionem. Et ideo quia suscepit animam, suscepit et
animae passiones; non enim Deus, eo quod Deus erat, aut
392 turbari aut mori potuisset. . . . 58. Unde illud quod lectum est,
Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate
sua crucifixum putemus, sed quia idem Deus idem homo, per
divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo Iesus Christus,
Dominus maiestatis dicitur crucifixus.

418 3, 11, 87. Sacerdos enim aliquid debet offerre et se- 1268
cundum legem in sancta intrare per sanguinem; ergo, quia
sanguinem taurorum hircorumque repudiaverat Deus, hunc
utique sacerdotem per suum sanguinem, sicut legisti, in
sancta sanctorum caeli summa penetrantem oportebat intrare,
ut aeterna nostrorum esset oblatio peccatorum. Idem ergo
sacerdos, idem et hostia, et sacerdotium tamen et sacri-
ficium humanae condicionis officium est; nam et agnus ad
immolandum ductus est, et sacerdos est secundum ordinem
Melchisedech.

148 4, 8, 91. Est quaedam indistincta distinctae incomprehensi- 1269
150 bilis et inenarrabilis substantia Trinitatis. Distinctionem etenim
accepimus Patris et Filii et Spiritus Sancti, non confusionem;
distinctionem, non separationem; distinctionem, non plurali-
tatem. Divino itaque admirandoque mysterio manentem
semper accipimus Patrem, semper Filium, semper Spiritum
Sanctum, non duos Patres, non duos Filios, non duos Spiritus. . . .
Distinctionem scimus, secreta nescimus; causas non discutimus,
sacramenta servamus.

484 4, 10, 124. *Caro mea vere est esca, et sanguis meus est* 1270
483 *potus* [Io 6, 56]. Carnem audis, sanguinem audis, mortis do-
minicae sacramenta cognoscis; et divinitati calumniaris? Audi
dicentem ipsum: *Quia spiritus carnem et ossa non habet*
[Lc 24, 39]. Nos autem quotiescumque sacramenta sumimus,
497 quae per sacrae orationis mysterium in carnem transfigurantur
489 et sanguinem, mortem Domini annuntiamus [cf. 1 Cor 11, 26].

1267. ML 16, 571; B 4, 616. 1268. ML 16, 607; B 4, 653.
1269. ML 16, 634; B 4, 681. 1270. ML 16, 641; B 4, 687.

1271 4, 10, 132. Sed obiciendum putant quia dixerat: *Ego vivo* 158
propter Patrem [Io 6, 58]. Utique si ad divinitatem referunt, propter Patrem vivit Filius, quia ex Patre Filius est; propter Patrem, quia unius substantiae cum Patre; propter Patrem,
quia eructatum est Verbum ex Patris corde [cf. Ps 44, 1], quia 153
a Patre processit, quia ex paterno generatus est utero, quia fons Pater Filii est, quia radix Pater Filii est.

1272 5, 6, 83. Denique ad Patrem referens, addidit: *quibus* 120
paratum est [Mt 20, 23], ut ostenderet Patrem quoque non 138
petitionibus deferre solere, sed meritis, quia *Deus personarum acceptor non est* [Act 10, 34]. Unde et apostolus ait: *quos praescivit, et praedestinavit* [Rom 8, 29]: non enim ante praedestinavit quam praesciret, sed quorum merita praescivit, eorum praemia praedestinavit.

1273 5, 7, 90. Numquid sic diligi possunt a Deo homines quem- 359
admodum Filius, in quo complacuit Pater? Ille per se complacet, nos per ipsum; in quibus enim Deus Filium suum ad imaginem suam cernit, eos per Filium adsciscit in gratiam filiorum, ut, quemadmodum per imaginem ad imaginem sumus, sic per generationem Filii in adoptionem vocemur. Alius igitur naturae amor sempiternus, alius gratiae.

1274 5, 12, 150. Sumus regnum Christi ante, postea Patris; quia 424
scriptum est: *Nemo venit ad Patrem nisi per me* [Io 14, 6]. Cum in via sum, Christi sum; cum pervenero, Patris sum; sed ubique per Christum, et ubique sub Christo.

De excessu fratris sui Satyri, 377/8.

1275 L. 2, c. 46. Unius morte mundus redemptus est. Potuit 403
enim Christus non mori, si voluisset; sed neque refugiendam 422
mortem quasi ignavam putavit, neque melius nos quam moriendo servasset. Itaque mors eius vita est omnium.

1276 2, 87. Si terra renovatur et caelum, cur dubitemus hominem 598
posse renovari, propter quem terra facta et caelum est? Si praevaricator servatur ad poenam, cur iustus non perpetuatur ad gloriam? Si vermis non moritur peccatorum, quemadmodum interibit caro iustorum? Haec est enim resurrectio, sicut verbi ipsius sonus exprimit, ut, quod cecidit, hoc resurgat; quod mortuum fuerit, reviviscat. 88. Et haec est series et causa iustitiae, ut, quoniam corporis animique communis est actus (quia quae animus cogitavit, corpus effecit), utrumque in iudicium veniat, utrumque aut poenae dedatur, aut gloriae reservetur.

1271. ML 16, 642; B 4, 689. 1272. ML 16, 665; B 4, 713.
1273. ML 16, 666; B 4, 715. 1274. ML 16, 678; B 4, 726.
1275. ML 16, 1327; B 5, 58. 1276. ML 16, 1340; B 5, 71.

253 2, 89. Plena, ni fallor, et iusta ratio; sed ego rationem a 1277
Christo non exigo. Si ratione convincor, fidem abnuo. Credidit Abraham Deo; et nos credamus, ut, qui sumus generis, etiam fidei simus heredes.

De paradiso, ca 375.

226 C. 10, n. 48. Nec illud otiosum, quod non de eadem terra 1278
de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adae costa facta sit mulier, ut sciremus unam in viro et muliere corporis esse
227 naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo a principio facti vir et mulier, neque duo viri, neque duae mulieres, sed primum vir, deinde ex eo mulier. Unam enim naturam volens hominem constituere Deus, ab uno principio creaturae huius incipiens multarum et disparium naturarum eripuit facultatem.

De Cain et Abel, post 375.

125 L. 2, c. 3, n. 11. Videbat enim laborantes non posse sine 1279
140 remedio salvari, et ideo medicinam tribuebat aegris, ideo omnibus opem sanitatis detulit, ut, quicumque perierit, mortis suae causas sibi adscribat, qui curari noluit, cum remedium haberet quo posset evadere, Christi autem manifesta in omnes
424 praedicetur misericordia, eo quod ii, qui pereunt, sua pereant neglegentia, qui autem salvantur, secundum Christi sententiam liberentur, *qui omnes homines vult salvos fieri et in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4].

De Spiritu Sancto, 381/2.

449 *Prologus,* n. 18. Non mundavit Damasus, non mundavit 1280
Petrus, non mundavit Ambrosius, non mundavit Gregorius; nostra enim servitia, sed tua sunt sacramenta. Neque enim humanae opis est divina conferre, sed tuum, Domine, munus et Patris est.

465 L. 1, c. 3, n. 42. Plenum est [baptisma], si Patrem et 1281
Filium Spiritumque Sanctum fatearis. Si unum neges, totum subrues. Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum, fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum Sanctum abneges, plenum
469 est fidei sacramentum; ita etiam quamvis et Patrem, et Filium, et Spiritum dicas, et aut Patris, aut Filii, aut Spiritus Sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium [1].

---

[1] De interpretatione huius textus cf. DTC 2, 184.
1277. ML 16, 1340; B 5, 71.
1278. CV 32, 1 (ed. C. Schenkl, 1897), 306; ML 14, 298.
1279. CV 32, 1, 388; ML 14, 346.
1280. ML 16, 708; B 4, 758. 1281. ML 16, 714; B 4, 764.

1282 1, 6, 77. Si qua in aqua gratia, non ex natura aquae, 447 182
sed ex praesentia est Spiritus Sancti. . . . 79. Signati ergo 354
Spiritu a Deo sumus. Sicut enim in Christo morimur ut renascamur, ita etiam Spiritu signamur ut splendorem atque
imaginem eius et gratiam tenere possimus; quod est utique 445
spiritale signaculum. Nam etsi specie signemur in corpore, veritate tamen in corde signamur, ut Spiritus Sanctus exprimat in nobis imaginis caelestis effigiem.

1283 1, 6, 80. Quis audeat dicere discretum a Deo Patre et 165
Christo esse Spiritum Sanctum; cum per ipsum ad imaginem et similitudinem Dei esse mereamur, et per ipsum fiat, quem-
admodum Petrus apostolus dixit, ut *divinae* simus *consortes* 358
naturae [2 Petr 1, 4]?

1284 1, 15, 152. Accipe nunc quia, sicut Pater fons vitae est, 171
ita etiam Filium plerique fontem vitae memorarunt significatum; eo quod apud te, inquit, Deus omnipotens, Filius tuus fons vitae sit, hoc est, fons Spiritus Sancti; quia Spiritus vita est, sicut Dominus ait: *Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt* [Io 6, 64]; quia, ubi Spiritus, et vita est, et ubi vita est, etiam Spiritus Sanctus.

1285 3, 11, 79. Per scabellum [cf. Is 66, 1] terra intellegitur; 395
per terram autem caro Christi, quam hodieque in mysteriis adoramus, et quam apostoli in Domino Iesu, ut supra diximus,
adorarunt; neque enim divisus est Christus sed unus, neque 384
cum adoratur tamquam Dei Filius, natus ex virgine denegatur. Cum igitur incarnationis adorandum sit sacramentum, in-
carnatio autem opus Spiritus, . . . haud dubie etiam Sanctus 165
Spiritus adorandus est, quando adoratur ille, qui secundum
carnem natus ex Spiritu Sancto est. 80. Ac ne quis hoc 283
derivet ad Mariam virginem: Maria erat templum Dei, non Deus templi. Et ideo ille solus adorandus, qui operabatur in templo.

1286 3, 16, 112. Quomodo igitur non omnia habet quae Dei 166
sunt, qui cum Patre et Filio a sacerdotibus in baptismate nominatur, et in oblationibus invocatur, cum Patre et Filio a seraphim in caelestibus praedicatur, cum Patre et Filio habitat
in sanctis, infunditur iustis, inspiratur prophetis? Unde et in 65
scriptura divina θεόπνευστος omnis ex hoc dicitur, quod Deus inspiret quae locutus est Spiritus [cf. 2 Tim 3, 16].

1287 3, 18, 137. Ecce quia per Spiritum Sanctum peccata do- 521
nantur. Homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent. Neque

1282. ML 16, 723; B 4, 772. 1283. ML 16, 723; B 4, 773.
1284. ML 16, 739; B 4, 789. 1285. ML 16, 794; B 4, 848.
1286. ML 16, 803; B 4, 857. 1287. ML 16, 808; B 4, 862.

enim in suo, sed in Patris et Filii et Spiritus Sancti nomine
544 peccata dimittunt. Isti rogant, divinitas donat; humanum enim
obsequium, sed munificentia supernae est potestatis.

De incarnationis dominicae sacramento, 382.

383 C. 5, n. 35. Adversum omnes tamen generalis ista est 1288
385 fides, quia Christus est Dei Filius, et sempiternus ex Patre,
et natus ex Maria virgine. . . . Cum Deus semper esset aeternus,
incarnationis sacramenta suscepit, non divisus, sed unus; quia
utrumque unus, et unus in utroque, hoc est, vel divinitate
vel corpore; non enim alter ex Patre, alter ex virgine, sed
idem aliter ex Patre, aliter ex virgine. 36. Generatio genera-
390 tioni non praeiudicat, nec caro divinitati. . . . 37. Ergo et
moriebatur secundum nostrae susceptionem naturae, et non
376 moriebatur secundum aeternae substantiam vitae; et patiebatur
secundum corporis susceptionem, ut suscepti corporis veritas
crederetur; et non patiebatur secundum Verbi impassibilem
divinitatem, quod totius exsors doloris est.

383 6, 54. Ergo ex nobis accepit quod proprium offerret pro 1289
390 nobis, ut nos redimeret ex nostro. . . . De nostro sacrificium,
de suo praemium est, multaque in eodem et secundum naturam
invenies et ultra naturam. Secundum condicionem etenim
corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in praesepio est
430 collocatus, sed supra condicionem virgo concepit, virgo gene-
431 ravit, ut crederes quia Deus erat qui novabat naturam; et
homo erat qui secundum naturam nascebatur ex homine. . . .
416 56. Didicistis igitur quia sacrificium de nostro obtulit. Nam
quae erat causa incarnationis, nisi ut caro quae peccaverat per
se redimeretur? Quod peccaverat igitur, hoc redemptum est.

Apologia prophetae David, 383/9.

302 L. 1, c. 11, n. 56. Antequam nascimur, maculamur con- 1290
tagio, et ante usuram lucis, originis ipsius excipimus iniuriam. In iniquitate concipimur [cf. Ps 50, 7] — non expressit utrum parentum an nostra — et in delictis generat unumquemque mater sua. Nec hic declaravit utrum in delictis suis mater pariat, an iam sint aliqua delicta nascentis. Sed vide ne utrumque intellegendum sit. Nec conceptus exsors iniquitatis est, quoniam et parentes non carent lapsu. Et si nec unius diei infans sine peccato, multo magis nec illi materni conceptus dies sine peccato sunt. Concipimur ergo in peccato parentum et in delictis eorum nascimur.

1288. ML 16, 827; B 4, 884. 1289. ML 16, 832; B 4, 889.
1290. CV 32, 2 (ed. C. Schenkl, 1897), 337; ML 14, 873.

1291 2, 12, 71. Omnes in primo homine peccavimus, et per 302
naturae successionem culpae quoque ab uno in omnes transfusa successio est. . . . Adam ergo in singulis nobis est. In illo enim condicio humana deliquit, quia per unum in omnes pertransivit peccatum.

De paenitentia, 380/90.

1292 L. 1, c. 1, n. 4. Quid autem durius, quam ut [Novatiani] 272
indicant paenitentiam, quam non relaxent; cum utique veniam negando incentivum auferant paenitentiae? Nemo enim potest bene agere paenitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam.

1293 1, 2, 7. Quibus donatum utrumque est [ius ligandi et solvendi], 521
aut utrumque licere manifestum est, aut utrumque non licere
certum est. Ecclesiae utrumque licet, haeresi utrumque non 450
licet; ius enim hoc solis permissum sacerdotibus est. 545

1294 1, 3, 10. Sed aiunt [Novatiani] se, exceptis gravioribus 522
criminibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem auctor vestri erroris Novatianus, qui nemini paenitentiam dandam putavit. . . . Sed Deus distinctionem non facit, qui miseri-
cordiam suam promisit omnibus et relaxandi licentiam sacer- 545
dotibus suis sine ulla exceptione concessit.

1295 1, 8, 36. Cur ergo manus imponitis et benedictionis opus 439
creditis, si quis forte revaluerit aegrotus? Cur praesumitis 527
aliquos a colluvione diaboli per vos mundari posse? Cur
baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In 475
baptismo utique remissio peccatorum omnium est; quid inter-
est, utrum per paenitentiam an per lavacrum hoc ius sibi 545
datum sacerdotes vindicent? Unum in utroque mysterium est.

1296 1, 15, 80. Velut operibus quibusdam totius populi purgatur, 551
et plebis lacrimis abluitur, qui orationibus et fletibus plebis redimitur a peccato, et in homine mundatur interiore. Donavit enim Christus ecclesiae suae, ut unum per omnes redimeret, quae Domini Iesu meruit adventum, ut per unum omnes redimerentur.

1297 2, 2, 12. Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia 521
sunt apud Deum; et potens est Deus, quando vult, donare nobis peccata, etiam quae putamus non posse concedi. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, Deo donare
possibile est. Nam et impossibile videbatur ut peccatum 459
ablueret aqua. . . . Sed quod impossibile erat, fecit Deus esse possibile, qui tantam nobis donavit gratiam. Similiter im-

---

1291. CV 32, 2, 406; ML 14, 915. 1292. ML 16, 466; B 4, 510.
1293. ML 16, 468; B 4, 512. 1294. ML 16, 469; B 4, 513.
1295. ML 16, 477; B 4, 521. 1296. ML 16, 490; B 4, 534.
1297. ML 16, 499; B 4, 543.

545 possibile videbatur per paenitentiam peccata dimitti; concessit hoc Christus apostolis suis, quod ab apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factum est igitur possibile quod impossibile videbatur.

522 2, 3, 19. Evidentissime Domini praedicatione mandatum 1298
536 est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde et manifesta confessione peccati paenitentiam gerant, sacramenti caelestis refundendam gratiam. Unde nihil vobis ad excusationem resedisse certum est.

536 2, 6, 40. Si vis iustificari, fatere delictum tuum. Solvit enim 1299
criminum nexus verecunda confessio peccatorum. 41. Vides quid a te exigat Deus tuus, ut memor sis eius quam accepisti gratiae, et non glorieris quasi non acceperis. Vides qua remissionis pollicitatione te provocet ad confitendum.

528 2, 10, 95. Merito reprehenduntur qui saepius agendam 1300
paenitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent paenitentiam, iterandam postea non putarent; quia, sicut unum baptisma, ita una paenitentia, quae tamen publice agitur; nam cotidiani nos debet paenitere peccati;
291 sed haec delictorum leviorum, illa graviorum.

Expositio evangelii secundum Lucam, 385/9.

448 2, 83. Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed 1301
459 mundare aquas, ut ablutae per carnem Christi, quae peccatum
475 non cognoscit, baptismatis ius haberent. Et ideo qui ad Christi lavacrum venerit peccata deponit.

303 2, 84. Time Dominum, et praesume de Domino; *Immittet* 1302
enim *angelos Dominus in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [Ps 33, 8]. Vides utique quia ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit aedificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quidquam incipere sine Domino.

247 4, 71. Quam [divinam generationem] licet mens non queat hu- 1303
mana plenae rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etsi non licet mihi scire quemadmodum natus sit, non licet tamen nescire quod natus sit. Seriem generationis ignoro, sed auctoritatem generationis agnosco. Non interfuimus cum ex Patre Dei Filius nasceretur;
254 sed interfuimus cum a Patre Dei Filius diceretur. Si Deo
256 non credimus, cui credimus? Omnia enim quae credimus,

1298. ML 16, 501; B 4, 544. 1299. ML 16, 507; B 4, 551.
1300. ML 16, 520; B 4, 563.
1301. CV 32, 4 (ed. C. Schenkl, 1902), 87; ML 15, 1583.
1302. CV 32, 4, 88; ML 15, 1583.
1303. CV 32, 4, 175; ML 15, 1633.

vel visu credimus vel auditu. Visus saepe fallitur, auditus in fide est. An asserentis persona discutitur? Si viri boni dicerent, nefas putaremus non credere; Deus asserit, probat Filius.

1304 6, 101. Videtis quod in uno Christi nomine omnia sint. 262
Ipse est enim Christus qui natus ex virgine est, ipse est qui mirabilia fecit in populo, ipse qui mortuus est pro peccatis nostris, et resurrexit a mortuis. Unum horum si retraxeris, retraxisti salutem tuam. Nam etiam haeretici habere sibi Christum videntur; nemo enim Christi nomen negat, sed negat Christum qui non omnia quae Christi sunt confitetur.

1305 7, 156. Sicut qui pecuniam solvunt debitum reddunt, nec 543
prius evacuatur faenoris nomen, quam totius sortis ad nummum usque, quocumque solutionis genere, quantitas universa sol-
vatur: sic compensatione caritatis actuumque reliquorum, vel 533
satisfactione quacumque, peccati poena dissolvitur.

1306 7, 205. Neque corporalium stridor aliqui(s) dentium, neque 603
431 ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem Mariae
582 destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem

---

1972. CV 36, 72; ML 32, 608. 1973. CV 36, 75; ML 32, 609.
1974. CV 36, 108; ML 32, 621. 1975. ML 42, 45.

etiam sanctimonialium et continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus caelibem vitam coniugiorum castorum atque fidelium meritis adaequabat.

1976 88. In id etiam progrediuntur [Pelagiani], ut dicant vitam 350
iustorum in hoc saeculo nullum omnino habere peccatum, et 316
ex his ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula et ruga [Eph 5, 27], quasi non sit Christi ecclesia, quae toto terrarum orbe clamat ad Deum: *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 12]. Parvulos etiam negant, secundum 307
Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere. Sic enim eos sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit quod iis oporteat secunda nativitate dimitti; sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati, non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt iis extra regnum quidem Dei, sed tamen aeternam et beatam quamdam vitam suam.

Tractatus adversus Iudaeos, 428.

1977 9, 13. *Ab oriente sole usque in occidentem* etc. [Mal 1, 11]. 512
Quid ad haec respondetis? Aperite oculos tandem aliquando 516
et videte ab oriente sole usque in occidentem, non in uno, sicut vobis fuerat constitutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum; non cuilibet Deo, sed ei qui ista prae- 519
dixit, Deo Israel. . . . Nec in uno loco, sicut vobis praeceptum erat in terrena Ierusalem, sed in omni loco, usque in ipsam Ierusalem. Nec secundum ordinem Aaron, sed se- 515
cundum ordinem Melchisedech.

De praedestinatione sanctorum, 428/9.

1978 C. 2, n. 3. Non receditur ab ea sententia, quam Pelagius 351
ipse in episcopali iudicio Palaestino, sicut eadem gesta testantur [De gest. Pelag. c. 14], damnare compulsus est: gratiam Dei secundum merita nostra dari; si non pertinet ad Dei 314
gratiam quod credere coepimus, sed illud potius, quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus, ac per hoc, initium fidei nostrae priores damus Deo, ut retribuatur nobis et supplementum eius, et si quid aliud fideliter poscimus.

1979 2, 4. Apostolus ait: *Vobis donatum est pro Christo, non* 314
solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo [Phil 1, 29]. Utrumque ostendit Dei donum, quia utrumque

---

1976. ML 42, 48. 1977. ML 42, 61. 1978. ML 44, 961.
1979. ML 44, 962.

dixit esse donatum. Nec ait: ut plenius et perfectius credatis
in eum, sed: *ut credatis in eum.* Nec se ipsum misericordiam
consecutum dixit, ut fidelior, sed ut fidelis esset [cf. 1 Cor 7, 25],
quia sciebat non se initium fidei suae priorem dedisse Deo et
retributum sibi ab illo eius augmentum; sed ab eo se factum
fidelem, a quo et apostolus factus est. Nam scripta sunt etiam
fidei eius initia, suntque ecclesiastica celebri lectione notissima.
333 Aversus quippe a fide quam vastabat, eique vehementer adversus, repente est ad illam gratia potentiore conversus.

314 2, 5. Et ideo commendans istam gratiam, quae non datur 1980
secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: *Non
quia idonei sumus,* inquit, *cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis,
sed sufficientia nostra ex Deo est* [2 Cor 3, 5]. Attendant hic
et verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei
248 coeptum et ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non
260 videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit
aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. Quamvis enim
raptim, quamvis celerrime credendi voluntatem quaedam cogitationes antevolent, moxque illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comitetur; necesse est tamen ut omnia quae creduntur praeveniente cogitatione credantur. Quamquam et
ipsum credere nihil aliud est, quam cum assensione cogitare.

314 3, 7. *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem et* 1981
accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? [1 Cor 4, 7.] Quo
352 praecipue testimonio etiam ipse convictus sum, cum similiter
errarem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum
Dei, sed a nobis esse in nobis et per illam nos impetrari
Dei dona, quibus temperanter et iuste et pie vivamus in hoc
saeculo.

339 5, 10. Posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, 1982
naturae est hominum; habere autem fidem, quemadmodum
habere caritatem, gratiae est fidelium. Illa itaque natura, in
qua nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit
ab homine hominem; ipsa vero fides discernit ab infideli
314 fidelem. Ac per hoc ubi dicitur: *Quis enim te discernit? Quid
autem habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7] quisquis audet
dicere: Habeo ex me ipso fidem, non ergo accepi, profecto
contradicit huic apertissimae veritati, non quia credere vel
non credere non est in arbitrio voluntatis humanae, sed in
electis *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX].

126 8, 14. Sicut integre loquimur, cum de aliquo litterarum 1983
magistro, qui in civitate solus est, dicimus: Omnes iste hic
litteras docet; non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi
ab illo discit, quicumque ibi litteras discit; ita recte dicimus:

1980. ML 44, 962. 1981. ML 44, 964. 1982. ML 44, 968.
1983. ML 44, 971.

Omnes Deus docet venire ad Christum; non quia omnes
veniunt, sed quia nemo aliter venit. . . . Hos omnes docet
venire ad Christum Deus [cf. Io 6, 45]; hos enim *omnes vult
salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4].

1984 8, 16. Fides igitur, et incohata et perfecta, donum Dei 314
est: et hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, 343
omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris litteris
repugnare. Cur autem non omnibus detur, fidelem movere
non debet, qui credit ex uno omnes isse in condemnationem,
sine dubitatione iustissimam: ita ut nulla Dei esset iusta re-
prehensio, etiam si nullus inde liberaretur.

1985 9, 18. Quid est verius quam praescisse Christum, qui et 128 129
quando et quibus locis in eum fuerant credituri? Sed utrum, 337
praedicato sibi Christo, a se ipsis habituri essent fidem, an
Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo eos prae-
scierit an etiam praedestinaverit Deus, quaerere atque disserere
tunc necessarium non putavi. Proinde quod dixi: «Tunc vo-
luisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari
doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui in
eum fuerant credituri» [Ep. 102, 14; v. n 1427], potest etiam
sic dici: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud
eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat
esse qui electi fuerant in ipso *ante mundi constitutionem*
[Eph 1, 4].

1986 10, 19. Item quod dixi: «Salutem religionis huius nulli 129
umquam defuisse qui dignus fuit, et dignum non fuisse cui 347
defuit» [Ep. 102, 15; ML 33, 376]: si discutiatur et quaeratur
unde quisque sit dignus, non desunt qui dicant: voluntate
humana; nos autem dicimus: gratia vel praedestinatione divina.
Inter gratiam porro et praedestinationem hoc tantum interest,
quod praedestinatio est gratiae praeparatio, gratia vero iam
ipsa donatio.

1987 16, 32. [Deus] ea vocatione praedestinatos vocat, quam 131
distinxit apostolus, dicens, *ipsis vocatis Iudaeis et Graecis* prae-
dicare se *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* [1 Cor
1, 23 sq]. Sic enim ait: *ipsis autem vocatis,* ut illos ostenderet
non vocatos, sciens esse quamdam certam vocationem eorum,
qui secundum propositum vocati sunt, quos ante *praescivit et
praedestinavit conformes imaginis Filii sui* [Rom 8, 28 sq].

1988 17, 34. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea 128
praedestinatione, in qua Deus sua futura facta praescivit; electi
sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id, quod prae-
destinavit, implevit. Quos enim praedestinavit, ipsos et vocavit,
illa scilicet vocatione secundum propositum: non ergo alios, 131

1984. ML 44, 972. 1985. ML 44, 974. 1986. ML 44, 974.
1987. ML 44, 983. 1988. ML 44, 986.

sed quos praedestinavit, ipsos et vocavit, nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos et iustificavit, nec alios, sed quos praedestinavit, vocavit, iustificavit, ipsos et glorificavit [Rom 8, 30].... Eligendo ergo facit *divites in fide,* sicut *heredes regni* [Iac 2, 5]. Recte quippe in iis hoc eligere dicitur, quod ut in iis faciat, eos eligit.

351 18, 36. «Praesciebat ergo», ait Pelagianus, «qui futuri essent 1989
sancti et immaculati per liberae voluntatis arbitrium, et ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua praescientia, qua tales futuros esse praescivit, elegit. Elegit ergo», inquit, «antequam essent, praedestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosque praescivit; utique ipse non fecit, nec se facturum,
129 sed illos futuros esse praevidit.» Intueamur ergo verba apostoli ...: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati* [Eph 1, 4]. Non ergo quia futuri eramus, sed *ut essemus.* Nempe certum est, nempe manifestum est, ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse prae-
130 destinans ut tales per gratiam eius essemus. ... *Ut ostenderet nobis mysterium voluntatis suae, secundum bonam voluntatem suam* [ib. 9]. In hoc mysterio voluntatis suae posuit divitias gratiae suae secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram; quae bona esse non posset, nisi ipse, secundum bonam voluntatem suam, ut bona fieret subveniret.

129 19, 38. Non enim quia credidimus, sed ut credamus, elegit 1990
nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod absit: *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi* [Io 15, 16]. Nec
131 quia credidimus, sed ut credamus, vocamur, atque illa vocatione, quae sine paenitentia est, id prorsus agitur et peragitur, ut credamus.

131 19, 39. Deus igitur operatur in cordibus hominum, voca- 1991
tione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, ut non inaniter audiant evangelium, sed eo audito convertantur et credant.

De dono perseverantiae, 428/9.

320 C. 1, n. 1. Asserimus ergo donum Dei esse perseverantiam 1992
qua usque in finem perseveratur in Christo. Finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est
321 ne cadatur. Itaque utrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat, non perseverasse utique dicitur, et verissime dicitur. ... Sed ne quisquam reluctetur et dicat: Si ex quo fidelis quisque factus est, vixit, verbi gratia, decem annos et

1989. ML 44, 987. 1990. ML 44, 988. 1991. ML 44, 989.
1992. ML 45, 993.

eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos perseveravit? Non contendo de verbis, si et illa perseverantia putatur esse dicenda, tamquam temporis sui, hanc certe de qua nunc agimus perseverantiam, qua in Christo perseveratur usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseveraverit usque in finem.

1993 6, 10. De illa enim perseverantia loquimur, qua perseve- 321
ratur usque in finem, quae si data est, perseveratum est usque in finem; si autem non est perseveratum usque in finem, non est data. . . . Perseverantiam usque in finem quoniam non habet quisquam nisi qui perseverat usque in finem, multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne forte, cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in
eo mala voluntas oriatur, ne perseveret usque in finem. Hoc 320
ergo Dei donum suppliciter emereri potest, sed cum datum 342
fuerit, amitti contumaciter non potest.

1994 7, 15. Prorsus in hac re non operosas disputationes ex- 342
spectet ecclesia, sed attendat cotidianas orationes suas. Orat, ut increduli credant; Deus ergo convertit ad fidem. Orat, ut credentes perseverent; Deus ergo donat perseverantiam usque
in finem. Haec Deus facturum se esse praescivit: ipsa est 127
praedestinatio sanctorum quos *elegit in Christo ante constitutionem mundi* etc. [Eph 1, 4 sqq.]

1995 9, 21. Ex duobus itaque parvulis originali peccato pariter 343
obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur; et ex duobus 130
aetate iam grandibus impiis, cur iste ita vocetur ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur aut non ita vocetur;
inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem piis, cur huic 320
donetur perseverantia usque in finem, illi non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei.

1996 9, 22. Ut enim non dicam, quam sit possibile Deo aversas 333
et adversas in fidem suam hominum convertere voluntates, et in eorum cordibus operari, ut nullis adversitatibus cedant nec ab illo aliqua superati tentatione discedant; cum possit et quod ait apostolus facere, ut non eos permittat tentari super id quod possunt [1 Cor 10, 13]: ut ergo id non dicam, certe
poterat illos Deus praesciens esse lapsuros, antequam id fieret, 123
auferre de hac vita. An eo redituri sumus, ut adhuc disputemus, quanta absurditate dicatur iudicari homines mortuos etiam de his peccatis, quae praescivit eos Deus perpetraturos fuisse, si viverent? Quod ita abhorret a sensibus christianis aut prorsus humanis, ut id etiam refellere pudeat.

1997 9, 23. Falsum est igitur et secundum ea mortuos iudicari, 306
quae facturi essent si ad viventes evangelium perveniret. Et

1993. ML 45, 999. 1994. ML 45, 1002. 1995. ML 45, 1004.
1996. ML 45, 1005. 1997. ML 45, 1006.

si hoc falsum est, non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate morientes, hoc in iis eo merito fieri, quia praescivit eos Deus, si viverent praedicatumque illis fuisset evangelium, infideliter audituros. Restat igitur ut solo peccato originali teneantur obstricti, et propter hoc solum eant in
129 damnationem; quod videmus aliis eamdem habentibus causam non nisi per Dei gratuitam gratiam regeneratione donari.

129 11, 25. Quod in his videmus, quorum liberationem bona 1998
eorum merita nulla praecedunt, et in his, quorum damnationem utrisque communia originalia sola praecedunt; hoc et in maioribus fieri nequaquam omnino cunctemus, id est, non putantes vel secundum sua merita gratiam cuiquam dari, vel
134 nisi suis meritis quemquam puniri.

340 13, 33. Unde satis dilucide ostenditur et incohandi et 1999
usque in finem perseverandi gratiam Dei non secundum me-
320 rita nostra dari, sed dari secundum ipsius secretissimam eamdemque iustissimam, sapientissimam, beneficentissimam voluntatem, quoniam, *quos praedestinavit* ipsos *et vocavit* [Rom 8, 30],
131 vocatione illa, de qua dictum est: *Sine paenitentia sunt dona*
321 *et vocatio Dei* [Rom 11, 29]. Ad quam vocationem pertinere nullus est homo ab hominibus certa asseveratione dicendus,
329 nisi cum de hoc saeculo exierit. . . . Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur et velle; nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur et operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit et credere et dicere: hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis et submissa confessio et detur totum Deo.

127 14, 35. Haec est praedestinatio sanctorum, nihil aliud: 2000
praescientia scilicet et praeparatio beneficiorum Dei, quibus
133 certissime liberantur quicumque liberantur. Ceteri autem ubi nisi in massa perditionis iusto divino iudicio relinquuntur? Ubi Tyrii relicti sunt et Sidonii, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam ut crederent non erat iis datum, etiam unde crederent est negatum.

282 16, 39. Sunt etiam qui propterea vel non orant, vel frigide 2001
orant, quoniam Domino dicente didicerunt, scire Deum quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo. Num propter tales huius sententiae veritas deserenda, aut ex evangelio de-
129 lenda putabitur? Immo cum constet alia Deum danda etiam
342 non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus praeparasse, sicut usque in finem perseverantiam: profecto qui ex se ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur, ne, dum timemus ne tepescat hortatio, exstinguatur oratio, accendatur elatio.

1998. ML 45, 1008. 1999. ML 45, 1012. 2000. ML 45, 1014.
2001. ML 45, 1017.

2002 17, 41. Videte iam a veritate quam sit alienum, negare 320
donum Dei esse perseverantiam usque in finem huius vitae,
cum vitae huic quando voluerit ipse det finem; quem si dat 321
ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in
finem. Sed mirabilior et fidelibus evidentior largitas bonitatis 128
Dei est, quod etiam parvulis, quibus oboedientia non est illius
aetatis ut detur, datur haec gratia.

2003 17, 42. Ii qui solum initium fidei et usque in finem per- 352
severantiam sic in nostra constituunt potestate, ut Dei dona
esse non putent, neque ad haec habenda atque retinenda
Deum operari nostras cogitationes et voluntates, cetera vero
ipsum dare concedunt, cum ab illo impetrantur credentis fide;
cur ad ipsa cetera exhortationem, eorumque ceterorum prae-
dicationem definitione praedestinationis non metuunt impediri?
An forte nec ipsa dicunt praedestinata? Ergo nec dantur a
Deo, aut ea se daturum esse nescivit. Quodsi et dantur et ea 127
se daturum esse praescivit, profecto praedestinavit.

2004 19, 50. Isti tales tantique doctores [Cypr., Ambr., Greg. Naz.] 84
dicentes non esse aliquid de quo tamquam de nostro, quod
nobis Deus non dederit, gloriemur, nec ipsum cor nostrum
et cogitationes nostras in potestate nostra esse, et totum dantes 314
Deo, atque ab ipso nos accipere confitentes, ut permansuri 308
convertamur ad eum, ut id quod bonum est nobis quoque
videatur bonum, et velimus illud, ut honoremus Deum et re-
cipiamus Christum, ut ex indevotis efficiamur devoti et religiosi,
ut in ipsam Trinitatem credamus, et confiteamur etiam voce
quod credimus: haec utique gratiae Dei tribuunt, Dei munera
agnoscunt, ab ipso nobis, non a nobis esse testantur.

2005 21, 55. Videant tamen ii, quibus amantibus me ingratus 340
esse non debeo, qui praeter hoc quod in quaestionem venit,
omnia mea, sicut scribitis, se profitentur amplecti: videant,
inquam, utrum in primi libri posterioribus partibus eorum
duorum quos mei episcopatus initio, antequam pelagiana
haeresis appareret, ad Simplicianum Mediolanensem episcopum
scripsi, remanserit aliquid quo vocetur in dubium, gratiam Dei
non secundum merita nostra dari, et utrum ibi non satis 314
egerim, etiam initium fidei esse donum Dei, et utrum ex iis
quae ibi dicta sunt, non consequenter eluceat, etsi non sit
expressum, etiam usque in finem perseverantiam non nisi ab 320
eo donari, qui nos praedestinavit in suum regnum et gloriam.

2006 23, 64. *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda* nostra, 314
clamantem: Abba, Pater [Gal 4, 6]. Et hic quid est *clamantem*
nisi clamare facientem, tropo illo quo dicimus laetum diem
qui laetos facit? . . . Ubi intellegimus et hoc ipsum esse

2002. ML 45, 1018. 2003. ML 45, 1019. 2004. ML 45, 1025.
2005. ML 45, 1027. 2006. ML 45, 1032.

donum Dei, ut veraci corde et spiritualiter clamemus ad Deum. Attendant ergo quomodo falluntur qui putant esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quaeramus, pulsemus.

Opus imperfectum contra Iulianum, 429/30.

302 L. 1, c. 48. «Fuit», inquit [Ambrosius, In Luc. 7, 234], «Adam, 2007
et in illo fuimus omnes; periit Adam, et in illo omnes perierunt.» Sed peccatis, inquis, alienis non utique perire de-
303 buerunt. Aliena sunt, sed paterna sunt, ac per hoc iure
410 seminationis atque germinationis et nostra sunt. Quis ab hac perditione liberat, nisi qui venit quaerere quod perierat? In
130 iis ergo, quos liberat, amplectamur misericordiam; in iis autem, quos non liberat, agnoscamus iudicium occultissimum quidem, sed sine ulla dubitatione iustissimum.

349 2, 146. Hoc est occultum et horrendum virus haeresis 2008
vestrae, ut velitis gratiam Christi in exemplo eius esse, non in dono eius, dicentes quia per eius imitationem fiunt iusti, non per subministrationem Spiritus Sancti ut eum imitentur adducti.

355 2, 165. Non per solam peccatorum dimissionem iustificatio 2009
239 ista confertur, nisi auctoribus vobis. Iustificat quippe impium Deus, non solum dimittendo quae mala facit, sed etiam donando caritatem, ut declinet a malo et faciat bonum per Spiritum Sanctum.

304 4, 104. Omnes qui nondum nati nihil per proprias volun- 2010
tates agere poterant boni vel mali, in uno potuisse peccare, in quo per rationem seminis erant, quando ille propria voluntate peccatum illud grande peccavit, naturamque in se vitiavit,
397 mutavit, obnoxiavit humanam, excepto uno homine, qui ex ipso quidem semine, non tamen seminali ratione procreatus est, si potes, intellege; si non potes, crede.

232 5, 1. Neque secundum christianam cogitatis fidem, qualis 2011
sit factus Adam, qui universis generibus animarum vivarum nomina imposuit: quod excellentissimae fuisse indicium sapientiae in saecularibus etiam litteris legimus. . . . Et quis dubitet Christianus, eos qui in hoc saeculo erroribus aerumnisque plenissimo ingeniosissimi apparent, quorum tamen corruptibilia corpora aggravant animas, si illius ingenio comparentur, distare longe amplius quam celeritate a volucribus testudines distant?

608 5, 61. Tam magnum est bonum [necessitas boni], ut sanctis 2012
servaretur ad praemium; quos itidem oblitus es, sicut Deum. Neque enim tunc sine virtute vivemus, quando nobis con-

2007. ML 45, 1071. 2008. ML 45, 1202. 2009. ML 45, 1212.
2010. ML 45, 1401. 2011. ML 45, 1432. 2012. ML 45, 1498.

cedetur, ne a Domino aliquando recedere possimus, quoniam nec velle poterimus. Ita enim nobis certum erit bonum, quo *semper*, ut promissum est, *cum Domino erimus* [1 Thess 4, 16]; ut ab eo recedere non velimus, nec velle possimus.

2013 6, 22. Natura quippe rationalis quanto est ipsa superior, 208
tanto ruina eius peior, et peccatum eius quanto incredibilius, tanto est damnabilius. Ideo angelus irreparabiliter cecidit, quoniam cui plus datur, plus exigitur ab eo [cf. Lc 12, 48]. . . .
Ipse primus Adam naturae tam excellentis fuit, quoniam vitiata 298
non fuit, ut peccatum eius tam longe maius ceterorum peccatis esset, quam longe melior ipse ceteris fuit; unde et poena 299
eius, quae peccatum eius continuo subsecuta est, tam grandis apparuit, ut continuo etiam teneretur necessitate moriendi, cuius erat in potestate non mori, et de loco tantae felicitatis 234
foras continuo mitteretur, et a ligno vitae continuo vetaretur.
Hoc autem quando factum est, in lumbis eius erat genus 302
humanum. . . . Omnes itaque filii Adae in illo adspersi sunt contagione peccati et mortis condicione devincti.

S. INNOCENTIUS I, PAPA 401—417.

Epistulae.

2014 Ep. 2 [ad Victricium, scripta a. 404], c. 3, n. 6. Si maiores 57
causae in medium fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit et beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

*2014** *2, 8, 11. De baptismo haereticorum, v. DB 94.*

2015 2, 13, 15. Item quae Christo spiritaliter nupserunt, et velari 523
a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint vel se 580
clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam paenitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de saeculo recesserit.
Si enim de omnibus haec ratio custoditur, ut, quaecumque 572
vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendae paenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex iis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda est, quae ante immortali se sponso coniunxerat, et postea ad humanas nuptias transmigravit!

*2015** *6 [ad Exuperium, a. 405], 2, 5 6. De reconciliatione in articulo mortis, v. DB 95.*

6, 7, 13. De canone s. scripturae, v. DB 96.

17 [ad Rufum, a. 414], 5, 10. De baptismo Paulianistarum, v. DB 97.

25 [ad Decentium, a. 416], 3, 6. De confirmatione, v. DB 98.

25, 8, 11. De extrema unctione, v. DB 99.

29 [ad episcopos africanos, a. 417], 1. De primatu Rom. Pont., v. DB 100.

29, 6. De gratia, v. DB 132.

2013. ML 45, 1553. 2014. ML 20, 473. 2015. ML 20, 478.

307 30 [ad conc. milev., a. 417], 5. Illud vero, quod eos [Pelagianos] 2016
470 vestra fraternitas asserit praedicare, parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducaverint carnem Filii hominis, et biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis [Io 6, 54]. Qui autem hanc iis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum praedicant hos habere quod in eos creditur nonnisi baptismate conferendum.

575 36 [ad Probum, a. ?]. Statuimus, fide catholica suffragante, 2017
illud esse coniugium, quod erat primitus gratia divina fundatum; conventumque secundae mulieris, priore superstite nec
572 divortio eiecta, nullo pacto posse esse legitimum.

S. COELESTINUS I, PAPA 422—432.

Epistulae.

57 Ep. 17 [episcopis et presbyteris euntibus ad synodum ephesinam, 2018
scripta a. 431]. Auctoritatem sedis apostolicae custodiri debere mandamus. Si quidem instructiones quae vobis traditae sunt hoc loquantur, et interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debeatis, non subire certamen.

*21 [ad episcopos Galliarum, a. 431], 3—13. De gratia Dei «Indiculus», 2018**
v. DB 129 sqq.

MARIUS MERCATOR, † post 451.

Commonitorium adversus haeresim Pelagii et Caelestii, 431/2.

307 5. Ausus [est Caelestius] palam publiceque his verborum 2019
sententiis eiusdem sensum passim disseminare per populos, id est: Adam mortalem factum, qui, sive peccaret sive non peccaret, fuisset moriturus. Quoniam peccatum Adae ipsum solum laesit et non genus humanum. Quoniam infantes qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante praevaricationem. Quoniam neque per mortem Adae omne genus hominum moritur, quia neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit. Quoniam infantes, etiamsi non baptizentur, habent vitam aeternam. Quae quinque capitula unam im-
350 piissimam et nefandam sententiam generant. Adiecit praeterea, posse esse hominem sine peccato et facile Dei mandata

---

2016. ML 20, 592; 33, 785. 2017. ML 20, 602.
2018. ML 50, 503. 2019. ML 48, 114; 45, 1681.

servare: quoniam ante Christi adventum fuerunt homines sine peccato, et quoniam lex sic mittit ad regnum caelorum, sicut evangelium.

PAULUS OROSIUS, fin. saec. IV. — saec. V.

Liber apologeticus, 415.

2020 19. Mea semper haec est fidelis atque indubitata sententia, 347
Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiae suae dona largitur, verum etiam universis in hoc mundo gentibus propter
longanimem sui aeternamque clementiam subministrare, non, 349
ut tu [Pelagius] asseris cum discipulo tuo Caelestio, cui iam apud africanam synodum occulta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo naturali bono et in libero arbitrio generaliter universis unam gratiam contributam, sed speciatim cotidie per tempora, per dies, per momenta, per atomos et cunctis et singulis ministrare.

S. HILARIUS ARELATENSIS, ca 400—450/5.

Epistula ad S. Augustinum, 428/9.

(Inter epp. *S. Aug.* ep. 226.)

2021 2. Consentiunt [Massilienses] omnem hominem in Adam 352
periisse, nec inde quemquam posse proprio arbitrio liberari. Sed id conveniens asserunt veritati vel congruum praedicationi, et cum prostratis et numquam suis viribus surrecturis annuntiatur obtinendae salutis occasio, eo merito quo voluerint et crediderint, a suo morbo se posse sanari et ipsius fidei augmentum et totius sanitatis suae consequantur effectum. Ceterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quemquam sibi sufficere posse consentiunt; neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrita et supplici voluntate, unumquemque aegrotum velle sanari. Quod enim dicitur: *Crede et salvus eris* [Act 16, 31; cf. Mc 16, 16], unum horum exigi asserunt, aliud offerri; ut propter id quod exigitur, si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Unde consequens putant, exhibendam ab eo fidem, cuius naturae id voluntate conditoris concessum est; et nullam ita depravatam vel exstinctam putant, ut non debeat vel possit se velle sanari; propter quod vel sanetur quis a sua vel, si noluerit, cum sua aegritudine puniatur. Nec negari gratiam, si prae-

2020. CV 5 (ed. C. Zangemeister, 1882), 633; ML 31, 1188.
2021. ML 33, 1008.

cedere dicatur talis voluntas, quae tantum medicum quaerat, non autem quidquam ipsa iam valeat. . . . . 3. Cum autem dicitur iis, quare aliis vel alicubi praedicetur, vel non praedicetur, vel nunc praedicetur quod aliquando paene omnibus, sicut nunc aliquibus gentibus non praedicatum sit: dicunt id praescientiae esse divinae, ut eo tempore, et ibi et illis veritas annuntiaretur, vel annuntietur, quando et ubi praenoscebatur esse credenda.

352 4. Ceterum praescientiam et praedestinationem vel propo- 2022
situm ad id valere contendunt, ut eos praescierit vel praedestinaverit vel proposuerit eligere, qui fuerant credituri; nec de hac fide posse dici: *Quid habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7], cum in eadem natura remanserit, licet vitiata, quae prius sana ac perfecta donata sit. . . . Unde illam praescientiam sic accipiunt, ut propter fidem futuram intellegendi sint praesciti, nec cuiquam talem dari perseverantiam, a qua non permittatur praevaricari, sed a qua possit sua voluntate deficere et infirmari.

PAULINUS MEDIOLANENSIS.

Vita S. Ambrosii.

541 39. Causas criminum, quae illi confitebatur, nulli nisi Do- 2023
mino soli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint quam accusatores apud homines. Nam et secundum apostolum circa huiusmodi hominem confirmanda caritas est; quia ipse sui accusator est, nec exspectat accusatorem, sed praevenit; ut confitendo suum allevet ipse delictum, ne habeat quod adversarius criminetur.

S. PROSPER AQUITANUS, † ca 463.

Epistula ad S. Augustinum, 428/9.

(Inter epp. *S. Aug.* ep. 225.)

352 4. Quidam vero horum [Massiliensium] in tantum a Pela- 2024
gianis semitis non declinant, ut, cum ad confitendam eam Christi gratiam, quae omnia praeveniat merita humana, cogantur, ne, si meritis redditur, frustra gratia nominetur, ad condicionem hanc velint uniuscuiusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec exsistentem, liberi arbitrii et rationalem gratia creatoris instituat, ut per discretionem boni ac mali et ad cognitionem Dei et ad oboedientiam

2022. ML 33, 1009. 2023. ML 14, 40.
2024. ML 51, 70; 33, 1004.

mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem, atque ad
hanc gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire, per na-
turalem scilicet facultatem, petendo, quaerendo, pulsando: ut
ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat, quia bono naturae
bene usus ad istam salvantem gratiam initialis gratiae ope
meruerit pervenire.

2025 5. Cumque inter haec innumerabilium illis multitudo obi- 307
citur parvulorum, qui utique excepto originali peccato, sub
quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione
nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias
actiones, non sine Dei iudicio secernuntur, ut ante discretionem
boni ac mali de usu vitae istius auferendi, alii per regene-
rationem inter caelestis regni assumantur heredes, alii sine
baptismo inter mortis perpetuae transeant debitores: tales
aiunt perdi, talesque salvari, quales futuros illos in annis
maioribus, si ad activam servarentur aetatem, scientia divina
praeviderit.

Responsiones ad capitula obiectionum Gallorum, 431/2.

2026 Resp. ad obi. 3. Sicut bona opera ad inspiratorem eorum 139
Deum, ita mala ad eos sunt referenda qui peccant. Non 344
enim relicti sunt a Deo, ut relinquerent Deum; sed reli-
querunt et relicti sunt et ex bono in malum propria volun-
tate mutati sunt, atque ab hoc licet fuerint renati, fuerint
iustificati, ab eo tamen, qui illos tales praescivit, non sunt
praedestinati.

2027 6. Iustificatus itaque homo, id est, ex impio pius factus, 369
nullo praecedente bono merito, accipit donum, quo dono ac-
quirat et meritum: ut, quod in illo incohatum est per gratiam 368
Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrii; numquam
remoto adiutorio Dei, sine quo nec proficere nec permanere
in bono quisquam potest.

2028 7. Cum autem dubium non sit, donum Dei esse perseve- 320
rantiam in bono usque ad finem, quam istos, ex eo ipso quod 321
non perseveraverunt, non habuisse manifestum est, non est
calumniandum Deo, quare istis non dederit quod aliis dedit;
sed confitendum est et misericorditer eum dedisse quod dedit, 343
et iuste non dedisse quod non dedit, ne, quemadmodum ex
libero arbitrio oritur causa labendi, ita ex ipso oriri videatur
et standi; cum illud humano fiat opere, hoc divino impleatur
ex munere.

2029 11. Cum vero aliquos a Deo aut traditos desideriis suis 344
[Rom 1, 24] aut obduratos legimus aut relictos, magnis peccatis

2025. ML 51, 71; 33, 1004. 2026. ML 51, 159; 45, 1835.
2027. ML 51, 161; 45, 1836. 2028. ML 51, 161; 45, 1836.
2029. ML 51, 167; 45, 1839.

suis hoc ipsos meruisse profitemur, quia talia eorum crimina praecesserunt, ut ipsi sibi poena fieri debuerint, quae iis etiam supplicium verteret in reatum.

125 Sentential super capitulum 8. Item qui dicit, quod non 2030
omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum praedestinatorum, durius loquitur, quam loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiae Dei, *qui et omnes vult salvos fieri,* atque *in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4], et voluntatis suae propositum in iis implet, quos praescitos praedestinavit, praedestinatos vocavit, vocatos iustificavit, iustificatos glorificavit [Rom 8, 30]; . . . ut et qui salvantur, ideo salvi sint,
140 quia illos voluit Deus salvos fieri, et qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.

Responsiones
ad capitula obiectionum Vincentianarum, 431/2.

413 Resp. ad obi. 1. Contra vulnus originalis peccati, quo in 2031
Adam omnium hominum corrupta et mortificata natura est et unde omnium concupiscentiarum morbus inolevit, verum et potens ac singulare remedium est mors Filii Dei Domini nostri
398 Iesu Christi, qui liber a mortis debito et solus absque peccato
419 pro peccatoribus et debitoribus mortis est mortuus. Quod ergo ad
422 magnitudinem et potentiam pretii et quod ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi.

295 10. Detestanda et abominanda opinio, quae Deum cuius- 2032
quam malae voluntatis aut malae actionis credit auctorem; cuius praedestinatio numquam extra bonitatem, numquam extra iustitiam est. . . . Plane praedestinavit iudicium suum, quo unicuique retributurus est prout gessit, sive bonum, sive malum. Quod iudicium futurum omnino non esset, si homines Dei voluntate peccarent.

337 12. Hi autem, de quibus dicitur: *Ex nobis exierunt, sed non* 2033
139 *fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum* [1 Io 2, 19], voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia praesciti sunt casuri, non sunt praedestinati. Essent autem praedestinati, si essent reversuri et in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc praedestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

Liber contra collatorem, 431/2.

340 C. 3, n. 1. Quomodo autem non advertis, te in illud dam- 2034
natum incidere, quod velis nolis convinceris dicere gratiam

2030. ML 51, 172; 45, 1841. 2031. ML 51, 177; 45, 1844.
2032. ML 51, 182; 45, 1846. 2033. ML 51, 184; 45, 1847.
2034. ML 51, 222; 45, 1805. In hoc tomo 45 numeri capitum iidem sunt, non autem ceteri.

Dei secundum merita nostra dari; cum aliquid praecedere
boni operis ex ipsis hominibus, propter quod gratiam con-
sequantur, affirmas? Non enim nullius meriti haberi potest 314
petentis fides, quaerentis pietas, pulsantis instantia; praecipue
cum omnes eiusmodi et accipere et invenire et intrare di-
cantur. In quo superfluum, immo impium est, sic velle meritis
ante gratiam exsistentibus locum facere, ut non ex toto verum
sit quod ait Dominus: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit*
me, attraxerit eum [Io 6, 44], quod nullatenus diceretur, si cuius- 325
quam sine Dei illuminatione esset credenda conversio, aut ullo
modo se voluntas hominis ad Deum sine Deo posset extendere.

2035 7, 2. Veritas dicit: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit* 326
me, traxerit eum [Io 6, 44]. Si ergo nemo venit nisi attractus, 322
omnes qui quocumque modo veniunt, attrahuntur. Trahit ita-
que ad Deum contemplatio elementorum, omniumque quae
in iis sunt, ordinatissima pulchritudo. *Invisibilia enim eius a*
creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur
[Rom 1, 20]. . . . Et quis perspicere aut enarrare possit, per
quos affectus visitatio Dei animum ducat humanum, ut quae
fugiebat sequatur; quae oderat, diligat; quae fastidiebat, esuriat;
ac subito commutatione mirabili, quae clausa ei fuerant, fiant
aperta; quae onerosa, sint levia; quae amara, sint dulcia; quae
obscura, sint lucida?

2036 9, 3. Naturae enim humanae in illa universalis praevari- 300
cationis ruina nec substantia erepta est nec voluntas; sed 301
lumen decusque virtutum, quibus fraude invidentis exuta est.
Perditis autem per quae ad aeternam atque inamissibilem cor-
poris animique incorruptionem poterat pervenire, quid ei re-
mansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam, quae tota
est damnationis et poenae? Propter quod natos in Adam
renasci oportet in Christo, ne in illa quis inveniatur generatione,
quae periit.

2037 13, 3. Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam 311
habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atque
polluta, habentium sapientiam non spiritalem sed animalem,
non caelestem sed terrenam, non christianam sed diabolicam,
non a Patre luminum sed a principe tenebrarum, dum et ipsa
quae non haberent nisi dante Deo subdunt ei qui primus
recessit a Deo.

2038 18, 3. [Profitemur] quod liberum arbitrium, naturaliter homini 301
inditum, maneat in natura, sed qualitate et condicione mutata
per *mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Iesum* [1 Tim
2, 5], qui ipsam voluntatem ab eo, quod perverse volebat, 415
avertit et in id, quod ei bonum esset velle, convertit.

2035. ML 51, 230; 45, 1809. 2036. ML 51, 237; 45, 1812.
2037. ML 51, 248; 45, 1818. 2038. ML 51, 265; 45, 1827.

Expositio Psalmorum, 433.

403 Ps 103, v. 19. *Sol cognovit occasum suum.* Christus agnovit passionem suam. Occasus Christi passio Christi est. Sed numquid sol sic occidit ut non oriatur? *Numquid qui dormit, non adiciet ut resurgat?* [Ps 40, 9.] Quid est autem: *agnovit occasum suum*, nisi: placuit ei ut moreretur? Voluntate enim suscepit crucem et mortem; et sicut aliena sunt ab eius notitia quae ipsi non placent, ita ea quae voluntati ipsius congruunt novit atque cognoscit. 2039

418 132, 2. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Per Aaron sacerdotem ille indicatur sacerdos, qui veri pontificis sacramentum, non in alieni generis hostia, sed in oblatione corporis et sanguinis sui solus implevit: idem sacerdos, idem victima, propitiator et propitiatio, omniumque
427 mysteriorum quibus nuntiabatur effector; qui mortuus, sepultus,
185 resuscitatus, ascendit in caelos, naturam humanam super omne nomen exaltans et mittens Spiritum Sanctum, cuius unctio omnem ecclesiam penetraret. 2040

Liber sententiarum ex S. Augustino, ca 450.

312 106. Omnis infidelium vita peccatum est, et nihil est bonum sine summo bono. Ubi enim deest agnitio aeternae et incommutabilis veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus. 2041

[?] De vocatione omnium gentium, medio saec. V.

312 L. 1, c. 7. Etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit vitiis reluctari, huius tantum temporis vitam steriliter ornavit, ad veras autem virtutes aeternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, peccatum est, nec placere ullus Deo sine Deo potest. 2042

322
324 1, 8. Cum verbum Dei per ministerium praedicantium auribus carnis infertur, miscetur operatio potentiae divinae cum sono vocis humanae, et qui incitavit evangelizantis officium, audientis quoque firmavit affectum. 2043

340
369 1, 17. Quodsi et ad illos dirigas mentis intuitum, qui, longam agentes in flagitiis et sceleribus aetatem, sacramento baptismatis Christi in ipso vitae fine renovantur, et sine ullo suffragio bonorum operum in regni caelestis consortium transferuntur, quo intellectu divinum iudicium comprehendes, nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera; et sicut 2044

2039. ML 51, 294. 2040. ML 51, 381.
2041. ML 51, 441; 45, 1868. 2042. ML 51, 653.
2043. ML 51, 656. 2044. ML 51, 669.

nulla sunt tam detestanda facinora, quae possint gratiae arcere donum, ita nulla posse tam praeclara opera exsistere, quibus hoc quod gratis tribuitur per retributionis iudicium debeatur? Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi nec misericordiae Dei humanorum operum praerogativa succumberet, si iustificatio quae fit per gratiam meritis praecedentibus deberetur, ut non munus largientis sed merces esset operantis.

2045 1, 24. Abunde, quantum arbitror, his testimoniis, quamvis 314
et alia documenta aggregari potuerint, demonstratum est fidem, 340
qua iustificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eam-
que nullis meritis praecedentibus tribui, sed ad hoc donari, 366
ut principium possit esse meritorum, et, cum ipsa data fuerit non petita, ipsius iam petitionibus bona cetera consequantur.

2046 2, 17. Quodsi forte, quemadmodum quasdam gentes non 347
olim in consortium filiorum Dei novimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquae nationes quibus nondum gratia salvatoris illuxit, non ambigimus etiam circa illas occulto iudicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo evangelium quod non audierunt audient atque suscipient. Quibus tamen illa mensura generalis auxilii, quae desuper omnibus semper hominibus est praebita, non negatur.

2047 2, 29. Universitati hominum, quod abunde probavimus, ita 347
multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper et consulit, ut neque ulli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de sua iustitia gloriari, cum et illos propria nequitia demergat ad poenam et istos Dei gratia perducat ad gloriam.

LEPORIUS.

Libellus emendationis, ad episcopos Galliae, ca 418.

2048 3. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Iesum 375
Christum unicum Filium Dei, qui ante saecula natus ex Patre 377
est, novissimo tempore de Spiritu Sancto et Maria semper
virgine factum hominem, Deum natum; et confitentes utram- 387
que substantiam Deum atque hominem inseparabilem pia fidei credulitate suscipimus, et ex tempore susceptae carnis sic omnia dicimus, quae erant Dei, transisse in hominem, ut omnia quae erant hominis in Deum venirent et hac intelle-
gentia Verbum factum sit caro, non ut conversione aut muta- 382
bilitate aliqua coeperit esse quod non erat, sed ut potentia divinae dispensationis Verbum Patris, numquam a Patre dis-

---

2045. ML 51, 679. 2046. ML 51, 704. 2047. ML 51, 715.
2048. ML 31, 1224. Idem locus citatur a Cassiano: De Incarn. Chr. 1, 5; CV 17, 242 sqq; ML 50, 25 sqq.

cedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatusque sit uni-
381 genitus secreto illo mysterio quo ipse novit (nostrum namque
est credere, illius nosse).

393 6. In hoc maxime fides nostra consistit, ut credamus unicum 2049
Filium Dei, non adoptivum sed proprium, non phantasticum
419 sed verum, non temporarium sed aeternum, pro nobis omnia
404 secundum carnem fuisse perpessum.... 10. Ut autem et hinc
nihil cuiquam in suspicione derelinquam, tunc dixi, immo ad
obiecta respondi, Dominum nostrum Iesum Christum secundum
hominem ignorare. Sed nunc non solum dicere non praesumo,
verum etiam priorem anathematizo prolatam in hac parte sen-
tentiam; quia dici non licet etiam secundum hominem igno-
rasse Dominum prophetarum.

S. CASSIANUS, ca 360—ca 435.

Collationes, 419—428.

200 Coll. 7, c. 13. Licet pronuntiemus nonnullas esse spiritales 2050
217 naturas, ut sunt angeli, archangeli ceteraeque virtutes, ipsa
quoque anima nostra, vel certe aer iste subtilis, tamen incor-
poreae nullatenus aestimandae sunt. Habent enim secundum
se corpus quo subsistunt, licet multo tenuius quam nostra sunt
corpora, secundum apostoli sententiam ita dicentis: *Et corpora
caelestia et corpora terrestria* [1 Cor 15, 40], et iterum: *Seminatur*
98 *corpus animale, surgit corpus spiritale* [ib. 44]. Quibus manifeste
colligitur nihil esse incorporeum nisi Deum solum.

202 7, 15. Nulli dubium est quod possint spiritus immundi cogi- 2051
tationum nostrarum attingere qualitates, sed indiciis eas sen-
sibilibus forinsecus colligentes, id est, aut ex nostris dispositioni-
bus aut ex verbis et studiis in quae propensius nos perspexerint
inclinari. Ceterum illas, quae necdum de internis animae prodie-
runt, adire omnino non possunt.

314 13, 8. [Deus] cum in nobis ortum quemdam bonae voluntatis 2052
inspexerit, illuminat eam confestim atque confortat et incitat
ad salutem, incrementum tribuens ei quam vel ipse plantavit
vel nostro conatu viderit emersisse.

314 13, 9. Nec cum voluerit quis, sanitate perfruitur aut de 2053
aegritudinis morbo pro arbitrii sui desiderio liberatur. Quid
autem prodest sanitatis gratiam concupisse, nisi Deus, qui vitae
ipsius usum tribuit, etiam vigorem incolumitatis impertiat?
Ut autem evidentius clareat etiam per naturae bonum, quod

2049. ML 31, 1226.
2050. CV 13 (ed. M. Petschenig, 1886), 192; ML 49, 684.
2051. CV 13, 194; ML 49, 687. 2052. CV 13, 371; ML 49, 912.
2053. CV 13, 373; ML 49, 919.

beneficio creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quae tamen, nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum pervenire non possunt, apostolus testis est dicens: *Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio* [Rom 7, 18].

De incarnatione Christi, adversus Nestorium, 430/1.

2054 L. 2, c. 2. Dicis itaque, quisquis es ille, haeretice, qui Deum 429
ex virgine natum negas, Mariam matrem Domini nostri Iesu
Christi Theotocon, id est, matrem Dei, appellari non posse,
sed Christotocon, hoc est, Christi tantum matrem, non Dei;
nemo enim, inquis, antiquiorem se parit. Ac de hoc quidem
tam stulto argumento, quod nativitatem Dei carnali intel-
legentia aestimandam putas, et mysterium maiestatis humanis 381
credis censendum esse rationibus, postea, si Deus annuet,
disputabimus; nunc interim et Christum Deum et Mariam
matrem Dei divinis testibus approbemus.

2055 4, 6, 3. Filium hominis in caelo fuisse dixit [Io 3, 13], 253
Filium hominis e caelo descendisse memoravit. 4. Quid est? 254
Quid mussitas? Negato hoc, si vales. Sed rationem dicti
quaeris? Non reddo interim. Deus hoc dixit, Deus locutus
est: mihi verbum illius summa ratio est. Removeo argumenta,
removeo disputationes: sola mihi ad credulitatem sufficit per-
sona dicentis. Non licet mihi de fide dicti ambigere, non 250
licet deliberare. Quid mihi quaerere quomodo verum sit quod
Deus dixit, cum dubitare non debeam quin verum sit quod
Deus dixerit?

2056 5, 7. *Omnia*, inquit, *pacificans per sanguinem crucis eius, sive* 385
quae in caelis sunt sive quae in terris [Col 1, 20]. Manifestavit 392
utique apertissime de quo diceret, quem primogenitum ex
mortuis nominasset. Numquid enim per Verbi aut Spiritus
sanguinem reconciliata et pacificata sunt omnia? Non utique;
neque enim in naturam cadere impassibilem res ulla potuit
passionis, aut fundi sanguis valuit nisi hominis, aut mori alter
quam homo; et tamen idem, qui in sequentibus mortuus di-
citur, idem superius imago Dei invisibilis praedicatur. Quo-
modo ergo hoc? Scilicet quia id omni modo ab apostolis
cautum est, ne aliqua videretur in Christo esse divisio, et
unitus in filio hominis Filius Dei inciperet per erraticas inter-
pretationes duas habere personas, ac per pravas atque impias
opiniones, qui esset scilicet in se unus, duplex fieret in nobis.

2057 6, 22. Ita omnibus scriptis sacris dominicum hominem co- 387
nectit Deo atque concorporat, ut nec in tempore admodum

2054. CV 17 (ed. M. Petschenig, 1888), 247; ML 50, 31.
2055. CV 17, 292; ML 50, 83. 2056. CV 17, 312; ML 50, 114.
2057. CV 17, 348; ML 50, 185.

hominem quis a Deo, nec in passione possit Deum ab homine discernere. Si enim ad tempus respicis, invenies semper filium hominis cum Dei Filio; si ad passionem, invenies semper cum filio hominis Dei Filium; ita scilicet unitum et individuum sibi Christum filium hominis ac Dei Filium, ut, quantum ad vocem scripturae pertinet, nec homo separari a Deo tempore, nec ab homine Deus omnino valeat passione. . . .
386 Non ergo ante partum virginis eadem in praeterito aeternitas hominis quae Dei; sed quia in utero virginis unitus est Deus homini, factum est ut in Christo omnino non possit alterum sine altero nominari.

NESTORIUS, † 451.

Sermones.

385 9. In nobis invicem frequenter sciscitantur: Θεοτόκος, inquiunt, id est, puerpera Dei sive genetrix Dei, Maria, an autem ἀνθρωποτόκος, id est, hominis genetrix? Habet matrem Deus? Ἀνέγκλητος Ἕλλην μητέρας θεοῖς ἐπεισάγων. . . . Non peperit creatura creatorem, ἀλλ' ἔτεκεν ἄνθρωπον, θεότητος ὄργανον. 2057 a

383 12. Τῆς δὲ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἔστι διαίρεσις. Ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ Χριστὸς ⟨εἶναι⟩ ἀδιαίρετος, ⟨ὁ Υἱὸς κατὰ τὸ Υἱὸς εἶναι ἀδιαίρετος⟩. Οὐ γὰρ ἔχομεν δύο Χριστοὺς οὐδὲ δύο Υἱούς. Οὐ γάρ ἐστι παρ' ἡμῖν πρῶτος ⟨Χριστὸς⟩ καὶ δεύτερος, οὐδὲ ἄλλος καὶ ἄλλος, οὐδὲ πάλιν ἄλλος υἱὸς καὶ ἄλλος πάλιν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ εἷς ἐστι διπλοῦς, οὐ τῇ ἀξίᾳ, ἀλλὰ τῇ φύσει. 2057 b

385 15. Θεὸς τοῦ Χριστοῦ ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Λόγος. . . . Ἦν γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ βρέφος καὶ τοῦ βρέφους δεσπότης. Ἐπῃνέσατε τὴν φωνήν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὴν ἀβασανίστως κροτεῖτε. Εἶπον γάρ· ὁ αὐτὸς ἦν βρέφος καὶ τοῦ βρέφους οἰκήτωρ. 2057 c

ἀμυήτους παρεῖναι. — Ἐραν. Αἰνιγματωδῶς ἡ ἀπόκρισις ἔστω. — Ὀρθ. Τὴν ἐκ τοιῶνδε σπερμάτων τροφήν. — Ἐραν. Τὸ δὲ ἕτερον σύμβολον πῶς ὀνομάζομεν; — Ὀρθ. Κοινὸν
489 καὶ τοῦτο ὄνομα, πόματος εἶδος σημαῖνον. — Ἐραν. Μετὰ δέ γε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις; — Ὀρθ.
485 Σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα Χριστοῦ. — Ἐραν. Καὶ πιστεύεις γε σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἵματος; — Ὀρθ. Οὕτω πιστεύω. — Ἐραν. Ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται καὶ ἕτερα γίνεται, οὕτω τὸ δεσποτικὸν σῶμα μετὰ τὴν ἀνάληψιν εἰς τὴν οὐσίαν μετεβλήθη τὴν θείαν. — Ὀρθ. Ἑάλως αἷς ὕφηνας ἄρκυσιν. Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως· μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι καὶ ἁπτά, οἷα καὶ πρότερον ἦν· νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται.

Haereticarum fabularum compendium, post 451.

14 L. 1, c. 20. Οὗτος [Τατιανός] καὶ τὸ διὰ τεσσάρων καλού- 2152
22 μενον συντέθεικεν εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οὐ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι

---

enim adesse aliquos mysteriis non initiatos. — *Eran.* Respondeatur aenigmatice. — *Orth.* Cibum ex talibus seminibus. — *Eran.* Alterum vero symbolum quomodo vocamus? — *Orth.* Commune quo-
489 que hoc nomen est, potus speciem significans. — *Eran.* Post sanctificationem vero, quomodo haec appellas? — *Orth.* Corpus
485 Christi et sanguinem Christi. — *Eran.* Et credis te corpus Christi et sanguinem recipere? — *Orth.* Ita credo. — *Eran.* Sicut ergo symbola dominici corporis et sanguinis alia sunt ante sacerdotis invocationem, post invocationem vero mutantur et alia fiunt: ita dominicum corpus post ascensionem in divinam substantiam mutatum est. — *Orth.* Retibus quae ipse texuisti captus es. Neque enim symbola mystica post sanctificationem recedunt a sua natura; manent enim in priore substantia et figura et forma, et conspici tangique possunt sicut prius; intelleguntur autem ea esse quae facta sunt, et creduntur et adorantur, ut quae illa sint quae creduntur.

14 1, 20. Hic [Tatianus] evangelium, quod Diatessaron dicitur, com- 2152
22 posuit, amputatis genealogiis et aliis omnibus quae Dominum ex semine Davidis secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi sunt non modo qui eius erant sectae, sed ii etiam, qui apostolica

---

2152. MG 83, 372.

δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ' ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεττάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον εὐαγγέλια.

2153 5, 19. Οὕτω τελοῦντες τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος, τὴν 598
περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδα δεχόμεθα, ἀνάστασιν δὲ σωμάτων περιμένομεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ προσηγορία δηλοῖ. Ἀνάστασις γὰρ ἡ ἄνωθεν στάσις. Τὸ σῶμα δέ ἐστι τὸ φθειρόμενον καὶ διαλυόμενον, καὶ εἰς χοῦν μεταβαλλόμενον. . . . Τούτου τοίνυν ἡ ἄνωθεν σύστασις εἰκότως καλεῖται ἀνάστασις. Τῆς γὰρ δὴ ἀθανάτου ψυχῆς οὐκ ἀνάστασις, ἀλλ' ἐπάνοδος γίγνεται πρὸς τὸ σῶμα.

2154 5, 21. Ἐπηγγείλατο δὲ δώσειν ὁ μεγαλόδωρος, ἐπίκηρον 609
μὲν οὐδὲν οὐδὲ πρόσκαιρον, αἰώνιον δὲ ἀπόλαυσιν τῶν ἀγα- 605
θῶν· οὐ γάρ, κατὰ τὴν Κηρίνθου καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων, ἐπίγειος ἔσται τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἡ βασιλεία, οὐ χρόνῳ περιγεγραμμένη ῥητῷ. Ἐκεῖνοι γὰρ φανταζέσθωσαν τῶν χιλίων ἐτῶν τὴν περίοδον, καὶ τὴν φθειρομένην χλιδήν, καὶ τὰς ἄλλας ἡδυπαθείας, καὶ πρὸς τούτοις τὰς θυσίας καὶ τὰς ἰουδαϊκὰς πανηγύρεις· ἡμεῖς γὰρ τὴν ἀγήρω προσμένομεν βιοτήν.

2155 5, 25. Εἰ δὲ πονηρὸς ἦν ὁ γάμος, οὐκ ἂν τοῦτον ἐξ ἀρχῆς 581
ἐνομοθέτησεν ὁ Δεσπότης Θεός, οὐκ ἂν εὐλογίαν τὴν παιδο- 570

---

dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tamquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros huiusmodi supra ducentos in honore habitos in ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui, et pro his quattuor evangelistarum evangelia introduxi.

2153 5, 19. Ita baptismi sacramentum peragentes, spem resurrectionis 598
accipimus, et corporum resurrectionem exspectamus. Hoc enim ipsum quoque vocabulum declarat. Ἀνάστασις enim est status pristini restitutio. Corpus porro est quod corrumpitur et dissolvitur et in pulverem convertitur. . . . Huius igitur in pristinum restitutio iure vocatur ἀνάστασις. Immortalis enim animae non fit resurrectio, sed reditus ad corpus.

2154 5, 21. Promisit munificus donator se daturum esse non caducum 609
aut temporaneum quid, sed aeternam bonorum fruitionem. Non 605
enim, secundum Cerinthi et similium eius haeresim, terrenum erit Dei et servatoris nostri regnum, non certo tempore circumscriptum. Fingant illi sibi mille annorum curriculum, et interituras delicias et alias voluptates, ac praeterea sacrificia et iudaicas sollemnitates. Nos vitam senii expertem exspectamus.

2155 5, 25. Si autem malum esset matrimonium, minime illud a 581
principio constituisset Dominus Deus, nec liberorum susceptionem 570

2153. MG 83, 512. 2154. MG 83, 520.
2155. MG 83, 537.

576 γονίαν ἐκάλεσε. Διὰ γὰρ δὴ τοῦτο καὶ πλείους ἔχειν γυναῖκας τοὺς παλαιοὺς οὐκ ἐκώλυσεν, ἵνα αὐξηθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. . . . Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος οὐ μόνον οὐκ ἀπηγόρευσε γάμον, ἀλλὰ καὶ εἱστιάθη ἐν γάμῳ, καὶ τὸν ἀγεώργητον οἶνον
572 δῶρον τῷ γάμῳ προσήνεγκεν. Οὕτω δὲ τοῦ γάμου τὸν νόμον ἐκράτυνεν, ὅτι καὶ τὸν διαλῦσαι τὸν γάμον δίχα πορνείας βουλόμενον ἑτέρῳ νόμῳ κωλύει. «Πᾶς γάρ», φησίν, «ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι» [Mt 5, 32].

Quaestiones (commentarii) in scripturam sacram.

100 *In Gen.* c. 1 [Resp. ad interr. 3]. Ἀπερίγραφον μόνην 2156
ἐδιδάχθημεν εἶναι τὴν θείαν φύσιν, ἅτε δὴ ἄκτιστον οὖσαν καὶ ἄναρχον καὶ ἀΐδιον· τὰ δέ γε ἀρξάμενα τοῦ εἶναι περι-
200 γεγραμμένον ἔχει δηλονότι τὸ εἶναι. Οὐκοῦν καὶ ἀσώματον
201 λέγοντες εἶναι τῶν ἀγγέλων τὴν φύσιν, περιγεγράφθαι φαμὲν αὐτῶν τὴν ὑπόστασιν. . . . Ἀλλ' ὅτι μὲν περιγεγραμμένην ἔχουσιν
209 οἱ ἄγγελοι τὴν οὐσίαν, οὐδένα ἀντερεῖν οἶμαι· καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον ὑφ' ἑνὸς ἔφη τετάχθαι κηδεμονίαν ὁ Δεσπότης Χριστός.

457 *In Num.* c. 10, v. 6 7 [Resp. ad interr. 15]. «Σαλπίσατε 2157
ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι, ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν» [Ps 30, 3]. Διὰ δὲ τούτων καὶ ἡμεῖς διδασκόμεθα πᾶσαν ἀθροίζοντες τοῦ λαοῦ τὴν συναγωγὴν σάλπιγξι, καὶ οὐ σημασίαις. Ἀσήμως

---

576 benedictionem vocasset. Propterea enim veteres plures habere uxores non vetuit, ut genus humanum augeretur. . . . Ipse autem Dominus non solum non prohibuit matrimonium, sed et in nuptiis convivatus est, et vinum sine cultura productum nuptiis donum
572 dedit. Legem porro matrimonii adeo confirmavit, ut eum, qui excepta fornicationis causa matrimonium solvere velit, alia lege inhibeat: *Quicumque enim,* inquit, *uxorem suam dimittit, nisi ob fornicationem, facit eam moechari.*

100 *In Gen.* 1. Incircumscriptam solam esse divinam naturam di- 2156
dicimus, quippe quae increata sit, et principii expers et aeterna. Quae enim esse coeperunt, habent illa prorsus circumscriptam
200 substantiam. Quare licet expertem corporum fateamur angelorum
201 esse naturam, circumscriptam tamen illorum substantiam dicimus. . . . Quod autem angeli substantiam habeant circumscriptam, nemo,
209 ut arbitror, repugnabit, cum Christus Dominus dixerit singulos homines subesse singulorum angelorum procurationi.

457 *In Num.* 10, 6 7. *Canite in neomenia tuba, in illustri die* 2157
sollemnitatis vestrae. Per haec et nos docemur, cum universum populi coetum congregamus, tubis canere, et non classicum edere.

2156. MG 80, 80. 2157. MG 80, 368.

γὰρ διὰ τοὺς ἀμυήτους περὶ τῶν θείων διαλεγόμεθα μυστηρίων· τούτων δὲ χωριζομένων, σαφῶς τοὺς μεμυημένους διδάσκομεν.

2158 *In Ps. Praef.* Τοὺς δὲ ψαλμοὺς οὐχ ἅπαντας αὐτοῦ τινες 65
ἔφασαν εἶναι τοῦ Δαβίδ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων. . . . Ἐγὼ δὲ περὶ 68
τούτων μὲν οὐδὲν ἰσχυρίζομαι. Ποίαν γάρ μοι προστίθησιν ὠφέλειαν, εἴτε τούτου πάντες, εἴτ' ἐκείνων εἶέν τινες, δήλου γε ὄντος ὡς ἐκ τῆς τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργείας συνεγράφησαν ἅπαντες;

2159 *In Ps.* 31, 10. Ἅπαντες γὰρ ἄνθρωποι, εἰ καὶ τοῖς τῆς 317
ἀρετῆς καλλωπίζονται κατορθώμασι, τῆς θείας προσδέονται χάριτος· διὸ δὴ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος βοᾷ· «Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον» [Eph 2, 8].

2160 *In Cant.* 3, 4. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις ἀκατά- 108
ληπτος ὁ νυμφίος τὴν οὐσίαν ἐστί, καὶ διὰ τοῦτό μοι ἀπόκρισιν ἐπὶ τοῦ ἐρωτήματος οὐ δεδώκασι, σιωπῇ με διδάξαντες τὸ μηδὲ τούτοις αὐτὸν εἶναι καταληπτόν, κτιστοῖς οὖσι τὸν ἄκτιστον, παρῆλθον καὶ ἀπ' αὐτῶν, τὸν ποθούμενόν μοι ἀναζητοῦσα.

2161 *In Dan.* 10, 13. Διδασκόμεθα τοίνυν ἐκ τούτων ὡς τῶν 209
ἀγγέλων μὲν ἕκαστος τὴν ἑκάστου ἡμῶν ἐπιμέλειαν ἐγκεχείρισται
εἰς τὸ φρουρεῖν καὶ φυλάττειν, καὶ τῶν τοῦ πονηροῦ δαίμονος 210
ἐπιβουλῶν ἀπαλλάττειν· οἱ δὲ ἀρχάγγελοι τὰς τῶν ἐθνῶν ἐπιστασίας ἐνεπιστεύθησαν, ὡς μακάριος ἐδίδαξε Μωσῆς [cf. Dt 32, 8]·

Obscure enim propter non initiatos disserimus de divinis mysteriis; his vero remotis, initiatos aperte docemus.

2158 *In Ps. Praef.* Psalmos autem non omnes ipsius Davidis quidam 65
esse dixerunt, sed quosdam aliorum. . . . Ego autem de his sane 68
nihil affirmo; quid enim mea refert sive huius omnes sive illorum aliqui sint, cum constet divini Spiritus afflatu universos esse conscriptos?

2159 *In Ps.* 31, 10. Omnes enim homines, licet virtutibus et recte 317
factis ornati sint, divina tamen indigent gratia. Propterea et divinus apostolus exclamat: *Gratia salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis, nam Dei donum est.*

2160 *In Cant.* 3, 4. Ceterum quia etiam sanctis angelis sponsus 108
natura incomprehensibilis est, atque ideo quaerenti mihi responsionem non dederunt, silentio ipso declarantes eum ne ab his quidem, ut increatum a creatis, comprehendi posse; propterea ab illis discessi, quem desiderabam inquirens.

2161 *In Dan.* 10, 13. His itaque docemur singulis angelis unius- 209
cuiusque nostrum creditam esse curam, ut custodiant, tueantur et 210
a pravi daemonis nos liberent insidiis. Archangelis vero illud munus est impositum, ut gentium sint praefecti, sicuti beatus Moses

---

2158. MG 80, 861. 2159. MG 80, 1092. 2160. MG 81, 116.
2161. MG 81, 1496.

συμφωνεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος Δανιήλ· λέγει γὰρ καὶ αὐτὸς «τῆς βασιλείας Περσῶν ἄρχοντα»· καὶ πάλιν μετὰ βραχέα «ἄρχοντα τῶν Ἑλλήνων», καὶ τὸν Μιχαὴλ δὲ ἄρχοντα τοῦ Ἰσραὴλ ἀποκαλεῖ [Dn 10, 13 20].

138 *In Rom.* 8, 30. «Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, 2162
κτλ.» Ὧν προέγνω τὴν πρόθεσιν, τούτους προώρισεν ἄνωθεν· προορίσας δὲ καὶ ἐκάλεσεν· εἶτα καλέσας διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδικαίωσε· δικαιώσας δὲ ἐδόξασεν, υἱοὺς ὀνομάσας καὶ Πνεύματος Ἁγίου δωρησάμενος χάριν. Ἀλλὰ μηδεὶς τὴν προγνω-
120 σίαν αἰτίαν εἶναι τούτων λεγέτω. Οὐ γὰρ ἡ πρόγνωσις αὐτοὺς τοιούτους εἰργάσατο, ἀλλὰ πόρρωθεν ὁ Θεὸς τὰ ἐσόμενα προεθεώρησεν ὡς Θεός. . . . Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς πόρρωθεν
121 οἶδεν ἅπαντα ὡς Θεός· οὐ μὴν ἀνάγκην ἐπάγει τῷ δεῖνι εἰς
139 κατόρθωσιν ἀρετῆς, τῷ δεῖνι δὲ εἰς ἐργασίαν κακίας. Εἰ γὰρ αὐτὸς εἰς ἑκάτερον ἐβιάζετο, οὐ δικαίως τὸν μὲν ἀνακηρύττει καὶ στεφανοῖ, τοῦ δὲ καταψηφίζεται κόλασιν. Εἰ δὲ δίκαιος ὁ Θεός, ὥσπερ οὖν δίκαιος, προτρέπει μὲν ἐπὶ τὰ καλά, καὶ ἀπαγορεύει τἀναντία, ἐπαινεῖ δὲ τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐργάτας, καὶ τιμωρεῖται τοὺς ἑκόντας τὴν κακίαν ἀσπασαμένους.

314 *In Eph.* 2, 8. «Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς 2163
362 πίστεως.» Ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τούτων ἡμᾶς ἠξίωσε τῶν ἀγαθῶν. Ἡμεῖς δὲ μόνην τὴν πίστιν προσενηνόχαμεν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης ἡ θεία χάρις γεγένηται συνεργός. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· «Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον· 9. οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα

---

docuit, cuius dictis beatus item Daniel consentit, cum dicit ipse *regni Persarum principem;* et rursus paulo post, *principem Graecorum,* Michaelem quoque principem Israelis vocat.

138 *In Rom.* 8, 30. *Quos autem praedestinavit, hos et vocavit,* etc. 2162
Quorum propositum praescivit, hos ab initio praedestinavit; praedestinatos autem etiam vocavit, deinde vocatos per baptismum iustificavit; iustificatos vero glorificavit, filios nominans et Sancti Spiritus iis dans gratiam. Ceterum nemo praescientiam horum
120 causam esse dicat. Non enim praescientia eos tales effecit, sed Deus ea, quae futura erant, procul prospexit ut Deus. . . . Deus
121 universorum omnia procul videt ut Deus; non tamen huic affert
139 necessitatem ut virtutem exerceat, illi autem ut male agat. Etenim si ad utrumvis eorum ipse vim affert, non iure vel hunc laudat et coronat, vel in illum supplicium decernit. Si autem iustus est Deus, ut iustus certe est, adhortatur quidem ad ea, quae honesta sunt, et prohibet contraria, laudat autem eos, qui bona faciunt, et punit eos, qui sua sponte vitium amplectuntur.

314 *In Eph.* 2, 8. *Gratia enim estis salvati per fidem.* Dei gratia 2163
362 nos his bonis dignata est; nos enim solam fidem attulimus. Quin huius etiam divina gratia fuit adiutrix; hoc enim adiunxit: *Et hoc non ex vobis. Dei donum est;* 9. *non ex operibus, ut ne quis*

2162. MG 82, 141. 2163. MG 82, 521.

μή τις καυχήσηται». Οὐ γὰρ αὐτόματοι πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ κληθέντες προσεληλύθαμεν, καὶ προσελθόντας οὐκ ἀπήτησε καθαρότητα βίου, ἀλλὰ μόνην τὴν πίστιν δεξάμενος, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν ἐδωρήσατο.

2164 *In Phil.* 1, 1. Τοῖς γὰρ ἐπισκόποις [ὁ Παῦλος, cf. Tit 1, 7] 61
τοὺς διακόνους συνέζευξε, τῶν πρεσβυτέρων οὐ ποιησάμενος 556
μνήμην· ἄλλως τε οὐδὲ οἷόν τε ἦν πολλοὺς ἐπισκόπους μίαν πόλιν ποιμαίνειν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους ἐπισκόπους ὠνόμασε· τὸν δέ γε μακάριον Ἐπαφρόδιτον ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ ἀπόστολον αὐτῶν κέκληκεν. «Ὑμῶν γάρ», φησίν, «ἀπόστολον, καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου» [Phil 2, 25]. Σαφῶς τοίνυν ἐδίδαξεν ὡς τὴν ἐπισκοπικὴν οἰκονομίαν αὐτὸς ἐπεπίστευτο ἔχων ἀποστόλου προσηγορίαν.

2165 *In 1 Tim.* 3, 1. Τοὺς αὐτοὺς ἐκάλουν ποτὲ πρεσβυτέρους 61
καὶ ἐπισκόπους· τοὺς δὲ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους ἀπο- 556
στόλους ὠνόμαζον. Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, τὸ μὲν τῆς ἀποστολῆς ὄνομα τοῖς ἀληθῶς ἀποστόλοις κατέλιπον· τὴν δὲ τῆς ἐπισκοπῆς προσηγορίαν τοῖς πάλαι καλουμένοις ἀποστόλοις ἐπέθεσαν. Οὕτω Φιλιππησίων ἀπόστολος ὁ Ἐπαφρόδιτος ἦν· «Ὑμῶν γάρ», φησίν, «ἀπόστολον, καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου» [Phil 2, 25]. Οὕτω Κρητῶν ὁ Τίτος, καὶ Ἀσιανῶν ὁ Τιμόθεος ἀπόστολοι. Οὕτω ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι.

2165 Socratis Historia ecclesiastica, 5, 19. De sacerdote paenitentiario constantinopolitano, v. K 860 sqq.*

Sozomeni Historia ecclesiastica, 7, 16. De paenitentia publica in ecclesia romana, v. K 926.

---

glorietur. Non enim ultronei credidimus, sed vocati accessimus; et cum accessissemus, vitae puritatem non exegit, sed, sola fide suscepta, peccatorum remissionem condonavit.

2164 *In Phil.* 1, 1. Episcopis [Paulus] coniunxit diaconos, nulla presby- 61
terorum facta mentione, praesertim cum fieri non posset ut multi 556
episcopi essent unius civitatis pastores, ut liquido pateat presbyteros eos fuisse, quos nominavit episcopos. Beatum porro Epaphroditum in epistula ipsa eorum appellavit apostolum: *Vestrum enim,* inquit, *apostolum, et necessitatis meae adiutorem.* Aperte ergo docuit episcopale munus ipsi fuisse creditum, cum appellationem haberet apostoli.

2165 *In 1 Tim.* 3, 1. Eosdem olim vocabant presbyteros et epi- 61
scopos; eos autem, qui nunc vocantur episcopi, apostolos nomina- 556
bant. Procedente autem tempore, apostolatus nomen reliquerunt iis, qui vere erant apostoli, episcopatus autem appellationem imposuerunt iis, qui olim appellabantur apostoli. Ita Philippensium apostolus erat Epaphroditus: *Vestrum enim,* inquit, *apostolum, et adiutorem necessitatis meae.* Ita Cretensium Titus, et Asianorum Timotheus apostoli; ita ab Hierosolymis iis, qui erant Antiochiae, scripserunt apostoli et presbyteri.

2164. MG 82, 560. 2165. MG 82, 804.

MACARIUS MAGNES, saec. V.

Apocritica, post 410.

485 3, 23. Εἰκότως λαβὼν [ὁ Χριστός] ἄρτον καὶ ποτήριον εἶπε· 2166
«Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου» [cf. Mt 26, 26 28]. Οὐ γὰρ τύπος σώματος οὐδὲ τύπος αἵματος, ὥς τινες ἐρραψῴδησαν πεπωρωμένοι τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἐπειδὴ τὸ σῶμα ἀπὸ γῆς, ἀπὸ γῆς δ' ὁ ἄρτος ὁμοίως καὶ ὁ οἶνος.

[?] SYNOPSIS SCRIPTURAE SACRAE, exeunte saec. V.

74 [Παλαιὰ διαθήκη[1]· Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ., Ἰησοῦς ὁ 2167
τοῦ Ναυῆ, Κριτ., Ῥούθ, Βασιλ. α' καὶ β', Βασιλ. γ' καὶ δ', Παραλ., Ἔσδρ., Ψαλτήριον Δαβιτικόν, ἔχον ψαλμοὺς ρνα', Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλ. τοῦ αὐτοῦ, Ἆισμα ᾀσμ. τοῦ αὐτοῦ, Ἰώβ, Προφῆται δώδεκα εἰς ἓν βιβλίον, Ἡσ., Ἱερ., Ἐζ., Δαν. Ὁμοῦ· βιβλία εἴκοσι δύο. — Οὐ κανονιζόμενα μέν, ἀναγινωσκόμενα δὲ μόνον τοῖς κατηχουμένοις· Σοφία Σολομῶνος, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ, Ἐσθήρ, Ἰουδήθ, Τωβίτ.] . . . Τινὲς μέντοι τῶν παλαιῶν εἰρήκασι κανονίζεσθαι παρ' Ἑβραίοις καὶ
75 τὴν Ἐσθήρ. — [Καινὴ διαθήκη· Μτ., Μκ., Λκ., Ἰω., Πράξ., Καθολικαὶ ἐπιστολαὶ ἑπτά· Ἰακ., Πέτρ. δύο, Ἰω. τρεῖς, Ἰούδ., Παύλου ἐπιστολαὶ ιδ'.] Ἐπὶ τούτοις ἐστὶ καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, δεχθεῖσα ὡς ἐκείνου καὶ ἐγκριθεῖσα ὑπὸ πάλαι ἁγίων καὶ πνευματοφόρων πατέρων.

---

485 3, 23. Similiter accipiens [Christus] panem et calicem dixit: *Hoc* 2166
est corpus meum et *sanguis meus.* Non enim typus est corporis nec typus sanguinis, sicut quidam fabulati sunt mente obcaecati, sed secundum veritatem corpus et sanguis Christi, quoniam corpus ex terra, ex terra vero panis sicut et vinum.

74 [Canon scripturarum. — Vetus testamentum: Gen., Ex., Lev., 2167
Num., Deut., Iesus Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV in duobus, Paral. II in uno, Esdr. II in uno, Psalterium Davidicum CLI Psalmorum, Parabolae Salomonis, Eccl. eiusdem, Cant. cant. eiusdem, Iob, duodecim Prophetarum lib. I, Is., Ier., Ez., Dan.: universi, XXII libri. — Non canonici, qui catechumenis tantum leguntur: Sap. Salomonis, Sap. Iesu filii Sirach, Esther, Iudith, Tobit]. . . . Quidam vero ex veteribus apud Hebraeos pro canonico reputari
75 dixerunt librum Esther. — [Novum testamentum: Mt., Mc., Lc., Io., Act., Catholicae epistulae VII: Iac., Petri II, Io. III, Iud.; Pauli epistulae XIV.] Est praeterea et Apocalypsis Ioannis theologi, a priscis sanctis et Spiritum Dei gestantibus fratribus velut quae illius sit accepta et approbata.

---

[1] Vide p. 177, nota 1.

2166. *C. Blondel,* Macarii M. quae supersunt, 4⁰, Paris 1876, 105.

2167. MG 28, 284. Falso haec synopsis S. Athanasio diu attributa est.

S. VINCENTIUS LIRINENSIS, saec. V.

Commonitorium, 434.

2168 2. Saepe igitur magno studio et summa attentione perquirens 78
a quamplurimis sanctitate et doctrina praestantibus viris quo-
nam modo possim certa quadam et quasi generali ac regulari
via catholicae fidei veritatem ab haereticae pravitatis falsitate
discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus fere
rettuli, quod sive ego sive quis alius vellet exsurgentium
haereticorum fraudes deprehendere laqueosque vitare et in
fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire
fidem suam, Domino adiuvante, deberet: primum scilicet di-
vinae legis auctoritate, tum deinde ecclesiae catholicae tra-
ditione. Hic forsitan requirat aliquis: «Cum sit perfectus 79
scripturarum canon sibique ad omnia satis superque sufficiat,
quid opus est ut ei ecclesiasticae intellegentiae iungatur auc-
toritas?» Quia videlicet scripturam sacram pro ipsa sua alti-
tudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed eius-
dem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur. . . .
Idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris
anfractus, ut propheticae et apostolicae interpretationis linea
secundum ecclesiastici et catholici sensus normam dirigatur.
In ipsa item catholica ecclesia magnopere curandum est ut 84
id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus
creditum est. Hoc est etenim vere proprieque catholicum,
quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quae omnia fere uni-
versaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fiet, si sequamur
universitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem
universitatem hoc modo, si hanc unam fidem veram esse fa-
teamur, quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia;
antiquitatem vero ita, si ab his sensibus nullatenus recedamus,
quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum
est; consensionem quoque itidem, si, in ipsa vetustate, omnium
vel certe paene omnium sacerdotum pariter et magistrorum
definitiones sententiasque sectemur.

2169 9. Annuntiare ergo aliquid Christianis catholicis praeter id 82
quod acceperunt, numquam licuit, nusquam licet, numquam
licebit; et anathematizare eos, qui annuntiant aliquid praeter-
quam quod semel acceptum est, numquam non oportuit, nus-
quam non oportet, numquam non oportebit.

2170 13. Unus idemque Christus Deus et homo, idem non creatus 385
et creatus, idem incommutabilis et impassibilis, idem com- 392
mutatus et passus, idem Patri et aequalis et minor, idem ex

2168. ML 50, 639; J (= Jülicher) 2.
2169. ML 50, 649; J 13. 2170. ML 50, 656; J 20.

Patre ante saecula genitus, idem in saeculo ex matre gene-
377 ratus, perfectus Deus, perfectus homo. In Deo summa divi-
378 nitas, in homine plena humanitas. Plena, inquam, humanitas:
quippe quae animam simul habeat et carnem, sed carnem
veram, nostram, maternam, animam vero intellectu praeditam,
mente ac ratione pollentem. Est ergo in Christo Verbum, anima,
caro; sed hoc totum unus est Christus, unus Filius Dei et unus
382 salvator ac redemptor noster; unus autem, non corruptibili
nescio qua divinitatis et humanitatis confusione, sed integra et
singulari quadam unitate personae. Neque enim illa coniunctio
alterum in alterum convertit atque mutavit (qui est error pro-
prius Arianorum), sed ita potius utrumque compegit, ut,
387 manente semper in Christo singularitate unius eiusdemque
personae, in aeternum quoque permaneat proprietas unius-
cuiusque naturae.

376 15. Haec in Christo personae unitas nequaquam post vir- 2171
ginis partum, sed in ipso virginis utero compacta atque per-
381 fecta est. . . . Per hanc, inquam, personae unitatem illud
377 quoque similis mysterii ratione perfectum est, ut, carne Verbi
ex integra matre nascente, ipse Deus Verbum natus ex virgine
catholicissime credatur, impiissime denegetur. Quae cum ita
sint, absit ut quisquam sanctam Mariam divinae gratiae privi-
429 legiis et speciali gloria fraudare conetur. Est enim singulari
quodam Domini ac Dei nostri, filii autem sui, munere verissime
ac beatissime theotocos confitenda; sed non eo modo theo-
tocos, quo impia quaedam haeresis suspicatur, quae asserit eam
Dei matrem sola appellatione dicendam, quod eum scilicet
pepererit hominem, qui postea factus est Deus, sicut dicimus
presbyteri matrem aut episcopi matrem, . . . sed ideo potius,
quoniam, ut supra dictum est, iam in eius sacrato utero sacro-
385 sanctum illud mysterium perpetratum est, quod propter sin-
gularem quamdam atque unicam personae unitatem, sicut
Verbum in carne caro, ita homo in Deo Deus est.

78 20. Ille est verus et germanus catholicus, qui veritatem Dei, 2172
qui ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui divinae religioni,
qui catholicae fidei nihil praeponit, non hominis cuiuspiam
auctoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam,
non philosophiam, sed haec cuncta despiciens, et in fide
fixus, stabilis, permanens, quidquid universaliter antiquitus
ecclesiam catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi te-
nendum credendumque decernit.

82 22. *Depositum custodi* [1 Tim 6, 20]. Quid est *depositum*? Id 2173
est quod tibi creditum est, non quod a te inventum; quod
accepisti, non quod excogitasti; rem non ingenii sed doctrinae,

2171. ML 50, 658; J 22. 2172. ML 50, 665; J 29.
2173. ML 50, 667; J 33.

non usurpationis privatae sed publicae traditionis; rem ad te perductam, non a te prolatam; in qua non auctor debes esse sed custos, non institutor sed sectator, non ducens sed sequens. *Depositum,* inquit, *custodi;* catholicae fidei talentum inviolatum illibatumque conserva. Quod tibi creditum, hoc penes te maneat, hoc a te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde; nolo mihi pro aliis alia subicias; nolo pro auro aut impudenter plumbum aut fraudulenter aeramenta supponas; nolo auri speciem, sed naturam plane. O Timothee, o sacerdos, 83
o tractator, o doctor, si te divinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina esto spiritalis tabernaculi Beseleel, pretiosas divi dogmatis gemmas exsculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adice splendorem, gratiam, venustatem. Intellegatur, te exponente, illustrius quod ante obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur quod ante vetustas non intellectum venerabatur. Eadem tamen quae didicisti doce, ut cum dicas nove, non dicas nova.

2174 23. Sed forsitan dicit aliquis: «Nullusne ergo in ecclesia 83
Christi profectus habebitur religionis?» Habeatur plane, et maximus. Nam quis ille est tam invidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen, ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsum unaquaeque res amplificetur; ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transvertatur. Crescat igitur oportet et multum vehementerque proficiat tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, intellegentia, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Imitetur animarum religio rationem corporum, quae, licet annorum processu numeros suos evolvant et explicent, eadem tamen quae erant permanent. . . . Exempli gratia: Severunt maiores nostri antiquitus in hac ecclesiastica segete triticeae fidei semina; iniquum valde et incongruum est ut nos eorum posteri pro germana veritate frumenti subdititium zizaniae legamus errorem. Quin potius hoc rectum et consequens est, ut, primis atque extremis sibimet non discrepantibus, de incrementis triticeae institutionis triticei quoque dogmatis frugem demetamus; ut, cum aliquid ex illis seminum primordiis accessu temporis evolvatur, et nunc laetetur et excolatur, nihil tamen de germinis proprietate mutetur; addatur licet species, forma, distinctio, eadem tamen cuiusque generis natura permaneat.

2175 28. Antiqua sanctorum patrum consensio non in omnibus 84
divinae legis quaestiunculis, sed solum certe praecipue in fidei

2174. ML 50, 667; J 33. 2175. ML 50, 675; J 43.

regula magno nobis studio et investiganda est et sequenda. . . . Sed eorum dumtaxat patrum sententiae conferendae sunt, qui in fide et communione catholica sancte, sapienter, constanter viventes, docentes et permanentes, vel mori in Christo fideliter vel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut, quidquid vel omnes vel plures uno eodemque sensu manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo rato-
85 que habeatur; quidquid vero, quamvis ille sanctus et doctus, quamvis confessor et martyr, praeter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias et occultas et privatas opiniunculas a communis et publicae ac generalis sententiae auctoritate secretum sit; ne cum summo aeternae salutis periculo, iuxta sacrilegam haereticorum et schismaticorum consuetudinem, universalis dogmatis antiqua veritate dimissa, unius hominis novitium sectemur errorem.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS, ca 406—ca 450.

Sermones.

532 274 94. Vide ne desperes, homo, remansit tibi unde piissimo satisfacias creditori. Absolvi vis? Ama. *Caritas cooperiet multitudinem peccatorum* [1 Petr 4, 8]. Negationis crimine quid peius? Et tamen Petrus amore solo valuit hoc delere, probante Domino, cum dicit: *Petre, amas me?* [Io 21, 15.] Inter omnia Dei praecepta amor obtinet principatum. 2176

430 431 432 117. Ubi sunt qui conceptum virginis, virginis partum mulierum partibus existimant exaequandum, cum illud de terra sit, hoc de caelo; hoc divinae virtutis sit, illud infirmitatis humanae; illud sit in corpore passionis, hoc totum sit in tranquillitate divini Spiritus, humani corporis in quiete? Sanguis siluit, caro stupuit, soporata sunt membra, et aula virginis tota est in caelesti commoratione suspensa, donec auctor carnis carnis sumeret indumentum et fieret homo caelestis, qui non solum terram redderet homini, sed homini donaret et caelum. Virgo concipit, virgo parturit, virgo permanet. 2177

Epistula ad Eutychen, ca 449.

(Fragm. apud *Leonem M.*, ep. 25.)

59 2. In omnibus hortamur te, frater honorabilis, ut his, quae a beatissimo Papa romanae civitatis scripta sunt, oboedienter 2178
56 attendas; quoniam beatus Petrus, qui in propria sede et vivit

2176. ML 52, 466. 2177. ML 52, 520. 2178. ML 54, 741.

et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem. Nos enim 63
pro studio pacis et fidei extra consensum romanae civitatis
episcopi causas fidei audire non possumus.

S. LEO I MAGNUS, PAPA 440—461.

Epistulae.

*2178** *Ep. 10, 1. De primatu romani pontificis, v. K 891.*

2179 *Ep.* 12 [ad episcopos Mauritaniae, scripta a. 446], c. 2. *Manus* 561
cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis [1 Tim
5, 22]. Quid est cito manus imponere nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum oboedientiae, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari?

*2179** *14, 11. De hierarchia ecclesiastica et primatu romano, v. K 894 sqq.*

2180 15 [ad Turribium, a. 447], 6. Fides vera, quae est catholica, 197
omnium creaturarum, sive spiritualium sive corporalium, bonam confitetur substantiam, et mali nullam esse naturam; quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit.

2181 15, 10. Animae hominum, priusquam suis inspirarentur 223
corporibus, non fuere, nec ab alio incorporantur nisi ab opifice 222
Deo, qui et ipsarum est creator et corporum; et quia per 302
primi hominis praevaricationem tota humani generis propago
vitiata sit, neminem posse a condicione veteris hominis libe- 470
rari nisi per sacramentum baptismatis Christi.

2182 28 [ad Flavianum constantinopolit. episc., a. 449], 2. Idem sempi- 375
terni genitoris Unigenitus sempiternus natus est de Spiritu Sancto
et Maria virgine. Quae nativitas temporalis illi nativitati
divinae et sempiternae nihil minuit, nihil contulit, sed totam 413
se reparando homini, qui erat deceptus, impendit, ut et mortem
vinceret et diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati et mor- 409
tis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet et suam
faceret, quem nec peccatum contaminare nec mors potuit 399
detinere. Conceptus quippe est de Spiritu Sancto intra uterum matris virginis, quae illum ita salva virginitate edidit, 431
quemadmodum salva virginitate concepit. . . . Sed non ita 430
intellegenda est illa generatio singulariter mirabilis et mira- 381
biliter singularis, ut per novitatem creationis proprietas remota
sit generis. Fecunditatem enim virgini Spiritus Sanctus dedit,

---

2179. ML 54, 647. 2180. ML 54, 683. 2181. ML 54, 685.
2182. ML 54, 759.

377 veritas autem corporis sumpta de corpore est; et aedificante sibi Sapientia domum [Prv 9, 1], *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* [Io 1, 14], hoc est, in ea carne, quam
378 assumpsit ex homine et quam spiritu vitae rationalis animavit.

28, 3 4. De incarnatione, v. DB 143 sq. *2182**

385 28, 5. Propter hanc ergo unitatem personae in utraque 2183
natura intellegendam et filius hominis legitur descendisse de
377 caelo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua est na-
392 tus, assumpserit. Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum haec non in divinitate ipsa, qua Unigenitus consempiternus et consubstantialis est Patri, sed in naturae humanae sit infirmitate perpessus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum et sepultum omnes etiam in symbolo confitemur, secundum illud apostoli: *Si enim cognovissent, numquam Dominum maiestatis crucifixissent* [1 Cor 2, 8].

431 35 [ad Iulianum episc. coënsem, a. 449], 3. Nativitas Domini 2184
secundum carnem quamvis habeat quaedam propria, quibus humanae condicionis initia transcendat, sive quod solus ab inviolata virgine sine concupiscentia est conceptus et natus, sive quod ita visceribus matris est editus, ut et fecunditas
376 pareret et virginitas permaneret, non alterius tamen naturae
378 erat eius caro quam nostrae, nec alio illi quam ceteris hominibus anima est inspirata principio, quae excelleret, non diver-
396 sitate generis, sed sublimitate virtutis. . . . Sensus corporei vigebant sine lege peccati, et veritas affectionum sub moderamine deitatis et mentis nec tentabatur illecebris, nec cedebat
423 iniuriis. . . . Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi idem Deus idemque homo in utroque et unus esset et verus.

98 [Synodus chalcedonensis ad Leonem Papam, a. 451], 1. De primatu romani pontificis et concilio oecumenico, v. DB 149. *2184**

108, 2 5. De sacramento paenitentiae, v. DB 146 sq.

64 114 [ad episcopos synodi chalcedonensis, a. 453], 2. De custo- 2185
diendis quoque sanctorum patrum statutis, quae in synodo nicaena inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam Vestrae Sanctitatis admoneo, ut iura ecclesiarum, sicut ab illis 318 patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant.

64 119 [ad Maximum episc. antiochenum, a. 453], 3. Tanta apud 2186
me est nicaenorum canonum reverentia, ut ea, quae sunt a sanctis patribus constituta, nec permiserim nec patiar aliqua
57 novitate violari. Etsi enim diversa nonnumquam sunt merita praesulum, iura tamen permanent sedium; quibus etsi possint aemuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.

2183. ML 54, 771. 2184. ML 54, 807. 2185. ML 54, 1029. 2186. ML 54, 1043.

2187 120 [ad Theodoretum episc. cyrensem, a. 453], 1. [Dominus] 63
nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit,
sed quae nostro prius ministerio definierat, universae frater-
nitatis irretractabili firmavit assensu; ut vere a se prodiisse
ostenderet quod prius a prima omnium sede formatum totius
christiani orbis iudicium recepisset; ut in hoc quoque capiti
membra concordent.

2188 124 [ad monachos palaestinenses, a. 453], 3. Quae reconciliatio 423
esse potest, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi om- 422
nium causam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero
ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei
aequalis erat Patri, in forma servi particeps esset et nostri,
ut per novum hominem fieret renovatio vetustatis, et mortis 415
vinculum unius praevaricatione contractum, unius morte, qui
solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim pro iniustis 416
sanguinis iusti tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad
pretium, ut, si universitas captivorum in redemptorem suum
crederet, nullum tyrannica vincula retinerent. . . . 4. Quam 376
itaque sibi in huius sacramenti praesidio spem relinquunt,
qui in salvatoris nostri corpore negant humanae substantiae
veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo san-
guine sint redempti. Quis est qui *tradidit semetipsum pro
nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* [Eph 5, 2]?
Aut quod umquam sacrificium sacratius fuit, quam quod ve- 417
rus pontifex altari crucis per immolationem suae carnis im-
posuit?

2189 167 [ad Rusticum episc. narbonensem, a. 458/9], 4. Aliud est uxor, 575
aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter
quod etiam apostolus, ad manifestandum harum personarum
discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahae:
*Eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillae
cum filio meo Isaac* [Gn 21, 10]. Unde cum societas nuptiarum
ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem 570
haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum [Eph 5, 32],
dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium,
in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium.

2189 168, 2. De confessione secreta, v. DB 145.*

Sermones.

2190 Sermo 3, c. 1. Cessante privilegio patrum, et familiarum 553
ordine praetermisso, eos rectores ecclesia accipit, quos Spi-
ritus Sanctus praeparavit; ut in populo adoptionis Dei, cuius
universitas sacerdotalis atque regalis est, non praerogativa

2187. ML 54, 1046. 2188. ML 54, 1064.
2189. ML 54, 1204. 2190. ML 54, 145.

terrenae originis obtineat unctionem, sed dignatio caelestis gratiae gignat antistitem.

54 4, 2. De toto mundo unus Petrus eligitur qui et uni- 2191
40 versarum gentium vocationi et omnibus apostolis cunctisque ecclesiae patribus praeponatur; ut, quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. Magnum et mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentiae suae tribuit divina dignatio; et si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit.

229 12, 1. Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis 2192
nostrae intellegamus exordium, inveniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris, et hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo divinae benignitatis forma re-
415 splendeat. Ad quam utique nos cotidie reparat gratia salvatoris, dum, quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.

356 21, 3. Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per 2193
Filium eius in Spiritu Sancto, qui propter multam misericordiam suam, qua dilexit nos, misertus est nostri, *et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo* [Eph 2, 5], ut essemus in ipso nova creatura novumque figmentum. Deponamus ergo *veterem hominem cum actibus suis* [Col 3, 9], et adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus
358 operibus. Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam: et *divinae consors* factus *naturae* [2 Petr 1, 4], noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento cuius capitis et cuius corporis sis membrum. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumen et regnum.

430 431 22, 2. Nova autem nativitate [Christus] genitus est, con- 2194
432 ceptus a virgine, natus ex virgine, sine paternae carnis concupiscentia, sine maternae integritatis iniuria. . . . Origo dissimilis, sed natura consimilis, humano usu et consuetudine caret, sed divina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, et virgo permanserit.

407 22, 3. Verax namque misericordia Dei, cum ad repa- 2195
randum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimum consulendi viam elegit, qua ad destruendum opus diaboli non virtute uteretur potentiae, sed ratione iustitiae.
413 Nam superbia hostis antiqui non immerito sibi in omnes homines ius tyrannicum vindicabat, nec indebito dominatu premebat quos a mandato Dei spontaneos in obsequium suae voluntatis illexerat. Non itaque iuste amitteret originalem

---

2191. ML 54, 149. 2192. ML 54, 168. 2193. ML 54, 192.
2194. ML 54, 195. 2195. ML 54, 196.

humani generis servitutem, nisi de eo quod subegerat vin-
ceretur. Quod ut fieret, sine virili semine conceptus est 430
Christus ex virgine, quam non humanus coitus, sed Spiritus
Sanctus fecundavit. Et cum in omnibus matribus non fiat
sine peccati sorde conceptio, haec inde purgationem traxit,
unde concepit. Quo enim paterni seminis transfusio non 303
pervenit, peccati se illic rubigo non miscuit. Inviolata vir-
ginitas concupiscentiam nescivit, substantiam ministravit.

2196 23, 4. Non itaque novo consilio Deus rebus humanis 425
nec sera miseratione consuluit; sed a constitutione mundi
unam eamdemque omnibus causam salutis instituit. Gratia
enim Dei, qua semper est universitas iustificata sanctorum,
aucta est Christo nascente, non coepta; et hoc magnae pie-
tatis sacramentum, quo totus iam mundus impletus est, tam
potens etiam in suis significationibus fuit, ut non minus
adepti sint qui illud credidere promissum, quam qui suscepere
donatum.

2197 27, 1. Cum ad intellegendum sacramentum nativitatis 253
Christi, qua de matre virgine est ortus, accedimus, abigatur
procul terrenarum caligo rationum, et ab illuminatae fidei
oculis mundanae sapientiae fumus abscedat; divina est enim 254
auctoritas cui credimus, divina est doctrina quam sequimur.

2198 29, 1. In Christo Iesu Filio Dei non solum ad divinam 381
essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam, quod
dictum est per prophetam: *Generationem eius quis enarrabit?*
[Is 53, 8.] Utramque enim substantiam in unam convenisse 385
personam, nisi fides credat, sermo non explicat.

2199 30, 6. Quia iustificandis hominibus hoc principaliter opi- 384
tulatur, quod Unigenitus Dei etiam filius hominis esse di-
gnatus est, ut ὁμοούσιος Patri Deus, id est, unius substantiae, 158
idem homo verus et secundum carnem matri consubstantialis 379
exsisteret, utroque gaudemus, quia non nisi utroque salvamur,
in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab in-
corporeo, passibilem ab impassibili, palpabilem ab impalpabili,
formam servi a formâ Dei; quia, etsi unum manet ab aeterni- 387
tate, aliud coepit a tempore; quae tamen in unitatem con-
venerunt, nec separationem possunt habere nec finem.

2200 38, 3. Sine Deo nulla est [virtus] nec proprietatem obtinet 308
deitatis, nisi spiritu sui vegetetur auctoris. Dicente enim
discipulis suis Domino: *Sine me nihil potestis facere* [Io 15, 5],
dubium non est hominem bona agentem ex Deo habere et
effectum operis et initium voluntatis.

2201 43, 1. Gratiae Dei oboedientia se humana non subtrahat, 315
nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse, deficiat; 311

2196. ML 54, 202. 2197. ML 54, 216. 2198. ML 54, 226.
2199. ML 54, 233. 2200. ML 54, 261. 2201. ML 54, 281.

ac si quid sibi impossibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurrat, qui ideo dat praeceptum, ut excitet desiderium et praestet auxilium, dicente propheta: *Iacta in Deum cogitationem tuam,*
316 *et ipse te enutriet* [Ps 54, 23]. An forte quisquam ita insolenter superbit, et ita se illaesum, ita immaculatum esse praesumit,
317 ut nullius iam renovationis indigeat? Fallitur prorsus ista persuasio, et nimia vanitate veterascit quicumque inter tentationes huius vitae ab omni se vulnere credit immunem.

308 45, 3. Quid hoc opere [misericordiae] fructuosius? quid 2202
hac humanitate felicius? Quae utique laude sua fraudanda non esset, si propter ipsam naturae communionem iuvando homini ab homine praestaretur. Sed quia quod non ex fidei procedit fonte, ad praemia aeterna non pervenit, alia est condicio operum caelestium, alia terrenorum.

389 56, 2. Ipse [Dominus] Patri supplicans ait: *Pater, si pos-* 2203
sibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu [Mt 26, 39]. Prima petitio infirmitatis est, secunda virtutis; illud optavit ex nostro, hoc elegit ex proprio....
383 Ut suscipientis susceptaeque naturae esset manifesta distinctio, quod erat hominis divinam desideravit potentiam, quod erat Dei ad causam respexit humanam. Superiori igitur voluntati voluntas cessit inferior, et cito demonstratum est quid possit a trepidante orari, et quid non debeat a medente concedi.

407 63, 1. Omnipotentia enim Filii Dei, qua per eamdem 2204
essentiam aequalis est Patri, potuisset humanum genus a do-
409 minatu diaboli solo imperio suae voluntatis eruere, nisi divinis operibus maxime congruisset, ut nequitiae hostilis adversitas de eo quod vicerat vinceretur, et per ipsam naturam naturalis repararetur libertas, per quam generalis fuerat illata captivitas.

11 63, 5. Omnia enim quae secundum legem, sive in cir- 2205
cumcisione carnis, sive in diversitatibus hostiarum, sive in sabbati observantia praecesserunt, Christum testificata, Christi sunt gratiam praelocuta. Et ipse est finis legis, non eva-
10 cuando significationes ipsius, sed implendo. Qui licet idem sit auctor veterum qui novorum, figuratarum tamen pro-
12 missionum sacramenta mutavit, quia promissa perfecit, et denuntiationibus cessationem imposuit, quoniam denuntiatus advenit. In praeceptis autem moralibus nulla prioris testamenti decreta reprobata, sed evangelico magisterio multa sunt aucta, ut perfectiora et lucidiora essent dantia salutem quam promittentia salvatorem.

2202. ML 54, 290. 2203. ML 54, 327. 2204. ML 54, 353.
2205. ML 54, 356.

2206 63, 7. Non aliud agit participatio corporis et sanguinis 509
Christi, quam ut in id, quod sumimus, transeamus, et in quo commortui et consepulti et conresuscitati sumus, ipsum per omnia et spiritu et carne gestemus.

2207 64, 2. In hac ineffabili unitate Trinitatis, cuius in omnibus 180
communia sunt opera atque iudicia, reparationem humani generis proprie Filii persona suscepit; ut, quoniam ipse est, *per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil* [Io 1, 3], quique plasmatum de limo terrae hominem flatu vitae rationalis animavit, idem naturam nostram ab aeternitatis arce 415
deiectam amissae restitueret dignitati, et cuius erat conditor, esset etiam reformator: sic consilium suum dirigens in effectum, ut ad dominationem diaboli destruendam magis uteretur iustitia rationis quam potestate virtutis. Quia ergo primi 302
hominis universa posteritas uno simul vulnere sauciata corruerat, nec ulla sanctorum merita condicionem poterant illatae mortis evincere, venit e caelo medicus singularis, multis saepe significationibus nuntiatus et prophetica diu pollicitatione promissus, qui manens in forma Dei et nihil propriae maiestatis 397
amittens, in carnis nostrae animaeque natura, sine contagione antiquae praevaricationis, oriretur. Solus enim beatae virginis natus est filius absque delicto, non extraneus ab hominum genere, sed alienus a crimine, . . . cum de Adae propagine unus exsisteret in quo diabolus quod suum diceret non haberet.

2208 68, 1. Sermo proximus, dilectissimi, cuius vobis promissam 387
restituere cupimus portionem, in id disserendi ratione processerat, ut de illa clamantis ad Patrem crucifixi Domini voce loqueremur; ne simplex et incuriosus auditor ita acciperet verba dicentis: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* [Ps 21, 1], tamquam, fixo Iesu in crucis ligno, paternae ab eo deitatis omnipotentia recessisset; cum in tantam unitatem Dei et hominis natura convenerit, ut nec supplicio potuerit dirimi, nec morte disiungi. Manente enim in sua proprietate utraque 383
substantia, nec Deus dereliquit sui corporis passionem, nec Deum fecit caro passibilem, quia divinitas, quae erat in dolente, non erat in dolore.

2209 68, 3. Offerebatur Deo pro salute mundi hostia singularis, 416
et occisio Christi veri agni per tot saecula praedicata promissionis filios in libertatem fidei transferebat. Confirmabatur quoque testamentum novum, et Christi sanguine aeterni regni scribebantur heredes.

2210 71, 2. Resurrectio salvatoris nec animam in inferno nec 426
carnem diu morata est in sepulcro; et tam velox incorruptae carnis vivificatio fuit, ut maior ibi esset soporis similitudo

---

2206. ML 54, 357. 2207. ML 54, 358. 2208. ML 54, 372.
2209. ML 54, 374. 2210. ML 54, 387.

387 quam mortis; quoniam deitas, quae ab utraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate divisit, potestate coniunxit.

427 73, 4. Magna et ineffabilis erat causa gaudendi, cum in 2211
conspectu sanctae multitudinis super omnium creaturarum caelestium dignitatem humani generis natura conscenderet, supergressura angelicos ordines, et ultra archangelorum altitudines elevanda, nec ullis sublimitatibus modum suae provectionis habitura, nisi aeterni Patris recepta consessu illius gloriae sociaretur in throno, cuius naturae copulabatur in Filio. Quia igitur Christi ascensio nostra provectio est, et quo praecessit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis, dignis, dilectissimi, exsultemus gaudiis, et pia gratiarum actione laetemur. Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus, sed etiam
421 caelorum in Christo superna penetravimus, ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quam per diaboli amiseramus
415 invidiam. Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei Filius ad dexteram Patris collocavit.

105 75, 3. Nemo aestimet in iis, quae corporeis visa sunt 2212
αὐτό, καὶ προϊὼν ἀεί, καὶ μένων, καὶ ἀποκαθιστάμενος.

2284 7, 3. Ἐπὶ δὲ τούτοις ζητῆσαι χρὴ πῶς ἡμεῖς Θεὸν γινώ- 109
σκομεν, οὐδὲ νοητόν, οὐδὲ αἰσθητόν, οὐδέ τι καθόλου τῶν
ὄντων ὄντα. Μήποτε οὖν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι Θεὸν γινώσκομεν
οὐκ ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως (ἄγνωστον γὰρ τοῦτο, καὶ πάντα
λόγον καὶ νοῦν ὑπεραῖρον), ἀλλ' ἐκ τῆς πάντων τῶν ὄντων 113 114
διατάξεως, ὡς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης, καὶ εἰκόνας τινὰς καὶ 115
ὁμοιώματα τῶν θείων αὐτοῦ παραδειγμάτων ἐχούσης, εἰς τὸ
ἐπέκεινα πάντων ὁδῷ καὶ τάξει κατὰ δύναμιν ἄνειμεν ἐν τῇ
πάντων ἀφαιρέσει καὶ ὑπεροχῇ, καὶ ἐν τῇ πάντων αἰτίᾳ.

2285 10, 1. Τὸ μὲν γὰρ [παντοκράτωρ ὁ Θεός] λέγεται διὰ τὸ 235
πάντων αὐτὸν εἶναι παντοκρατορικὴν ἕδραν, συνέχουσαν καὶ

---

amorem vero et dilectionem, tamquam vim motricem et sursum
trahentem ad se, qui solus est, ipsum per se pulchrum et bonum,
et tamquam manifestationem sui ipsius per se ipsum, et ut benignum
processum eximiae illius unionis, et amatoriam motionem, simplicem,
per se mobilem, per se operantem, praeexsistentem in bono, et
ex bono in ea quae sunt redundantem ac rursus ad bonum re-
vertentem. Qua in re et fine et principio se carere divinus amor
excellenter ostendit, tamquam sempiternus circulus, propter bonum,
ex bono, in bono, et ad bonum, indeclinabili conversione cir-
cumiens, in eodem et secundum idem, et procedens semper et
manens et remeans.

2284 7, 3. Praeterea quaerendum est quomodo Deum cognoscamus, 109
qui neque sensu percipitur nec intellectu, et nihil omnino est ex
iis quae sunt. An non potius vere dicatur quod Deum non cogno-
scimus ex natura eius (id enim quod natura eius est, incognitum
est, et omnem rationem et mentem superat), sed ex ordine omnium 113 114
rerum, tamquam ab ipso proposito, et imagines quasdam et simili- 115
tudines exemplarium eius divinorum in se habente, ad cognoscendum
illud summum bonum et omnium bonorum finem, via et ordine
pro viribus ascendimus, in ablatione et superlatione omnium et in
omnium causa.

2285 10, 1. [Omnitenens Deus] quidem dicitur, quod ipse sit omnium 235
sedes, omnia continens atque complectens, et cuncta stabiliens,

---

2284. MG 3, 869. 2285. MG 3, 936.

περιέχουσαν τὰ ὅλα, καὶ ἐνιδρύουσαν, καὶ θεμελιοῦσαν, καὶ περισφίγγουσαν, καὶ ἀρραγὲς ἐν ἑαυτῇ τὸ πᾶν ἀποτελοῦσαν, καὶ ἐξ αὐτῆς τὰ ὅλα, καθάπερ ἐκ ῥίζης παντοκρατορικῆς, προάγουσαν, καὶ εἰς ἑαυτὴν τὰ πάντα, καθάπερ εἰς πυθμένα παντοκρατορικόν, ἐπιστρέφουσαν καὶ συνέχουσαν αὐτά.

De ecclesiastica hierarchia.

125 C. 1, n. 3. Ταύτῃ δὲ τῇ πάντων ἐπέκεινα θεαρχικωτάτῃ 2286
136 μακαριότητι, τῇ τρισσῇ τῇ μονάδι τῇ ὄντως οὔσῃ, κατὰ τὸ ἡμῖν μὲν ἀνέφικτον, αὐτῇ δὲ ἐπιστητόν, θέλημα μέν ἐστιν ἡ
358 λογικὴ σωτηρία καθ' ἡμᾶς τε καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσιῶν· ἡ δὲ οὐχ ἑτέρως γενέσθαι δύναται, μὴ θεουμένων τῶν σῳζομένων. Ἡ δὲ θέωσίς ἐστιν ἡ πρὸς Θεόν, ὡς ἐφικτόν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις.

555 C. 5, n. 3, § 1. Κοινὰ μὲν ἔστι τοῖς ἱεράρχαις τε καὶ ἱερεῦσι 2287
καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν ἡ πρὸς τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγή, καὶ ὑπόπτωσις, ἡ τῆς
561 ἱεραρχικῆς χειρὸς ἐπίθεσις, ἡ σταυροειδὴς σφραγίς, ἡ ἀνάρρησις,
556 ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός· ἐξαίρετα δὲ καὶ ἔκκριτα τοῖς ἱεράρχαις μὲν ἡ τῶν λογίων ἐπὶ κεφαλῆς ἐπίθεσις, οὐκ ἐχόντων τοῦτο τῶν ὑφειμένων ταγμάτων· τοῖς δὲ ἱερεῦσιν ἡ ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν κλίσις, οὐκ ἐχούσης τοῦτο τῆς τῶν λειτουργῶν τελειώσεως· οἱ γὰρ λειτουργοί, καθὼς εἴρηται, τὸν ἕνα κλίνουσιν τοῖν ποδοῖν μόνον.

---

fundans atque constringens, et universum insolubile in se ipso praestans, et ex se, veluti ex omnitenente radice, cuncta producens, atque ad se, tamquam ad fundum, omnitenens, universa convertens et continens.

125 1, 3. Huic omnia transcendenti divinissimae beatitudini, trinae 2286
136 unitati, vere exsistenti, modo quidem nobis incomprehenso, illi autem notissimo, in votis quidem est rationalis creaturae salus,
358 tam nostra quam mentium supernarum; verumtamen haec salus iis, qui salvantur, nonnisi deificatis potest obtingere. Est autem haec deificatio, Deo quaedam, quoad fieri potest, assimilatio unioque.

555 5, 3, 1. Communia quidem sunt et pontificibus et sacerdotibus 2287
et ministris, cum consecrantur, accessus ad divinum altare, genuum
561 flexio, pontificiae manus impositio, crucis impressio, praedicatio,
556 perficiens salutatio; praecipua vero et episcopis propria est scripturarum supra caput impositio, quod inferiores ordines non habent; sacerdotibus autem utriusque pedis inclinatio, quo caret consecratio ministrorum; ministri enim, ut dictum est, alterum tantum genu flectunt.

2286. MG 3, 373. 2287. MG 3, 509.

S. LEONTIUS BYZANTINUS, ca 485—ca 543.

Contra Nestorianos et Eutychianos, 529/44.

2287 a L. 1. Οὐ ταὐτόν, ὦ οὗτοι, ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον, ὥσπερ ἕτερον οὐσία καὶ ἐνούσιον· ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τὸν τινὰ δηλοῖ, τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὴν οὐσίαν· καὶ ἡ μὲν ὑπόστασις πρόσωπον ἀφορίζει τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι· τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς δηλοῖ ὃ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται. . . . Ὁ τοίνυν λέγων· Οὐκ ἔστιν φύσις ἀνυπόστατος, ἀληθὲς μὲν λέγει· οὐ μὴν ὀρθῶς συμπεραίνει, τὸ μὴ ἀνυπόστατον συνάγων εἰς τὸ ὑπόστασιν εἶναι. . . . Ἀνυπόστατος μὲν οὖν φύσις, τουτέστιν οὐσία, οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Οὐ μὴν ἡ φύσις ὑπόστασις, ὅτι μηδὲ ἀντιστρέφει. 385

2287 b 1. Τέλειος μὲν γάρ ἐστιν ὁ Λόγος, καὶ πλήρης καὶ παρεκτικὸς τελειότητος· τελεία δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή, ὡς πρὸς τὸν ὅρον τῆς ὑπάρξεως. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Λόγος τέλειος Χριστός, κἂν τέλειος εἴη Θεός, μὴ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτῷ συντεταγμένης· οὔτε ἡ ψυχὴ τέλειος ἄνθρωπος, κἂν τελείαν ἔχει οὐσίαν, μὴ τοῦ σώματος αὐτῇ συνεπινοουμένου. 385

2287 c 1. Ἡμεῖς κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τὰς πατροπαραδότους θεωρίας, πολλάκις τὸ ὅλον ἐκ μέρους, καὶ τὰ μέρη τῇ τοῦ ὅλου κλήσει προσαγορεύομεν, Υἱὸν ἀνθρώπου τὸν Λόγον ὀνομάζοντες καὶ Κύριον τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι ὁμολογοῦντες. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τῇ ἀντιδόσει τῶν ἰδιωμάτων ἀναιροῦμεν 392

2287 a 1. Non est idem, o viri, hypostasis et enhypostatum, sicut aliud est substantia et aliud esse in substantia; nam hypostasis aliquem unum declarat, esse autem enhypostatum declarat substantiam; et hypostasis quidem personam definit proprietatibus designantibus, enhypostatum vero significat non esse accidens quod in alio habet ut sit, et non in se cernitur. . . . Qui igitur dicit: Non est natura sine hypostasi, verum dicit; non tamen recte concludit, cum concludit quod non est sine hypostasi esse hypostasin. . . . Natura igitur, id est, substantia, numquam sine hypostasi esse poterit; non tamen natura est hypostasis, quia neque convertitur. 385

2287 b 1. Perfectum namque est Verbum, et plenum et praebens perfectionem; perfecta autem est anima hominis, quantum ad definitionem essentiae suae. Sed neque Verbum est perfectus Christus, non unita sibi humanitate, quamvis perfectus Deus sit, nec anima perfectus homo est, licet perfectam substantiam habeat, corpore non simul cum ea cogitato. 385

2287 c 1. Nos secundum divinas scripturas et speculationes a patribus traditas, saepe totum ex parte et partem nomine totius afficimus, cum Verbum Filium hominis nominamus et Dominum gloriae crucifixum confitemur. Sed non propterea communicatione idio- 392

2287 a. MG 86, 1, 1277. 2287 b. MG 86, 1, 1281.
2287 c. MG 86, 1, 1289.

385 τὸν ἴδιον λόγον τῆς θατέρου ἐν ταὐτῷ ἰδιότητος. Πρὸς δὲ καὶ διὰ κυρίων ἡμῖν ταῦτα τῶν ὀνομάτων γνωρίζεται, τὴν μὲν ἀντίδοσιν τῶν ἰδιωμάτων ἐν τῇ μιᾷ ὑποστάσει θεωροῦσι, τὴν
383 δὲ ἰδιότητα τὴν ἐν τῇ κοινότητι ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν φύσεων ἐπιγινώσκουσιν.

ZACHARIAS MITYLENUS, saec. VI.

De mundi opificio.

196 Χ ρ ι σ τ ι α ν ό ς. Ποιητὴν καὶ αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν 2288 συνομολογοῦμεν. — Α μ μ ώ ν ι ο ς. Ναί. — Χ. Συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸν κόσμον εἶναι ὑποτοπάζετε; — Α. Πάνυ γε. — Χ. Τὰ συναΐδια τῶν ἅμα ἐστί. — Α. Πῶς γὰρ οὔ; — Χ. Τὰ ἅμα ὄντα, ἐξ-αλλήλων ἔχειν αἰτίαν οὐ δύναται ποιητικήν; — Α. Οὔ. — Χ. Ὁ ἄρα κόσμος συναΐδιος ὢν τῷ Θεῷ, καθ' ὑμᾶς, ἐκ Θεοῦ ἔχειν ποιητικὴν αἰτίαν οὐ δύναται· ἀλλὰ μὴν ποιητικὸν τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου ἐλέγχομεν. — Α. Ναί. — Χ. Οὐκ ἄρα συναΐδιος ἔσται τῷ Θεῷ ὁ κόσμος. Πᾶν γὰρ ποίημα τοῦ ποιήσαντος δευτερεύει αἰτίᾳ καὶ χρόνῳ.

S. SOPHRONIUS, † 638.

Epistula synodica ad Sergium Constplt., 634.

390 Πᾶσαν φωνὴν καὶ ἐνέργειαν, κἂν θεία τις ᾖ καὶ οὐράνιος, 2289 ἢ ἀνθρωπίνη τε καὶ ἐπίγειος, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ προϊέναι Χριστοῦ καὶ Υἱοῦ δογματίζομεν, καὶ τῆς μιᾶς αὐτοῦ συνθέτου

---

matum tollimus propriam rationem proprietatis alterutrius in eodem.
385 Deinde haec etiam nobis per propria nomina declarantur, cum communicationem quidem idiomatum in una hypostasi contem-
383 plamur, proprietatem vero quae est in communitate, in differentia naturarum agnoscimus.

196 *Christianus.* Effectorem et causam mundi Deum pariter con- 2288 fitemur. — *Ammonius.* Sane. — *C.* Coaeternum Deo mundum esse suspicamini? — *A.* Maxime. — *C.* Coaeterna sunt de eorum genere quae sunt simul. — *A.* Quidni? — *C.* Quae sunt simul, alia ex aliis causam habere effectricem non queunt? — *A.* Non. — *C.* Mundus igitur coaeternus cum sit Deo, vestro suffragio, ex Deo habere effectricem causam non potest. Atqui effectorem Deum mundi dicebamus. — *A.* Certe. — *C.* Non igitur coaeternus erit Deo mundus. Omne enim effectum effectore posterius est causa et tempore.

390 Omnem vocem et operationem, sive divina quaedam sit et cae- 2289 lestis, sive humana et terrena, ex uno eodemque Christo et Filio procedere edocemus, et ex una composita et singulari subsistentia,

---

2288. MG 85, 1113. 2289. MG 87, 3, 3172.

καὶ μοναδικῆς ὑποστάσεως, ὃς σεσαρκωμένος τοῦ Θεοῦ Λόγος
ἐτύγχανεν, ὁ καὶ ἑκατέραν ἀμερίστως καὶ ἀσυγχύτως ἐνέργειαν
κατὰ τὰς ἑαυτοῦ φύσεις ἐξ ἑαυτοῦ φυσικῶς προβαλλόμενος. . . .
Ἦν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα· οὐκ ἐπειδήπερ φύσις 408
ἦν οὐκ ἀνθρώπειος, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἑκουσίως γέγονεν ἄνθρωπος,
καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς ἑκουσίως αὐτὰ προσεδέχετο· καὶ οὐ
τυραννικῶς ἢ ἀναγκαστῶς ἔστιν ὅτε καθ' ἡμᾶς καὶ ἀβουλήτως,
ἀλλ' ἡνίκα καὶ ὅσον ἐβούλετο. . . . Τὰ δὲ θεῖα καὶ λαμπρὰ καὶ
ὑπέρτατα, . . . ὁποίαπερ ἦν ἡ ἄσπορος σύλληψις, ἡ Ἰωάννου
ἐγγάστριος σκίρτησις, ὁ τόκος ὁ ἄφθορος, ἡ παρθενία ἡ 432
ἄχραντος, ἡ πρὸ τοῦ τόκου καὶ ἐν τῷ τόκῳ καὶ μετὰ τὸν τόκον
ἀλώβητος, . . . ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀπὸ γῆς πολυθαύματος καὶ 427
ἐνσώματος ἄνοδος, . . . ἅπερ ἅπαντα ὑπὲρ λόγον καὶ φύσιν
ἀνθρωπίνην τελούμενα, τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου θείας οὐσίας καὶ
φύσεως ὁμολογουμένως ὑπῆρχε τεκμήρια, εἰ καὶ διὰ σαρκὸς
ἐνηργεῖτο καὶ σώματος, καὶ οὐ δίχα σαρκὸς λογικῶς ἐψυχωμένης 378
ἐπράττετο. . . . Καὶ γὰρ ἀληθῶς ὁ Λόγος σεσάρκωται, καὶ 376
ἀψευδῶς σαρκωθεὶς σεσωμάτωται, καὶ εἷς Υἱὸς ἐγινώσκετο ὁ
πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ προφέρων ἐνέργειαν θείαν τε καὶ ἀνθρώπειον.

2290 [Ἀνάθεμα] Θεμίστιος ὁ τῆς ἀγνοίας πατὴρ καὶ γεννήτωρ καὶ 404
σπορεὺς ἀθεσμότατος, ὃς ἀγνοεῖν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν
ἡμῶν τὴν ἡμέραν ἐφληνάφει τῆς κρίσεως, ἀγνοῶν ἅπερ αὐτὸς
ὁ θεήλατος ἔφασκε, καὶ μὴ εἰδὼς ἅπερ ἀμφιγνοῶν ἀνεφθέγγετο.
Εἰ μὴ γὰρ ἠγνόει τῶν οἰκείων λόγων τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν τὴν

---

quod incarnatum Dei Verbum exstabat, quod utramque insepara-
biliter et inconfuse operationem secundum naturas suas a seipso
naturaliter proferebat. . . . Erant humana eius ultra hominem, non 408
quod natura non erat humana, sed quia sponte factus est homo;
et homo factus sponte haec recipiebat, et non tyrannice vel ne-
cessitate, ut nos plerumque, et involuntarie, sed quando et quantum
volebat. . . . Illa vero divina praeclaraque et sublimia, . . . cuius-
modi erant inseminata conceptio, Ioannis intra uterum exsultatio,
partus ipse incorruptibilis, illibata virginitas quae ante partum et 432
in partu et post partum est intemerata, . . . in caelum a terra 427
peradmirabilis et corporalis ascensio, . . . quae omnia, ultra naturam
et sermonem humanum effecta, divinae Dei Verbi essentiae et
naturae profecto exsistebant indicia, etsi per carnem agebantur et
corpus, neque sine carne rationaliter animata gerebantur. . . . Et- 378
enim Verbum veraciter caro factum est et absque mendacio cor- 376
poratum est, atque unus Filius cognoscebatur qui omnem ex se
proferebat operationem, divinam et humanam.

2290 [Anathema] Themistius, qui fuit ignorantiae pater et genitor atque 404
seminator nefandissimus, qui Christum verum Deum nostrum diem
iudicii nescisse delirabat, nesciens quae ipse iam a Deo proiectus
assereret, et non recognoscens quae ignorando loquebatur. Nisi
enim ignorasset verborum suorum virtutem, non utique letiferam

---

2290. MG 87, 3, 3192.

ὀλέθριον ἄγνοιαν τέτοκε, καὶ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἄγους θερμῶς ὑπερήσπιζεν, ἀγνοεῖν τὸν Χριστόν, οὐ καθὸ Θεὸς ὑπῆρχεν ἀΐδιος, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, τὴν ἡμέραν τῆς συντελείας καὶ κρίσεως ἐξ ἀφρόνων φρενῶν ἐρευγόμενος.

MISSALE GOTHICUM SEU GOTHICO-GALLICANUM, saec. VI vel VII.

Missa in assumptione B. M. Virginis.

436 *Contestatio.* Dignum et iustum est, omnipotens Deus, nos 2290 a
tibi magnas merito gratias agere, tempore celeberrimo, die prae ceteris honorando, quo fidelis Israel egressus est de Aegypto, quo virgo Dei genetrix de mundo migravit ad
435 Christum. Quae nec de corruptione suscepit contagium, nec resolutionem pertulit in sepulcro; pollutione libera, germine
430 gloriosa, assumptione secura, paradiso dote praelata; nesciens damna de coitu, sumens vota de fructu; non subdita dolori per partum, non labori per transitum, nec vita voluntate, nec funus solvitur vi naturae.

S. GREGORIUS I MAGNUS, 540—604.

Epistulae.

13 (L. 1) ep. 25 [Ioanni Cstplt. et ceteris patriarchis]. Sicut sancti 2291
64 evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere et venerari me fateor: nicaenum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis exsistat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. . . . Cunctas vero quas praefata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector; quia, dum universali sunt consensu constituta, se et non illa

---

ignorantiam peperisset et ignorantiae foeditatem ferventer defenderet, ignorare Christum non secundum id quod Deus erat sempiternus, sed secundum quod veraciter homo factus, diem consummationis atque iudicii ex insipientia mentis eructans.

2290 a. ML 72, 245. 2291. MGh Epp. 1, 36; ML 77, 478.

destruit quisquis praesumit aut solvere quos religant aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.

2292 (1) 43 [Leandro episc. hispalensi]. De trina vero mersione 464
baptismatis nil responderi verius potest quam ipsi sensistis, quia in una fide nil officit sanctae ecclesiae consuetudo diversa. . . . Reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari.

2293 (1) 44 [Petro subdiacono Siciliae]. Ante triennium subdiacones 566
omnium ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant ut more romanae ecclesiae suis uxoribus nullatenus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut, qui usum eiusdem continentiae non invenit neque castitatem ante proposuit, compellatur a sua uxore separari atque per hoc, quod absit, deterius cadat. Unde videtur mihi, ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur ut nullum facere subdiaconum praesumant nisi qui se victurum caste promiserit.

2294 (4) 26 [Ianuario episc.]. Pervenit quoque ad nos quosdam 480
scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati[1] sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus; sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri et in frontibus baptizatos[1] chrismate tangere debeant concedimus.

2295 (5) 18 [Ioanni episc.]. Sancti ante legem, sancti sub lege, 33
sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini in membris sunt ecclesiae constituti.

2296 (7) 25 [Gregoriae]. Quod vero dulcedo tua in suis epistulis 365
subiunxit, importunam se mihi exsistere, quoadusque scribam mihi esse revelatum quia peccata tua dimissa sint, rem et difficilem etiam et inutilem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum cui revelatio fieri debeat; inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minime valebis.

2296 (10) 39. De scientia Christi, v. DB 248.*

2297 (11) 45 [Theoctistae patriciae]. Si enim dicunt religionis causa 572
coniugia debere dissolvi, sciendum est quia, etsi hoc lex hu-

---

[1] Sic alq. mss. et edd.; plures vero, inter quos MGh et ML: baptizandi, baptizandos. Quae si lectio admittitur, iam non agitur de confirmatione.

2292. MGh Epp. 1, 57; ML 77, 497.
2293. MGh Epp. 1, 67; ML 77, 505.
2294. MGh Epp. 1, 261; ML 77, 696.
2295. MGh Epp. 1, 341; ML 77, 740.
2296. MGh Epp. 1, 465; ML 77, 878.
2297. MGh Epp. 2, 294; ML 77, 1161.

mana concessit, lex tamen divina prohibuit. Per se enim Veritas dicit: *Quae Deus iunxit, homo non separet* [Mt 19, 6]. Quae etiam ait: *Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis* [ib. 9]. Quis ergo huic caelesti legislatori contradicat?

355 (11) 45. Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus 2298
non dimitti, dicat in Mari Rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas quam umbra veritatis.

578 (11) 64 [Augustino Anglorum episc.]. *Responsio Gregorii ad* 2299
579 *interr. 6 Augustini.* Et quidem terrena lex in romana republica permittit, ut sive fratris et sororis, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam praediximus a se omnimodo debet abstinere. Cum noverca autem miscere grave est facinus.

564 (11) 64. *Interr. 8.* Si longinquitas itineris magna inter- 2300
iacet, ut episcopi non facile valeant convenire, an debeat sine aliorum episcoporum praesentia episcopus ordinari? — *Resp.* Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes.

(11) 67. De baptismo et ordinibus haereticorum et de tempore unionis 2300*
hypostaticae, v. DB 249 sq.

578 (14) 17 [Felici episc. messanensi]. Quod autem scripsi [v. n. 2299] 2301
Augustino, Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, ut recordaris, tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi et Anglorum genti, quae nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat metuendo austeriora recederet, specialiter et non generaliter ceteris me scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis romana civitas exstitit testis, nec ea intentione haec illis scriptis mandavi, ut, postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inventi, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem, coniungantur.

Moralia, 578—595.

65 Praef., c. 1, n. 2. Quis haec [librum Iob] scripserit, valde super- 2302
vacue quaeritur, cum tamen auctor libri Spiritus Sanctus fideliter

---

2298. MGh Epp. 2, 295; ML 77, 1162.
2299. MGh Epp. 2, 335; ML 77, 1189.
2300. MGh Epp. 2, 336; ML 77, 1191.
2301. ML 77, 1323; deest in MGh. 2302. ML 75, 517.

credatur. Ipse igitur haec scripsit qui scribenda dictavit. Ipse
scripsit qui et in illius opere inspirator exstitit, et per scribentis
vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Si magni cuius- 66
dam viri susceptis epistulis legeremus verba, sed quo calamo
fuissent scripta quaereremus, ridiculum profecto esset epistula-
rum auctorem scire sensumque cognoscere, sed quali calamo
earum verba impressa fuerint indagare. Cum ergo rem cogno-
scimus, eiusque rei Spiritum Sanctum auctorem tenemus, quia
scriptorem quaerimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras
de calamo percontamur?

2303 L. 2, c. 3, n. 3. In hoc itaque est nunc natura angelica a 201
naturae nostrae condicione distincta, quod nos et loco circum- 202
scribimur et caecitatis ignorantia coartamur; angelorum vero
spiritus loco quidem circumscripti sunt, sed tamen eorum
scientiae longe super nos incomparabiliter dilatantur. Interius
quippe exteriusque sciendo distenti sunt, quia ipsum fontem 107
scientiae contemplantur. Quid enim de his, quae scienda sunt,
nesciunt qui scientem omnia sciunt? Eorum itaque scientia
comparatione nostrae valde dilatata est, sed tamen compara-
tione divinae scientiae angusta; sicut et ipsi illorum spiritus 200
comparatione quidem nostrorum corporum spiritus sunt, sed
comparatione summi et incircumscripti spiritus, corpus. Et 209
mittuntur igitur et assistunt, quia et per hoc quod circum-
scripti sunt, exeunt, et per hoc quod intus quoque praesentes
sunt, numquam recedunt. Et faciem ergo Patris semper vident
[Mt 18, 10], et tamen ad nos veniunt, quia et ad nos spiritali
praesentia foras exeunt, et tamen ibi se, unde recesserant, per
internam contemplationem servant.

2304 2, 12, 20. Quia ipse [Deus] manet intra omnia, ipse extra 100
omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia, et superior est
per potentiam et inferior per sustentationem, exterior per
magnitudinem et interior per subtilitatem, sursum regens
deorsum continens, extra circumdans interius penetrans; nec
alia ex parte superior, alia inferior, aut alia ex parte exterior,
atque ex alia manet interior; sed unus idemque totus ubique
praesidendo sustinens, sustinendo praesidens, circumdando
penetrans, penetrando circumdans.

2305 3, 14, 26. Nisi primus homo delinqueret, secundus ad pas- 406
sionis probra minime veniret. . . . Nisi enim Adam primum
per voluntarium vitium in animae mortem traxisset, Adam
secundus sine vitio in carnis mortem voluntariam non ve- 403
niret. . . . 27. Mediator etenim noster puniri pro semetipso 398
non debuit, quia nullum culpae contagium perpetravit. Sed
si ipse indebitam non susciperet, numquam nos a debita morte

2303. ML 75, 556. 2304. ML 75, 565. 2305. ML 75, 612.

liberaret. Pater ergo, cum iustus sit, iustum puniens, omnia
iuste disponit; quia per hoc cuncta iustificat, quod eum, qui
sine peccato est, pro peccatoribus damnat.

440 4, Praef., 3. Quisquis regenerationis unda non solvitur, 2306
reatu primi vinculi ligatus tenetur; quod vero apud nos valet
aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola
442 fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro his, qui ex
Abrahae stirpe prodierant, mysterium circumcisionis.

194 4, 3, 8. Duas vero ad intellegendum se creaturas fecerat, 2307
208 angelicam videlicet et humanam; utramque vero superbia
perculit, atque ab statu ingenitae rectitudinis fregit. Sed una
tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne
200 gestavit. Angelus namque solummodo spiritus, homo vero et
410 spiritus est et caro. Misertus ergo creator ut redimeret illam
ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpae ex in-
firmitate aliquid constat habuisse; et eo altius debuit apostatam
angelum repellere, quo, cum a persistendi fortitudine corruit,
nihil infirmum ex carne gestavit.

612 4, 36, 70. Quia in hac vita nobis est discretio operum, erit 2308
in illa procul dubio discretio dignitatum, ut, quod hic alius
alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat.
Unde in evangelio Veritas dicit: *In domo Patris mei mansiones
multae sunt* [Io 14, 2]. Sed in iisdem multis mansionibus erit
aliquo modo ipsa retributionum diversitas concors; quia tanta
vis in illa pace nos sociat, ut, quod in se quisque non ac-
ceperit, hoc se accepisse in alio exsultet. Unde et non
aeque laborantes in vinea [cf. Mt 20, 10] aeque cuncti denarium
sortiuntur. Et quidem apud Patrem mansiones multae sunt,
et tamen eumdem denarium dispares laboratores accipiunt;
quia una cunctis erit beatitudo laetitiae, quamvis non una sit
omnibus sublimitas vitae.

542 9, 34, 54. Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia 2309
delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo
in se paenitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans
percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus
sine vindicta laxatur.

235 16, 37, 45. Aliud est esse, aliud principaliter esse; aliud 2310
mutabiliter, atque aliud immutabiliter esse. Sunt enim haec
omnia, sed principaliter non sunt, quia in semetipsis minime
subsistunt, et nisi gubernantis manu teneantur, esse nequaquam
189 possunt. . . . Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorumque
essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium
regiminis manu retineret.

2306. ML 75, 635. 2307. ML 75, 642. 2308. ML 75, 677.
2309. ML 75, 889. 2310. ML 75, 1143.

2311 17, 30, 46. Vir iste prophetico plenus spiritu superbum 420
diabolum prudentia Dei potius maluit dicere quam fortitudine
esse percussum. Non enim ait fortitudo, sed prudentia eius
percussit superbum. Nam quamvis, sicut dictum est, propter
naturam simplicem, Dei fortitudo sapientia sit, Dominus tamen
diabolum, quantum ad faciem spectat, non virtute sed ratione
superavit. Ipse namque diabolus in illa nos parentis primi
radice supplantans, sub captivitate sua quasi iuste tenuit
hominem, qui, libero arbitrio conditus, ei iniusta suadenti
consensit. Ad vitam namque conditus in libertate propriae
voluntatis, sponte sua factus est debitor mortis. Delenda ergo 409
erat talis culpa, sed nisi per sacrificium deleri non poterat;
quaerendum erat sacrificium, sed quale sacrificium poterat
pro absolvendis hominibus inveniri? Neque enim iustum fuit 419
ut pro rationali homine brutorum animalium victimae caede-
rentur. . . . Ergo si bruta animalia propter rationale animal, 416
id est, pro homine, dignae victimae non fuerunt, requirendus
erat homo qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rationali
peccante rationalis hostia mactaretur. Sed quid quod homo 397
sine peccato inveniri non poterat, et oblata pro nobis hostia
quando nos a peccato mundare potuisset, si ipsa hostia pec-
cati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mun-
dare non potuisset. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat
offerendus; ut vero a peccatis mundaret hominem, homo et
sine peccato. Sed quis esset sine peccato homo, si ex peccati
commixtione descenderet? Proinde venit propter nos in uterum
virginis Filius Dei, ibi pro nobis factus est homo. Sumpta
est ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis sacrificium,
corpus suum exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato,
quae et humanitate mori et iustitia mundare potuisset.

2312 18, 52, 85. Non purus homo conceptus atque editus, post 386
per meritum ut Deus esset accepit, sed nuntiante angelo et 392
adveniente Spiritu, mox Verbum in utero, mox intra uterum
Verbum caro, et manente incommutabili essentia, quae ei est
cum Patre et cum Sancto Spiritu coaeterna, assumpsit intra 383
virginea viscera unde et impassibilis pati, et immortalis mori,
et aeternus ante saecula temporalis posset esse in fine sae-
culorum, ut per ineffabile sacramentum, conceptu sancto et 431
partu inviolabili, secundum veritatem utriusque naturae, eadem
virgo et ancilla Domini esset et mater. . . . Et quamvis ipse 385
aliud ex Patre, aliud ex virgine, non tamen alius ex Patre,
alius ex virgine, sed ipse est aeternus ex Patre, ipse temporalis
ex matre; ipse qui fecit, ipse qui factus est. . . . Ipse ante
saecula de Patre sine matre, ipse in fine saeculorum de matre
sine patre; ipse templum, ipse conditor templi; ipse auctor

2311. ML 76, 32. 2312. ML 76, 89.

operis, ipse opus auctoris; manens ex utraque et in utraque
382 natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum
distinctione geminatus.

118 20, 32, 63. [Deus] dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur paeni- 2313
112 tens, dicitur misericors, dicitur praescius, ut, quia castitatem
animae uniuscuiusque custodit, humano modo zelans vocetur,
quamvis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit,
dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur.
Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutat, paenitere
dicitur, quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum
miseriae nostrae subvenit, misericors vocatur, quamvis miseris
subveniat, et cor miserum numquam habeat. Et quia ea, quae
nobis futura sunt, videt, quae tamen ipsi semper praesto sunt,
praescius dicitur, quamvis nequaquam futurum praevideat, quod
praesens videt. Nam et quaeque sunt, non in aeternitate eius
ideo videntur quia sunt, sed ideo sunt quia videntur.

292 25, 11, 28. Sciendum quippe est quod peccatum tribus modis 2314
committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio
perpetratur. Et gravius quidem infirmitate quam ignorantia,
sed multo gravius studio quam infirmitate peccatur.

89 27, 25, 48. Fugiant ergo iniqui humanos oculos, semetipsos 2315
certe fugere non possunt. Quia enim malum quod faciunt
noverunt, habent testem conscientiam, habent iudicem rationem
suam. . . . Certe ipsi sibi in conscientia testes sunt quia excusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam
Deus hominem condidit, in manu omnium hominum signat,
ut noverint singuli opera sua.

329 33, 21, 40. Bonum quod agimus et Dei est et nostrum: Dei 2316
327 per praevenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam
voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in aeternum
366 agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui
praemia speramus? Quia ergo non immerito gratias agimus,
scimus quod eius munere praevenimur; et rursum quia non
immerito retributionem quaerimus, scimus quod obsequente
libero arbitrio bona elegimus quae ageremus.

594 34, 19, 36. At inquiunt: Sine fine puniri non debet culpa 2317
cum fine. Iustus nimirum est omnipotens Deus, et quod non
aeterno peccato commissum est, aeterno non debet puniri
tormento. Quibus citius respondemus quod recte dicerent, si
iudex iustus districtusque veniens non corda hominum sed
facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia
cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine vivere, ut sine
fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt
peccare quam vivere; et ideo hic semper vivere cupiunt, ut

2313. ML 76, 175. 2314. ML 76, 339. 2315. ML 76, 427.
2316. ML 76, 699. 2317. ML 76, 738.

numquam desinant peccare cum vivunt. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, ut numquam careant supplicio quorum mens in hac vita numquam voluit carere peccato; et nullus detur iniquo terminus ultionis, quia, quamdiu valuit, habere noluit terminum criminis.

Dialogi, 593/4.

2318 L. 4, c. 6. Cum Paulus dicat: *Est enim fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* [Hebr 11, 1], hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. 263

2319 4, 11. Presbyter quidam commissam sibi cum magno timore Domini regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis acceptae presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere numquam sinebat, eamque sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absciderat. 566

2320 4, 28. Qua ratione credendum est quia rem incorpoream tenere ignis corporeus possit? . . . 29. Teneri spiritum per ignem dicimus, ut in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Ignem namque eo ipso patitur quo videt; et quia concremari se aspicit, concrematur. Sicque fit ut res corporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor invisibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur; quamvis colligere ex dictis evangelicis possumus quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patiatur. . . . Si diabolus eiusque angeli, cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animae, et antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta? 592 593 200 586

2321 4, 39. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio praesentatur. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod Veritas dicit quia, si quis in Sancto Spiritu blasphemiam dixerit, *neque in hoc saeculo remittetur ei neque in futuro* [Mt 12, 32]. In qua sententia datur intellegi quasdam culpas in hoc saeculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut praedixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est. 584 587

2322 4, 43. Unus quidem est gehennae ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tanta illic sentitur poena. . . . 44. Constat nimis et 595 594

2318. ML 77, 329. 2319. ML 77, 336. 2320. ML 77, 365.
2321. ML 77, 396. 2322. ML 77, 401.

incunctanter verum est quia, sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorum.

520 4, 58. Haec singulariter victima ab aeterno interitu animam 2323
salvat, quae illam nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui licet *resurgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* [Rom 6, 9], tamen in semetipso im-
517 mortaliter atque incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium
513 funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti Filii semper imitatur.

In Ezechielem homiliae.

238 L. 1, hom. 5, n. 11. In sanctorum cordibus [Spiritus Sanctus] 2324
iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdam vero recessurus venit, et venturus recedit. In fide etenim, spe atque caritate, et in bonis aliis, sine quibus ad caelestem patriam non potest perveniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiae vero virtute, doctrinae facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit.

203 1, 7, 18. Natura angelica, quando creata est, liberum ar- 2325
bitrium accepit, utrum vellet in humilitate persistere et in omnipotentis Dei conspectu permanere, an ad superbiam laberetur et a beatitudine caderet, per similitudinem a qua fuit.
207 Sed quia cadentibus aliis sancti angeli in sua beatitudine perstiterunt, atque hoc acceperunt in munere, ut iam cadere omnino non possint, in iis natura sua, quia iam duci mutabiliter non potest, quasi in magnitudinem crystalli durata est [cf. Ez 1, 22].

329 1, 9, 2. In his considerandum quia, sic bona nostra si 2326
366 omnipotentis Dei dona sunt ut in iis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis aeternam retributionem quaerimus? Si autem ita nostra sunt ut dona Dei omnipotentis non sint,
295 cur ex iis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem
327 nostra et omnipotentis Dei sunt et nostra, quia ipse aspirando
328 nos praevenit ut velimus, qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus, sed possimus implere quae volumus. Praeveniente ergo gratia et bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis Dei donum est, fit meritum nostrum.

2323. ML 77, 425. 2324. ML 76, 825. 2325. ML 76, 849.
2326. ML 76, 870.

2327 1, 9, 6. Nec fides sine operibus nec opera adiuvant sine 362
fide, nisi fortasse pro fide percipienda fiant; sicut Cornelius 363
[Act 10, 1 sqq] ante pro bonis operibus meruit audiri quam
fidelis exsisteret; qua ex re colligitur quia bona opera pro
fide percipienda faciebat.

2328 2, 3, 4. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, 240
quando unaquaeque virtus quasi quibusdam gradibus augetur,
et sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud 368
namque sunt virtutis exordia, aliud provectus, aliud perfectio.
Si enim ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam
gradibus duceretur, sancti apostoli minime dixissent: *Adauge
nobis fidem* [Lc 17, 5].

2329 2, 4, 12. Hoc quoque nobis sciendum est quia et per 81
incrementa temporum crevit scientia spiritalium patrum. Plus
namque Moyses quam Abraham, plus prophetae quam Moyses,
plus apostoli quam prophetae in omnipotentis Dei scientia
eruditi sunt. Fallor si haec ipsa scriptura non loquitur: *Pertransibunt,* inquit, *plurimi, et multiplex erit scientia* [Dn 12, 4].

In evangelia homiliae.

2330 L. 1, hom. 16, n. 1. Deus, qui in utero virginis incarnatus 397
in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in
semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed 396
eius mentem peccati delectatio non momordit; atque ideo
omnis diabolica illa tentatio foris, non intus fuit.

2331 2, 26, 1. Sciendum nobis est quod divina operatio, si 263
ratione comprehenditur, non est admirabilis; nec fides habet
meritum, cui humana ratio praebet experimentum. . . . Illud
corpus Domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero
virginis. Quid ergo mirum, si clausis ianuis post resurrectionem 431
suam in aeternum iam victurus intravit, qui moriturus veniens
non aperto utero virginis exivit?

2332 2, 26, 4. Principatum superni iudicii sortiuntur [discipuli], 521
ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent.
Sic eos a Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt,
animarum iudices fiunt, et alios damnant vel liberant, qui
semetipsos damnari metuebant. 5. Horum profecto nunc in 60
ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis

---

2327. ML 76, 872. 2328. ML 76, 960. 2329. ML 76, 980.
2330. ML 76, 1135. 2331. ML 76, 1197.
2332. ML 76, 1199.

538 honor, sed grave pondus istius est honoris. . . . 6. Causae
ergo pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas
531 exercenda. Videndum est quae culpa praecessit, aut quae sit
paenitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus
per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia
absolvat.

280 2, 30, 1. Sed ecce, si unusquisque vestrum requiratur an 2333
diligat Deum, tota fiducia et secura mente respondet: Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid Veritas dicat: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit* [Io 14, 23]. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc in epistula sua idem Ioannes dicit: *Qui dicit: Diligo Deum, et mandata eius non custodit, mendax est* [1 Io 2, 4]. Vere etenim Deum diligimus, si ad mandata eius nos a nostris voluptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profecto Deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.

280 2, 30, 2. Qui ergo Deum vere diligit, qui eius mandata 2334
custodit, in eius corde Dominus et venit et mansionem facit, quia sic eum divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Ille ergo vere amat, cuius videlicet mentem delectatio prava ex consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Unde et adhuc subditur: *Qui non diligit me, sermones meos non servat* [Io 14, 24].

205 2, 34, 7. Novem vero angelorum ordines diximus, quia 2335
videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim atque seraphim. Esse namque angelos et archangelos paene omnes sacri eloquii paginae testantur. Cherubim vero atque seraphim saepe, ut notum est, libri prophetarum loquuntur. . . . Dum ergo illis quattuor, quae ad Ephesios dixit [Paulus, cf. Eph 1, 21], id est, principatibus, potestatibus, virtutibus atque dominationibus, coniunguntur throni [cf. Col 1, 16], quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli et archangeli, cherubim atque seraphim adiuncta sunt, procul dubio novem esse angelorum ordines inveniuntur.

530 2, 34, 15. Paenitentiam agere digne non possumus, nisi 2336
modum quoque eiusdem paenitentiae cognoscamus. Paenitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc paenitentiam agere aut dissimulat aut ignorat.

2333. ML 76, 1220. 2334. ML 76, 1221. 2335. ML 76, 1249.
2336. ML 76, 1256.

S. ANDREAS CRETENSIS, † ca 720.

Homiliae.

2336 a *Hom. 1 in nativitatem B. Mariae.* Σήμερον ἡ καθαρὰ τῶν 435
ἀνθρώπων εὐγένεια τῆς πρώτης θεοπλαστίας ἀπολαμβάνει τὸ χάρισμα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἀντεπάνεισι· καὶ ἣν ἀπημαύρωσε τοῦ κάλλους εὐπρέπειαν ἡ τῆς κακίας δυσγένεια, ταύτην ἡ φύσις τεχθείσῃ τῇ μητρὶ τοῦ ὡραίου προσέχουσα, πλάσιν ἀρίστην τε καὶ θεοπρεπεστάτην εἰσδέχεται. Καὶ γίνεται κυρίως ἡ πλάσις, ἀνάκλησις· καὶ ἡ ἀνάκλησις, θέωσις· ἡ δέ, πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐξομοίωσις. . . . Καὶ συνελόντι φάναι· σήμερον ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀναμόρφωσις ἄρχεται, καὶ ὁ γηράσας κόσμος θεοειδεστάτην λαμβάνων στοιχείωσιν, δευτέρας θεοπλαστίας προοίμια δέχεται.

Canones et triodia.

2336 b *Canon in B. Mariae nativitatem. Ode 4.* Ὁ αὐτὸς καὶ 435
σήμερον τῇ εὐσεβεῖ Ἄννῃ δέδωκας, Σῶτερ, ἐκ μήτρας γόνιμον καρπόν, ἄσπιλον μητέρα τὴν σήν. . . . *Ode 5.* Ἄχραντός σου ἡ γέννησις, παρθένε ἄχραντε.

S. GERMANUS CONSTANTINOPOLITANUS, † 733.

Orationes.

2336 c *Orat. 2 in dormitionem B. Mariae.* Ἐρρέτω θάνατος ἐπὶ 435
σοί, θεοτόκε, ζωὴν ὅτι τοῖς ἀνθρώποις προσήγαγες. Ἐρρέτω τάφος ἐπὶ σοί, ἐπειδήπερ ὕψους ἀκαταφράστου θεῖος ἐγένου θεμέλιος. Ἐρρέτω χοῦς ἐπὶ σοί· ἀπάπλασις γὰρ εἶ, ὅτι τοῖς

2336 a Hodie pura hominum ingenuitas primae a Deo creationis munus 435
recipit, et ad seipsam revertitur; quemque speciei decorem obscuravit vitii ignobilitas, hunc natura natae matri eius qui speciosus est adhaerens, optimam divinissimamque fictionem suscipit. Et fictio fit absoluta reparatio; reparatio autem, deificatio; illaque, in antiquum efformatio. . . . Utque summa dicam: hodie naturae nostrae reformatio incipit, mundusque veteratus plane deiformem accipiens transformationem, secundae a Deo fictionis initia suscipit.

2336 b Hodie, ipse Salvator, fecundum vulvae fructum, immaculatam 435
tuam matrem, dedisti piae Annae. . . . Intemerata est tua nativitas, virgo intemerata.

2336 c Facessat in te mors, o deipara, quod vitam mortalibus pro- 435
duxeris. Facessat in te sepulcrum, quando inexplicabilis sublimitatis divinum facta es fundamentum. Facessat pulvis; nova quippe in-

---

2336 a. MG 97, 812. 2336 b. MG 97, 1321.
2336 c. MG 98, 357.

ἐν ὕλῃ πηλοῦ διαφθαρεῖσι κεχρηματίκας, δέσποινα. . . . Οὐ
γὰρ ὀδύνη τοσαύτη τῇ ψυχῇ, τῆς σαρκὸς ὅταν ἀποσπασθῇ,
ὅσον ὀδυνηρότερον σοῦ στερηθῆναι, πανάχραντε.

S. IOANNES DAMASCENUS, fin. saec. VII—ante 754.

De haeresibus.

149 *Epil.* Πατὴρ ὁ Πατὴρ καὶ ἀγέννητος· υἱὸς ὁ Υἱός, γεν- 2337
νητὸς καὶ οὐκ ἀγέννητος· ἐκ Πατρὸς γάρ· Πνεῦμα Ἅγιον οὐ
167 γεννητόν, ἀλλ' ἐκπορευτόν· ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ· οὐδὲν κτιστόν,
οὐδὲν πρωτοδεύτερον, οὐδὲν κυριόδουλον· ἀλλὰ μονὰς καὶ
150 τριάς ἐστι· καὶ ἦν καὶ ἔστι καὶ ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας· πίστει
νοουμένη καὶ προσκυνουμένη· πίστει, οὐ ζητήσει, οὐδὲ ἐξερανή-
σει, οὐ φανερώσει. Ὅσῳ γὰρ ἐρανᾶται, τοσούτῳ πλέον
ἀγνοεῖται, καὶ ὅσῳ πολυπραγμονεῖται, ἐπιπλέον κρύπτεται.
Ἀπεριέργῳ τοίνυν λόγῳ προσκυνείσθω Θεὸς ὑπὸ τῶν πιστῶν.
Καὶ ὅτι μέν ἐστι Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι πίστευε· πῶς δέ
ἐστιν, ὑπὲρ τὸ πῶς ἐστι· ἀκατάληπτος γὰρ ὁ Θεός.

De fide orthodoxa.

108 L. 1, c. 1. «Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Ὁ μονογενὴς 2338
Υἱός, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός, αὐτὸς ἐξηγήσατο»
[Io 1, 18]. Ἄρρητον οὖν τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον. «Οὐδεὶς
γὰρ ἐπιγινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός, οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ
91 μὴ ὁ Πατήρ» [Mt 11, 27]. . . . Οὐκ ἀφῆκε μέντοι ἡμᾶς ὁ Θεὸς

---

formatio es, quod iis, qui in limo luti corrupti essent, domina facta sis. . . . Non enim tantum dolet anima, cum a corpore avellitur, quantus dolor est te privari, o immaculatissima.

149 *Epil.* Pater est Pater et ingenitus; filius est Filius, genitus et 2337
non ingenitus, ex Patre enim est; Spiritus Sanctus non est genitus
167 sed procedens, ex Patre enim est; nihil creatum, nihil primo-
secundum, nihil domino-servum; sed unitas et trinitas est, et erat
150 et est et erit in saecula; per fidem intellecta et adorata; per fidem,
non per inquisitionem nec per investigationem nec per demonstrationem. Quantum enim scrutaris, tanto magis ignoratur; et quantum indagatur, eo magis absconditur. Incuriosa igitur ratione adoretur Deus a fidelibus. Quod est Deus in tribus hypostasibus, crede; quomodo autem sit, supra modum est: incomprehensibilis enim est Deus.

108 L. 1, c. 1. *Deum nemo vidit umquam. Unigenitus Filius, qui* 2338
est in sinu Patris, ipse enarravit. Deus ergo nec oratione ulla
explicari, nec ullo modo comprehendi potest. *Nemo* enim *Patrem*
91 *novit nisi Filius, nec Filium nisi Pater.* . . . Non nos tamen in

---

2337. MG 94, 780. 2338. MG 94, 789.

ἐν παντελεῖ ἀγνωσίᾳ. Πᾶσι γὰρ ἡ γνῶσις τοῦ εἶναι Θεὸν
ὑπ' αὐτοῦ φυσικῶς ἐγκατέσπαρται. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κτίσις, καὶ 87
ἡ ταύτης συνοχή τε καὶ κυβέρνησις τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας
ἀνακηρύττει φύσεως [cf. Sap 13, 5].

2339 1, 3. Τρεπτὰ τοίνυν ὄντα [πάντα], πάντως καὶ κτιστά. Κτιστὰ 93
δὲ ὄντα, πάντως ὑπό τινος ἐδημιουργήθησαν. Δεῖ δὲ τὸν
δημιουργὸν ἄκτιστον εἶναι. Εἰ γὰρ κἀκεῖνος ἐκτίσθη, πάντως
ὑπό τινος ἐκτίσθη, ἕως ἂν ἔλθωμεν εἴς τι ἄκτιστον. Ἄκτιστος
οὖν ὢν ὁ δημιουργός, πάντως καὶ ἄτρεπτός ἐστι. Τοῦτο δὲ
τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ Θεός;

2340 1, 4. Ἐπὶ Θεοῦ τί ἐστιν εἰπεῖν ἀδύνατον κατ' οὐσίαν· 109
οἰκειότερον δὲ μᾶλλον ἐκ τῆς ἁπάντων ἀφαιρέσεως ποιεῖσθαι 113
τὸν λόγον. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστίν· οὐχ ὡς μὴ ὤν, 115
ἀλλ' ὡς ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ εἶναι ὤν.

2341 1, 5. Τὸ θεῖον τέλειόν ἐστι καὶ ἀνελλιπὲς κατά τε ἀγα- 99
θότητα, κατά τε σοφίαν, κατά τε δύναμιν, ἄναρχον, ἀτελεύ-
τητον, ἀΐδιον, ἀπερίγραπτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, κατὰ πάντα
τέλειον. Εἰ οὖν πολλοὺς ἐροῦμεν θεούς, ἀνάγκη διαφορὰν ἐν 103
τοῖς πολλοῖς θεωρεῖσθαι. Εἰ γὰρ μηδεμία διαφορὰ ἐν αὐτοῖς,
εἷς μᾶλλόν ἐστι καὶ οὐ πολλοί. Εἰ δὲ διαφορὰ ἐν αὐτοῖς,
ποῦ ἡ τελειότης;

---

omnigena ignorantia reliquit Deus. Nemo quippe est cui non
hoc ab eo naturaliter insitum sit, ut Deum esse cognoscat. Quin
ipsae res conditae earumque conservatio atque gubernatio divinae 87
naturae praedicant maiestatem.

2339 1, 3. Cum ergo mutabilia sint [omnia], sane etiam creata esse 93
oportet. Si vero creata, haud dubium quin ab aliquo sint condita.
Atqui creatorem increatum esse necesse est. Nam si ipse quoque
creatus est, a quodam profecto creatus erit, sicque donec ad ali-
quod increatum venerimus. Increatus igitur cum sit ille conditor,
omnino nec mutabilis est. Hoc autem quid aliud nisi Deus fuerit?

2340 1, 4. De Deo impossibile est quidnam essentia sua sit enuntiare, 109
aptiusque est ex omnium remotione sermonem de eo facere. Ne- 113
que enim aliquid est eorum quae sunt, non ut nullatenus sit, sed 115
quia super omnia quae sunt atque etiam supra ipsummet esse
ipse sit.

2341 1, 5. Deus perfectus est et absque defectu, sive bonitatem, sive 99
sapientiam, sive potentiam spectes; principii ac finis expers, sem-
piternus, incircumscriptus, ac denique, ut rem uno verbo complectar,
omnibus modis est perfectus. Quocirca si plures deos esse as- 103
seruerimus, inter plures discrimen animadvertere necesse erit. Nam
si nihil discriminis inter eos reperiatur, unus potius est quam multi;
si autem discrimen aliquod inter eos exsistit, ubi tandem erit illa
perfectio?

2339. MG 94, 796. 2340. MG 94, 800.
2341. MG 94, 801.

151 1, 8. [Πιστεύομεν] εἰς ἕνα Πατέρα, τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ 2342
αἰτίαν, οὐκ ἔκ τινος γεννηθέντα, ἀναίτιον δὲ καὶ ἀγέννητον μόνον ὑπάρχοντα· πάντων μὲν ποιητήν, ἑνὸς δὲ μόνου Πατέρα φύσει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ προβολέα τοῦ παναγίου
157 Πνεύματος. . . . Οὐ γὰρ ἦν ποτε ὁ Πατὴρ ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός· ἀλλ' ἅμα Πατήρ, ἅμα Υἱός, ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· πατὴρ γὰρ ἐκτὸς υἱοῦ οὐκ ἂν κληθείη.

153 1, 8. Λόγος μὲν οὖν καὶ ἀπαύγασμα λέγεται, διὰ τὸ ἄνευ 2343
162 συνδυασμοῦ καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως καὶ ἀρρεύστως καὶ ἀχωρίστως γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ Πατρός· Υἱὸς δὲ καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, διὰ τὸ τέλειον καὶ ἐνυπόστατον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ εἶναι, πλὴν τῆς ἀγεννησίας· μονογενὴς δὲ ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς μόνως ἐγεννήθη. Οὐδὲ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ
174 γεννήσει. Οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἄλλος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως οὗτος, ἄληπτός τε καὶ ἄγνωστος, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις.
178 Διὸ καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ αὐτοῦ εἰσι πλὴν τῆς ἀγεννησίας.

178 1, 8. Κατὰ πάντα ἕν εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ 2344
Ἅγιον Πνεῦμα πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως καὶ

---

151 1, 8. [Credimus] in unum Patrem, principium omnium et causam, 2342
ex nullo genitum, qui solus causae et generationis expers est; omnium quidem conditorem, ceterum unius dumtaxat natura Patrem unigeniti Filii sui Domini et Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi,
157 sanctissimique Spiritus productorem. . . . Neque enim Pater umquam fuit quando Filius non esset; verum simul Pater, simul Filius, qui ex ipso genitus est. Neque enim pater vocari possit, qui filio careat.

153 1, 8. Verbum et splendor idcirco dicitur, quia citra alterius 2343
162 congressum et passionem et tempus et fluxum ullum ac separationem ex Patre genitus est; Filius autem ac paternae substantiae figura, quia perfectus est ac subsistens, exceptaque ingeniti proprietate, per omnia similis Patri; unigenitus item, quia solus ex solo Patre unice natus est. Neque enim alia generatio est, quae cum Filii Dei generatione conferri possit: quandoquidem nec alius
174 quoque Dei Filius est. Quamvis enim etiam Spiritus Sanctus ex Patre procedat, non tamen generationis modo, sed processionis. Alius autem est hic exsistentiae modus perinde incomprehensus
178 et ignotus, quemadmodum et Filii generatio. Quocirca omnia quae Pater habet Filii sunt, excepto quod ingenitus non est.

178 1, 8. In omnibus unum sunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus, 2344
nisi quod Pater ingenitus est, Filius genitus, et Spiritus Sanctus

---

2342. MG 94, 809. 2343. MG 94, 816. 2344. MG 94, 828.

τῆς ἐκπορεύσεως· ἐπινοίᾳ δὲ τὸ διῃρημένον. Ἕνα γὰρ Θεὸν γινώσκομεν· ἐν μόναις δὲ ταῖς ἰδιότησι τῆς τε πατρότητος καὶ τῆς υἱότητος καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, κατά τε τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν καὶ τὸ τέλειον τῆς ὑποστάσεως, ἤτοι τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον, τὴν διαφορὰν ἐννοοῦμεν. Οὔτε γὰρ τοπικὴν διάστασιν, ὡς ἐφ' ἡμῶν, δυνάμεθα ἐπὶ τῆς ἀπεριγράπτου λέγειν θεότητος· ἐν ἀλλήλαις γὰρ αἱ ὑποστάσεις εἰσίν· οὐχ ὥστε συγχεῖσθαι, ἀλλ' ὥστε ἔχεσθαι, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον «Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί» [Io 14, 11] φήσαντος· οὔτε θελήματος διαφορὰν ἢ γνώμης ἢ ἐνεργείας ἢ δυνάμεως ἤ τινος ἑτέρου, ἅτινα τὴν πραγματικὴν καὶ διόλου ἐν ἡμῖν γεννῶσι διαίρεσιν. . . . Ἀμέριστος γὰρ ἐν μεμερισμένοις, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ θεότης, καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων καὶ ἀδιαστάτοις οὖσι, μία τοῦ φωτὸς σύγκρασίς τε καὶ συνάφεια.

2345 1, 9. Δοκεῖ μὲν οὖν κυριώτερον πάντων τῶν ἐπὶ Θεοῦ 94
λεγομένων ὀνομάτων εἶναι ὁ ὤν, καθὼς αὐτὸς χρηματίζων τῷ Μωϋσεῖ ἐπὶ τοῦ ὄρους φησίν· «Εἶπον τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με» [Ex 3, 14]. Ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον.

2346 1, 10. Πάντα μὲν οὖν ταῦτα κοινῶς ἐπὶ πάσης θεότητος 178
ἐκληπτέον, καὶ ταὐτῶς καὶ ἁπλῶς καὶ ἀμερῶς καὶ ἡνωμένως· διακεκριμένως δὲ τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα, καὶ τὸ

---

procedens. Quod autem discretum est, cogitatione percipitur. Unum quippe Deum cognoscimus; in solis proprietatibus paternitatis, filiationis, et processionis, atque quantum ad causam et causatum, ac hypostasis perfectionem, hoc est, exsistendi modum, distinctionem intellegimus. Neque enim distantiam secundum locum, ut apud nos, in deitate, quae circumscriptionem omnem excludit, admittere licet; sunt enim personae aliae in aliis; non ut inter se confundantur, sed ut cohaereant, iuxta eam Domini sententiam: *Ego in Patre et Pater in me est;* nec voluntatis aut sententiae aut efficacitatis aut potentiae aut alterius cuiusdam rei, quae realem ac omnimodam in nobis distinctionem gignat, discrimen ullum. . . . Indivisa enim in divisis, ut rem breviter enuntiem, divinitas est; ac velut in tribus solibus sibi invicem cohaerentibus et nulla loci intercapedine disiunctis una lucis temperatio atque coniunctio.

2345 1, 9. Ex omnibus porro nominibus, quae Deo tribuuntur, nullum 94
aeque proprium videtur atque «Qui est», quemadmodum ipse, cum Moysi in monte responderet, ait: *Dic filiis Israel: Qui est, misit me.* Nam totum esse, velut immensum et illimitatum essentiae pelagus, complexu suo ipse continet.

2346 1, 10. Haec igitur omnia [nomina et praedicata] communiter in 178
tota divinitate accipienda sunt, atque eodem modo, et simpliciter, et individue omninoque coniunctim, distinctim autem Pater et Filius

2345. MG 94, 836. 2346. MG 94, 837.

ἀναίτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν καὶ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν καὶ
ἐκπορευτόν· ἅτινα οὐκ οὐσίας εἰσὶ δηλωτικά, ἀλλὰ τῆς πρὸς
ἄλληλα σχέσεως, καὶ τοῦ τῆς ὑπάρξεως τρόπου.

113 1, 12. Διὸ τῶν θείων ὀνομάτων τὰ μὲν ἀποφατικῶς λέγεται, 2347
115 δηλοῦντα τὸ ὑπερούσιον· οἷον ἀνούσιος, ἄχρονος, ἄναρχος,
ἀόρατος· οὐχ ὅτι τινὸς ἥττων ἐστὶν ἤ τινος ἐστέρηται, αὐτοῦ
γάρ ἐστι τὰ πάντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ γέγονε καὶ «ἐν
αὐτῷ συνέστηκεν» [Col 1, 17], ἀλλ' ὅτι πάντων ὑπεροχικῶς τῶν
ὄντων ἐξῄρηται. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, ἀλλ' ὑπὲρ πάντα
114 ἐστί. Τὰ δὲ καταφατικῶς λεγόμενα, ὡς αἰτίου τῶν πάντων
κατηγορεῖται. . . . Καὶ αὗται μὲν αἱ ἀποφάσεις καὶ καταφάσεις.
Γλυκυτάτη δὲ καὶ ἡ ἐξ ἀμφοῖν συνάφεια· οἷον ἡ ὑπερούσιος
οὐσία, ἡ ὑπέρθεος θεότης, ὑπεράρχιος ἀρχή, καὶ τὰ τοιαῦτα.

151 1, 12. Ὁ Πατὴρ πηγὴ καὶ αἰτία Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος· 2348
Πατὴρ δὲ Υἱοῦ μόνου, καὶ προβολεὺς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος.
161 Ὁ Υἱὸς υἱός, λόγος, σοφία, δύναμις, εἰκών, ἀπαύγασμα,
162 χαρακτὴρ τοῦ Πατρός, καὶ ἐκ τοῦ Πατρός. Οὐχ Υἱὸς δὲ τοῦ
Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· Πνεῦμα τοῦ Πατρός, ὡς ἐκ
Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Οὐδεμία γὰρ ὁρμὴ ἄνευ Πνεύματος.
168 Καὶ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ
170 τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ.

---

et Spiritus Sanctus, item causans et causatum et ingenitum et
genitum et procedens; quae quidem non eiusmodi sunt, ut naturam
denotent, sed mutuam inter se personarum relationem ac exsistendi
modum.

113 1, 12. Quocirca ex divinis nominibus quaedam per negationem 2347
115 dicuntur, quibus essentiam omnem eum superare declaratur; velut
cum essentiae expers, sine tempore, sine principio, invisibilis di-
citur; non quod re ulla inferior sit, aut illi quidquam desit (ipsius
enim sunt omnia, atque ex ipso et per ipsum sunt, et *in ipso
constant*), sed quia eminenti modo rebus omnibus excelsior est.
Non enim quidquam est eorum quae sunt, sed super omnia. Sunt
114 autem alia quae per affirmationem efferuntur, ea nimirum, quae
de eo dicuntur, ut est omnium rerum causa. . . . Atque haec sunt
vocabula affirmantia et negantia. Ex utrisque porro suavissima
conexio fit, sicut superessentialis essentia, superdivina deitas, prin-
cipium omni principio superius, aliaque similia.

151 1, 12. Pater fons est et auctor cum Filii tum Spiritus Sancti; 2348
solius tamen Filii Pater, ac Spiritus Sancti productor. Filius autem
161 filius est, verbum, sapientia, potentia, imago, splendor, Patris
162 figura, et ex Patre. At Spiritus Sanctus non Patris Filius, sed
Spiritus Patris, ut qui ex Patre procedat; nullus enim impulsus
168 est sine Spiritu. Quin Filii quoque Spiritus dicitur, non velut
170 ex ipso, sed per ipsum ex Patre procedens. Solus enim Pater
auctor est.

2347. MG 94, 845. 2348. MG 94, 849.

2349 2, 2. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἀγαθὸς καὶ ὑπεράγαθος Θεὸς οὐκ ἠρ- 193
κέσθη τῇ ἑαυτοῦ θεωρίᾳ, ἀλλ' ὑπερβολῇ ἀγαθότητος εὐδόκησε
γενέσθαι, τινὰ τὰ εὐεργετηθησόμενα καὶ μεθέξοντα τῆς αὐτοῦ
ἀγαθότητος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγει καὶ δημιουρ- 189
γεῖ τὰ σύμπαντα, ἀόρατά τε καὶ ὁρατά· καὶ τὸν ἐξ ὁρατοῦ καὶ 225
ἀοράτου συγκείμενον ἄνθρωπον. Κτίζει δὲ ἐννοῶν, καὶ τὸ 216
ἐννόημα ἔργον ὑφίσταται, Λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ Πνεύματι
τελειούμενον.

2350 2, 3. Αὐτὸς τῶν ἀγγέλων ἐστὶ ποιητὴς καὶ δημιουργός, ἐκ 198
τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν αὐτούς, κατ' οἰκείαν
εἰκόνα κτίσας αὐτούς, φύσιν ἀσώματον, οἷόν τι πνεῦμα, καὶ 200
πῦρ ἄϋλον, ὥς φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ· «Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγ-
γέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς
φλόγα» [Ps 103, 4]. . . .

2351 2, 3. Ἄγγελος τοίνυν ἐστὶν οὐσία νοερά, ἀεικίνητος, αὐτε- 203
ξούσιος, ἀσώματος, Θεῷ λειτουργοῦσα, κατὰ χάριν ἐν τῇ φύσει 200
τὸ ἀθάνατον εἰληφυῖα, ἧς οὐσίας τὸ εἶδος καὶ τὸν ὅρον μόνος
ὁ κτίστης ἐπίσταται. Ἀσώματος δὲ λέγεται καὶ ἄϋλος, ὅσον
πρὸς ἡμᾶς· πᾶν γὰρ συγκρινόμενον πρὸς Θεὸν τὸν μόνον 98
ἀσύγκριτον πάχυ τε καὶ ὑλικὸν εὑρίσκεται· μόνον γὰρ ὄντως
ἄϋλον τὸ θεῖόν ἐστι καὶ ἀσώματον. . . .

2352 . 2, 3 Φῶτα δεύτερα νοερά, ἐκ τοῦ πρώτου καὶ ἀνάρχου 199
φωτὸς τὸν φωτισμὸν ἔχοντα· οὐ γλώσσης καὶ ἀκοῆς δεόμενα, 204

2349 2, 2. Quoniam igitur bonus omnique bonitate praestantior Deus 193
non satis habuit sua ipsius contemplatione frui, sed pro nimia
bonitate sua quaedam esse voluit, quae ipsius afficerentur beneficiis
eiusque bonitatis participes forent: eam ob causam ex non esse 189
ad esse producit conditque universa, tam invisibilia quam visibilia;
atque etiam hominem ex aspectabili et non aspectabili natura con- 225
flatum. Porro cogitando creat; cogitatioque illa, Verbo complente 216
et Spiritu consummante, consistit.

2350 2, 3. Ipse angelorum opifex et conditor est, ut qui eos ex 198
nihilo produxerit, atque ad imaginem suam creaverit, naturam in- 200
corpoream, velut spiritum quemdam aut ignem materia vacuum,
quemadmodum divinus David ait: *Qui facit angelos suos spiritus,
et ministros suos flammam ignis*. . . .

2351 2, 3. Angelus itaque est substantia intellegens, perpetuo motu 203
et libertate praedita, corporis expers, Deo serviens, immortalitatem 200
in natura Dei munere consecuta; cuius formam substantiae ac
definitionem creator solus novit. Incorporea vero et immaterialis
dicitur quantum ad nos; quidquid enim cum Deo confertur, qui 98
solus nulli comparari potest, crassum et materiale invenitur. Sola
quippe divina natura vere immaterialis est et incorporea. . . .

2352 2, 3. Secunda lumina spiritualia, ex primaria illa luce omnis- 199
que principii experte splendorem habentia; quibus nec lingua opus 204

2349. MG 94, 864. 2350. MG 94, 865. 2351. MG 94, 865.
2352. MG 94, 868.

ἀλλ' ἄνευ λόγου προφορικοῦ μεταδιδόντα ἀλλήλοις τὰ ἴδια
181 νοήματα καὶ βουλεύματα. Διὰ Λόγου τοίνυν ἐκτίσθησαν πάντες
182 οἱ ἄγγελοι, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος διὰ τοῦ ἁγιασμοῦ
ἐτελειώθησαν, κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀξίας καὶ τῆς τάξεως τοῦ
φωτισμοῦ καὶ τῆς χάριτος μετέχοντες.

201 2, 3. Περίγραπτοί εἰσιν· ὅτε γὰρ εἰσιν ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐκ 2353
εἰσὶν ἐν τῇ γῇ· καὶ εἰς τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποστελλόμενοι
οὐκ ἐναπομένουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ· οὐ περιορίζονται δὲ ὑπὸ
τειχῶν καὶ θυρῶν καὶ κλείθρων καὶ σφραγίδων· ἀόριστοι γάρ
εἰσιν. Ἀορίστους δὲ λέγω· οὐ γὰρ καθό εἰσιν, ἐπιφαίνονται
τοῖς ἀξίοις οἷς ὁ Θεὸς φαίνεσθαι αὐτοὺς θελήσει, ἀλλ' ἐν
100 μετασχηματισμῷ, καθὼς δύνανται οἱ ὁρῶντες ὁρᾶν. Ἀόριστον
γάρ ἐστι φύσει καὶ κυρίως μόνον τὸ ἄκτιστον. Πᾶν γὰρ κτίσμα
206 ὑπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὸ Θεοῦ ὁρίζεται. Ἔξωθεν τῆς οὐσίας
τὸν ἁγιασμὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος ἔχοντες. . . .

209 2, 3. Ἰσχυροὶ καὶ ἕτοιμοι πρὸς τὴν τοῦ θείου θελήματος 2354
ἐκπλήρωσιν, καὶ πανταχοῦ εὐθέως εὑρισκόμενοι ἔνθα ἂν ἡ θεία
κελεύσῃ ἐπίνευσις, τάχει φύσεως· καὶ φυλάττοντες τὰ μέρη
τῆς γῆς· καὶ ἐθνῶν καὶ τόπων προϊστάμενοι, καθὼς ὑπὸ τοῦ
δημιουργοῦ ἐτάχθησαν· καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομοῦντες καὶ
βοηθοῦντες ἡμῖν. . . .

205 2, 3. Καθὼς δὲ ὁ ἁγιώτατος καὶ ἱερώτατος καὶ θεολογικώ- 2355
τατός φησι Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, πᾶσα ἡ θεολογία, ἤγουν

---

sit, nec auribus; sed sine ulla prolati sermonis ope mutuo sibi
181 sensa sua communicant et consilia. Per Verbum omnes angeli
182 creati sunt et Sancto Spiritu sanctificante consummationem acceperunt, ut pro sua quisque dignitate et ordine splendoris gratiaeque participes essent.

201 2, 3. Circumscripti sunt, nec enim, cum in caelo sunt, in terra 2353
versantur; nec, cum a Deo in terram mittuntur, remanent in caelo.
Ceterum nec moenibus, nec foribus, nec repagulis, nec sigillis
cohibentur. Non enim certis ullis terminis definiti sunt. Nullis
terminis definitos dico; eo quod dignis, quibus eos Deus visendos
exhiberi voluerit, non quales exsistunt apparent, sed in aliam
100 mutati formam, prout videntium obtutus ferre potest. Nam solum
natura ac proprie nullis definitur terminis quod increatum est.
Quidquid enim est creatum, intra terminos suos a Deo creatore
206 finitur. Aliunde quam a natura sua sanctitatem habent, nimirum
a Spiritu Sancto. . . .

209 2, 3. Ad explendam porro Dei voluntatem fortes et prompti 2354
sunt, et statim inveniuntur ubicumque Dei nutus iussit. Etiam
terrae partes custodiunt, nationibus et regionibus praesident, prout
a summo opifice praefecti sunt: res nostras gubernant, ac nobis
205 opem ferunt. . . .

2, 3. Ut autem sanctissimus et venerabilis et in theologia prae- 2355
stantissimus vir Dionysius Areopagita ait, theologia omnis, hoc est,

---

2353. MG 94, 869. 2354. MG 94, 872. 2355. MG 94, 872.

ἡ θεία γραφή, τὰς οὐρανίους οὐσίας ἐννέα κέκληκε· ταύτας ὁ θεῖος ἱεροτελεστὴς εἰς τρεῖς ἀφορίζει τριαδικὰς διακοσμήσεις. Καὶ πρώτην μὲν εἶναί φησι τὴν περὶ Θεὸν οὖσαν ἀεί, καὶ προσεχῶς καὶ ἀμέσως ἡνῶσθαι παραδεδομένην, τὴν τῶν ἑξαπτερύγων σεραφὶμ καὶ τῶν πολυομμάτων χερουβὶμ καὶ τῶν ἁγιωτάτων θρόνων· δευτέραν δὲ τὴν τῶν κυριοτήτων καὶ τῶν δυνάμεων καὶ τῶν ἐξουσιῶν· τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν τῶν ἀρχῶν καὶ ἀρχαγγέλων καὶ ἀγγέλων. . . .

2356 2, 3. Ὅσοι δέ φασι τοὺς ἀγγέλους δημιουργοὺς τῆς οἱασδή- 190
ποτε οὐσίας, οὗτοι στόμα εἰσὶ τοῦ πατρὸς αὐτῶν, τοῦ διαβόλου. Κτίσματα γὰρ ὄντες, οὔκ εἰσι δημιουργοί. Πάντων δὲ ποιητὴς καὶ προνοητὴς καὶ συνοχεὺς ὁ Θεός ἐστιν, ὁ μόνος ἄκτιστος, 235
ὁ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι ὑμνούμενός τε καὶ δοξαζόμενος.

2357 2, 12. Ψυχὴ τοίνυν ἐστὶν οὐσία ζῶσα, ἁπλῆ καὶ ἀσώματος, 217
σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς κατ' οἰκείαν φύσιν ἀόρατος, ἀθάνατος, 218
λογική τε καὶ νοερά, ἀσχημάτιστος, ὀργανικῷ κεχρημένη σώματι, 219
καὶ τούτῳ ζωῆς, αὐξήσεώς τε καὶ αἰσθήσεως καὶ γεννήσεως παρεκτική, οὐχ ἕτερον ἔχουσα παρ' ἑαυτὴν τὸν νοῦν, ἀλλὰ μέρος αὐτῆς τὸ καθαρώτατον· ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, οὕτως ἐν ψυχῇ νοῦς· αὐτεξούσιος, θελητική τε καὶ ἐνεργητική, 221
τρεπτή, ἤτοι ἐθελότρεπτος, ὅτι καὶ κτιστή.

---

scriptura sacra, caelestes substantias novem recensuit. Has divinus ille sacrorum magister in tres ordines distinxit, quorum primum illum esse dicit, qui Deum semper circumstat, quemque proxime nulloque medio ei cohaerere traditum est: nempe senis alis instructorum seraphim, oculis plenorum cherubim ac sanctissimorum thronorum; secundum dominationum, virtutum et potestatum; tertium denique ac postremum principatuum, archangelorum ac angelorum. . . .

2356 2, 3. Quicumque autem dicunt angelos conditores esse qualis- 190
cumque substantiae, ipsi os diaboli sunt, qui est eorum pater. Creaturae enim cum sint, non sunt conditores. Omnium autem opifex et provisor et conservator Deus est, solus increatus; in Patre 235
et Filio et Spiritu Sancto laudatus et glorificatus.

2357 2, 12. Iam vero anima est vivens, simplex et incorporea sub- 217
stantia, corporis oculorum suapte natura invisibilis, immortalis, 218
rationalis et intellegens, sine figura, organis instructo utens corpore, 219
cui vitam, incrementum, sensum et gignendi vim tribuat, non aliam a se seiunctam mentem habens (mens quippe est subtilissima ipsius pars; quod enim oculus in corpore, hoc mens in anima est), arbitrii libertate, volendique et agendi facultate praedita, mutabilis, 221
hoc est, eiusmodi, quae voluntatis mutationem subire queat, propterea quod creata sit.

2356. MG 94, 873. 2357. MG 94, 924.

125 2, 29. Χρὴ δὲ εἰδέναι ὡς ὁ Θεὸς προηγουμένως θέλει 2358
πάντας σωθῆναι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυχεῖν [1 Tim 2, 4]. Οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κολάσαι ἔπλασεν ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὸ μετασχεῖν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, ὡς ἀγαθός. Ἁμαρτάνοντας δὲ θέλει κολάζεσθαι, ὡς δίκαιος. Λέγεται οὖν τὸ μὲν πρῶτον προηγούμενον θέλημα καὶ εὐδοκία, ἐξ αὐτοῦ ὄν, τὸ δὲ δεύτερον ἑπόμενον θέλημα καὶ παραχώρησις, ἐξ ἡμετέρας αἰτίας. . . . Τῶν δὲ ἐφ' ἡμῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ προηγουμένως θέλει, καὶ
295 εὐδοκεῖ, τὰ δὲ πονηρὰ καὶ ὄντως κακὰ οὔτε προηγουμένως οὔτε ἑπομένως θέλει, παραχωρεῖ δὲ τῷ αὐτεξουσίῳ.

120 2, 30. Χρὴ γινώσκειν ὡς πάντα μὲν προγινώσκει ὁ Θεός, 2359
οὐ πάντα δὲ προορίζει. Προγινώσκει γὰρ τὰ ἐφ' ἡμῖν, οὐ
122 προορίζει δὲ αὐτά. Οὐ γὰρ θέλει τὴν κακίαν γίνεσθαι οὐδὲ βιάζεται τὴν ἀρετήν. Ὥστε τῆς θείας προγνωστικῆς κελεύσεως ἔργον ἐστὶν ὁ προορισμός. Προορίζει δὲ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ. Ἤδη γὰρ κατὰ τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ προέκρινε πάντα ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν
353 δικαιοσύνην αὐτοῦ. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι ἡ μὲν ἀρετὴ ἐκ τοῦ
308 Θεοῦ ἐδόθη ἐν τῇ φύσει, καὶ αὐτός ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ ἀρχὴ καὶ αἰτία, καὶ ἐκτὸς τῆς αὐτοῦ συνεργίας καὶ βοηθείας ἀδύνατον
334 ἀγαθὸν θελῆσαι ἢ πρᾶξαι ἡμᾶς. Ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστιν ἢ ἐμμεῖναι τῇ ἀρετῇ καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Θεῷ πρὸς ταύτην καλοῦντι, ἢ ἀποφοιτῆσαι τῆς ἀρετῆς. . . .

---

125 2, 29. Hoc itidem nosse oportet, Deum primaria et antecedente 2358
voluntate velle omnes salvos esse, et regni sui compotes fieri. Non enim nos ut puniret condidit, sed quia bonus est, ad hoc ut bonitatis suae participes essemus. Peccantes porro puniri vult, quia iustus est. Itaque prima illa voluntas antecedens dicitur et beneplacitum, cuius ipse causa sit; secunda autem consequens voluntas et permissio, ex nostra causa ortum habens. . . . Eorum vero, quae in nobis sita sunt, bona quidem primario Deus vult et
295 secundum beneplacitum; mala autem, quae revera mala sunt, neque primario neque consequenter vult, sed libero arbitrio permittit.

120 2, 30. Illud scire interest, Deum omnia quidem praescire, sed 2359
non omnia praefinire. Praescit enim ea, quae in nostra potestate
122 sunt, at non ea praefinit. Nec etiam malitiam patrari vult, nec rursus virtuti vim affert. Quocirca divina iussio cum praescientia coniuncta praefinitionem efficit. Deus porro ea, quae nostri arbitrii non sunt, pro sua praescientia praefinit. Iam enim iuxta praescientiam suam definivit omnia Deus secundum bonitatem et iustitiam
353 suam. Illud quoque sciendum, virtutem naturae nostrae divinitus
308 inditam esse, Deumque ipsum omnis boni fontem et auctorem esse, ut citra ipsius opem et auxilium bonum velle nec facere
334 possimus; ceterum nobis liberum esse in virtute perstare, Deumque ad eam vocantem sequi vel a virtute abscedere. . . .

2358. MG 94, 968. 2359. MG 94, 969.

2360 2, 30. Τοῦτον τοίνυν τὸν ἄνθρωπον ὁ δημιουργὸς ἄρρενα 232
κατεσκεύασε, μεταδοὺς αὐτῷ τῆς ἑαυτοῦ θείας χάριτος, καὶ ἐν
κοινωνίᾳ ἑαυτοῦ διὰ ταύτης αὐτὸν ποιησάμενος· ὅθεν καὶ τὴν
τῶν ζῴων ὀνομασίαν προφητικῶς, ὡς δούλων αὐτῷ δοθέντων
δεσποτικῶς ἐποιήσατο.

2361 3, 3. Οἰκειοῦται δὲ τὰ ἀνθρώπινα ὁ Λόγος· αὐτοῦ γάρ ἐστι 392
τὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ὄντα· καὶ μεταδίδωσι τῇ σαρκὶ
τῶν ἰδίων, κατὰ τὸν ἀντιδόσεως τρόπον, διὰ τὴν εἰς ἄλληλα
τῶν μερῶν περιχώρησιν καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ
ὅτι εἷς ἦν καὶ ὁ αὐτὸς ὁ καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα
«ἐνεργῶν ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας»
[*Leo M.*, Ep. 10, 4]. Διὸ δὴ καὶ ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταυρῶ-
σθαι λέγεται [1 Cor 2, 8], καίτοι τῆς θείας αὐτοῦ μὴ παθούσης
φύσεως, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πρὸ τοῦ πάθους ἐν τῷ
οὐρανῷ εἶναι ὡμολόγηται, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἔφησεν [Io 3, 13].
Εἷς γὰρ ἦν καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Κύριος τῆς δόξης, ὁ φύσει καὶ
ἀληθείᾳ υἱὸς ἀνθρώπου, ἤτοι ἄνθρωπος γενόμενος, καὶ αὐτοῦ
τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη γινώσκομεν, εἰ καὶ κατ' ἄλλο 390
ἐθαυματούργει, καὶ κατ' ἄλλο τὰ πάθη ὁ αὐτὸς ὑπέμενεν.

2362 3, 5. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς θεότητος μίαν μὲν φύσιν ὁμο- 149
λογοῦμεν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις κατ' ἀλήθειαν οὔσας φαμέν,
καὶ πάντα μὲν τὰ φυσικὰ καὶ οὐσιώδη, ἁπλᾶ φαμεν, τὴν δὲ 178
διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων ἐν μόναις ταῖς τρισὶν ἰδιότησι, τῇ

2360 2, 30. Hunc itaque hominem creator masculum condidit, di- 232
vinam ei gratiam suam impertiens, seque per eam ipsi com-
municans: quo factum est, ut in morem prophetae animantibus,
veluti mancipiis sibi datis, herili quadam auctoritate nomina im-
posuerit.

2361 3, 3. Verbum, quia ipsius sunt quae sanctae eius carnis sunt, 392
ea, quae humanitati conveniunt, sibi vindicat, et carnem participem
facit eorum, quae propria sua sunt, iuxta modum alternae communi-
cationis, ob mutuam inter se partium commeationem unionemve
hypostaticam, et quia unus idemque erat qui et divina et humana
«in utraque forma cum alterius communione ageret». Dominus
gloriae crucifixus dicitur, quamvis divina ipsius natura minime
passa sit; et rursum, filius hominis ante passionem in caelo esse
dictus est, veluti Dominus ipse asseruit. Unus enim idemque erat
Dominus gloriae, qui etiam natura et vere filius hominis, hoc est,
homo exsistebat, atque ipsius cum miracula tum supplicia esse
agnoscimus, etsi ratione alterius naturae miracula edebat, et alterius 390
ratione idem ipse supplicia perferebat.

2362 3, 5. Veluti unam in divinitate naturam confitemur, tres autem 149
personas vere exsistentes dicimus; atque ea quidem omnia, quae
naturalia essentialiaque sunt, esse simplicia pronuntiamus, perso- 178
narum vero discrimen in solis tribus proprietatibus, scilicet quod

---

2360. MG 94, 976. 2361. MG 94, 993. 2362. MG 94,1000.

ἀναιτίῳ καὶ πατρικῇ καὶ τῇ αἰτιατῇ καὶ υἱϊκῇ, καὶ τῇ αἰτιατῇ καὶ ἐκπορευτῇ ἐπιγινώσκομεν, ἀνεκφοιτήτους δὲ αὐτὰς καὶ
381 ἀδιαστάτους ἀλλήλων . . ., τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἀπορρήτου, καὶ πάντα νοῦν καὶ κατάληψιν ὑπερεχούσης οἰκονομίας, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Θεοῦ Λόγου, Κυρίου
385 τε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο μὲν φύσεις ὁμολογοῦμεν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην, συνεληλυθυίας ἀλλήλαις, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθείσας, μία δὲ τὴν ὑπόστασιν ἐκ τῶν φύσεων ἀποτελεσθεῖ-
390 σαν σύνθετον· σῴζεσθαι δέ φαμεν τὰς δύο φύσεις, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐν τῇ μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει, ἤγουν ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ, καὶ κατ' ἀλήθειαν αὐτὰς εἶναι, καὶ τὰ τούτων φυσικὰ
382 ἰδιώματα, ἡνωμένας μέντοι ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως διαφερούσας τε καὶ ἀριθμουμένας. . . . Αἱ τοῦ Χριστοῦ φύσεις, εἰ καὶ ἥνωνται, ἀλλ' ἀσυγχύτως ἥνωνται, καὶ εἰ ἐν ἀλλήλαις περιχωροῦσιν, ἀλλὰ τὴν εἰς ἀλλήλας τροπήν τε καὶ μεταβολὴν οὐ προσίενται. . . . Εἷς γάρ ἐστιν ὁ Χριστός, ἕν τε θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι τέλειος.

395 3, 8. Εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ Χριστός, Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος 2363
τέλειος, ὃν προσκυνοῦμεν σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι, μιᾷ προσκυνήσει μετὰ τῆς ἀχράντου σαρκὸς αὐτοῦ, οὐκ ἀπροσκύνητον τὴν σάρκα λέγοντες, προσκυνεῖται γὰρ ἐν τῇ μιᾷ τοῦ Λόγου ὑποστάσει, ἥτις αὐτῇ ὑπόστασις γέγονεν· οὐ τῇ κτίσει λατρεύοντες, οὐ γὰρ ὡς ψιλὴν σάρκα προσκυνοῦμεν, ἀλλ' ὡς

---

unus sine causa sit et Pater, alter a causa et Filius, alter item a causa et procedens, esse positum agnoscimus, ut ab invicem nec
381 excedere nec disiungi queant . . ., consimili modo in divina et arcana, omnemque mentis aciem et captum exsuperante unius Dei Verbi sanctae Trinitatis et Domini nostri Iesu Christi incarnatione,
385 duas quidem naturas, divinam scilicet et humanam, una coivisse, et secundum hypostasim unitas esse confitemur, ut una hypostasis
390 ex naturis duabus composita facta fuerit. Integras porro, etiam post unitionem, naturas ambas in una composita persona, hoc est, in uno Christo, servari dicimus, easque vere esse cum naturalibus
382 ipsarum proprietatibus; quia nimirum citra confusionem unitae sunt, et rursus citra divisionem distinguuntur et numerantur. . . . Christi naturae, quamvis invicem unitae sint, nulla confusione unitae sunt; et quamlibet alia aliam permeet, non tamen conversionem et transmutationem alterius in alteram admittunt. . . . Unus siquidem Christus est, tam in divinitate quam in humanitate perfectus.

395 3, 8. Quapropter unus est Christus, Deus perfectus et homo 2363
perfectus, cui unam eamdemque adorationem cum Patre et Spiritu, non exclusa immaculata eius carne, adhibemus. Neque enim adorandam esse carnem eius negamus: quippe quae adoretur in una Verbi persona, quae quidem ipsi persona facta est. Qua in re non creaturae servimus; non enim illam ceu nudam carnem adoramus,

---

2363. MG 94, 1013.

ἡνωμένην θεότητι, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν
τοῦ Θεοῦ Λόγου τῶν δύο αὐτοῦ ἀναγομένων φύσεων. Δέδοικα
τοῦ ἄνθρακος ἅψασθαι διὰ τὸ τῷ ξύλῳ συνημμένον πῦρ.
Προσκυνῶ τοῦ Χριστοῦ τὸ συναμφότερον διὰ τὴν τῇ σαρκὶ
ἡνωμένην θεότητα.

2364 3, 12. Θεοτόκον δὲ κυρίως καὶ ἀληθῶς τὴν ἁγίαν παρθένον 429
κηρύττομεν· ὡς γὰρ Θεὸς ἀληθὴς ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθείς,
ἀληθὴς θεοτόκος ἡ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον
γεννήσασα· Θεὸν γάρ φαμεν ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι, οὐχ ὡς
τῆς θεότητος τοῦ Λόγου ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐξ αὐτῆς,
ἀλλ' ὡς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ πρὸ αἰώνων ἀχρόνως ἐκ
Πατρὸς γεννηθέντος, καὶ ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως, ὑπάρχοντος σὺν
τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν
ἡμετέραν σωτηρίαν ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς ἐνοικήσαντος καὶ ἐξ
αὐτῆς ἀμεταβλήτως σαρκωθέντος καὶ γεννηθέντος. Οὐ γὰρ 377
ἄνθρωπον ψιλὸν ἐγέννησεν ἡ ἁγία παρθένος, ἀλλὰ Θεὸν
ἀληθινόν, οὐ γυμνόν, ἀλλὰ σεσαρκωμένον, οὐκ οὐρανόθεν τὸ
σῶμα καταγαγόντα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος δι' αὐτῆς παρελθόντα,
ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ὁμοούσιον ἡμῖν σάρκα ἀναλαβόντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ
ὑποστήσαντα. Εἰ γὰρ οὐρανόθεν τὸ σῶμα κεκόμισται, καὶ οὐ 380
τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως εἴληπται, τίς χρεία τῆς ἐνανθρωπήσεως;
Ἡ γὰρ ἐνανθρώπησις τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ τοῦτο γέγονεν, ἵνα
αὐτὴ ἡ ἁμαρτήσασα καὶ πεσοῦσα καὶ φθαρεῖσα φύσις νικήσῃ
τὸν ἀπατήσαντα τύραννον, καὶ οὕτω τῆς φθορᾶς ἐλευθερωθῇ.

---

sed velut divinitati unitam, et quia duae ipsius naturae ad unam
Dei Verbi personam reducuntur unamque subsistentiam. Carbonem
tangere ob ignem cum ligno coniunctum vereor. Ambas Christi
naturas ob unitam carni divinitatem adoro.

2364 3, 12. Sanctam porro virginem Dei proprie et vere genetricem 429
praedicamus. Sicut enim verus est Deus qui ex ipsa natus est,
ita perinde Dei mater est quae verum Deum ex se incarnatum
genuit. Deum porro ex ea natum esse dicimus, non quod Verbi
divinitas exsistendi principium ex ipsa traxerit, sed quia Verbum
ipsum, quod ante saecula citra ullum tempus ex Patre genitum
est, ac sine exordio et sempiterne una cum Patre et Spiritu Sancto
est, in extremis diebus salutis nostrae causa in utero ipsius habi-
tavit, et assumpta carne ex ea genitum est sine sui demutatione. 377
Non enim hominem purum sancta virgo genuit, sed Deum verum;
non nudum, sed carne vestitum; nec ita ut, corpore de caelis
allato, per eam velut per canalem transierit, sed ex ipsa carnem
eiusdem ac nos substantiae acceperit, quae in se ipso subsisteret.
Nam si corpus e caelo devectum est, ac non ex natura nostra 380
acceptum, quid tandem incarnatione opus erat? Etenim Dei Verbum
humanitatem idcirco induit, ut ipsamet natura, quae peccaverat
cecideratque et corrupta erat, tyrannum qui se deceperat superaret,
sicque a corruptione vindicaretur.

2364. MG 94, 1028.

383 3, 13. Τέλειον δὲ Θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν αὐτὸν Κύριον 2365
ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον, φαμὲν τὸν αὐτὸν
379 πάντα ἔχειν ὅσα ὁ Πατήρ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας· καὶ πάντα
ἔχειν ὅσα ὁ Ἀδὰμ ὁ πρῶτος, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας· ἅτινά
398 ἐστι σῶμα καὶ ψυχὴ λογική τε καὶ νοερά· ἔχειν δὲ αὐτὸν
καταλλήλως ταῖς δύο φύσεσι, διπλᾶ τὰ τῶν δύο φύσεων
390 φυσικά· δύο θελήσεις φυσικάς, τήν τε θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ ἐνεργείας δύο φυσικάς, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην,
388 καὶ αὐτεξούσια δύο φυσικά, θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον, καὶ
σοφίαν τε καὶ γνῶσιν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην.

384 388 3, 19. Οὐ γὰρ διῃρημένας φαμὲν τὰς ἐνεργείας, οὐδὲ 2366
390 διῃρημένως ἐνεργούσας τὰς φύσεις, ἀλλ' ἡνωμένως ἑκάστην μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργοῦσαν τοῦθ' ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν. Οὔτε γὰρ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως ἐνήργησεν, οὐ γὰρ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος, οὔτε τὰ θεῖα κατὰ Θεὸν μόνον, οὐ γὰρ ἦν γυμνὸς Θεός, ἀλλὰ Θεὸς ὁμοῦ ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος. Ὥσπερ γὰρ τῶν φύσεων καὶ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπιστάμεθα, οὕτω καὶ τῶν φυσικῶν θελημάτων τε καὶ ἐνεργειῶν. Ἰστέον τοιγαροῦν, ὡς ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ποτὲ μὲν ὡς ἐπὶ δύο φύσεων τὸν λόγον ποιούμεθα, ποτὲ δὲ ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, καὶ τοῦτο δὲ κἀκεῖνο εἰς μίαν ἀναφέρεται ἔννοιαν· αἱ γὰρ δύο φύσεις εἷς ἐστι Χριστός, καὶ ὁ εἷς Χριστὸς δύο φύσεις ἐστί. . . . Τοῦτο

---

383 3, 13. Eumdem Dominum nostrum Iesum Christum perfectum 2365
Deum et perfectum hominem praedicantes, dicimus eumdem et omnia habere, quae Pater habet, excepta ingeniti proprietate; et
379 omnia item, quae primus Adam, excepto solum peccato, hoc est,
398 corpus et animam ratione et intellegentia praeditam; quin habere etiam eum, uti duabus naturis consentaneum est, duplices naturarum
390 duarum naturales proprietates; hoc est, duas naturales voluntates,
388 divinam et humanam; duas naturales operationes, divinam et humanam; duas naturales arbitrii libertates, divinam et humanam; ac denique sapientiam et scientiam, divinam et humanam.

384 388 3, 19. Non enim aut seiunctas actiones, aut naturas divisim 2366
390 operari dicimus, sed coniunctim utramque cum alterius communione illud, quod quaeque proprium habet, agere. Neque enim humana humanitus efficiebat, cum purus homo non esset; nec rursus divina divino dumtaxat modo, quandoquidem non solum Deus erat, sed Deus simul et homo. Nam uti naturarum cum unionem tum naturalem distinctionem habemus, ita etiam naturalium voluntatum et operationum. Itaque sciendum est, de Domino nostro Iesu Christo nos interdum tamquam de duabus naturis sermonem habere, interdum tamquam de una persona: atque hoc et illud ad eumdem sensum refertur. Nam et duae naturae unus Christus est; et unus
391 Christus duae naturae. . . . Nihil igitur aliud theandrica actio de-

---

2365. MG 94, 1033. 2366. MG 94, 1080.

οὖν δηλοῖ ἡ θεανδρικὴ ἐνέργεια, ὅτι ἀνδρωθέντος Θεοῦ, ἤγουν 391
ἐνανθρωπήσαντος, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ἐνέργεια θεία ἦν, ἤγουν τεθεωμένη, καὶ οὐκ ἄμοιρος τῆς θείας αὐτοῦ ἐνεργείας, καὶ ἡ θεία αὐτοῦ ἐνέργεια οὐκ ἄμοιρος τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ ἐνεργείας, ἀλλ' ἑκατέρα σὺν τῇ ἑτέρᾳ θεωρουμένη.

2367 3, 20. Ὁμολογοῦμεν δὲ ὅτι [ὁ Χριστός] πάντα τὰ φυσικὰ 402
καὶ ἀδιάβλητα πάθη τοῦ ἀνθρώπου ἀνέλαβεν. Ὅλον γὰρ τὸν ἄνθρωπον καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀνέλαβε, πλὴν τῆς 398
ἁμαρτίας. Αὕτη γὰρ οὐ φυσική ἐστιν, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἡμῖν ἐνσπαρεῖσα, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου ἐπισπορᾶς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει ἑκουσίως συνισταμένη, οὐ βίᾳ ἡμῶν κρατοῦσα. Φυσικὰ δὲ καὶ ἀδιάβλητα πάθη εἰσὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ὅσα ἐκ τῆς ἐπὶ τῇ παραβάσει κατακρίσεως εἰς τὸν ἀνθρώπινον εἰσῆλθε βίον· οἷον πεῖνα, δίψα, κόπος, πόνος, τὸ δάκρυον, ἡ φθορά. . . . Πάντα τοίνυν ἀνέλαβεν, ἵνα πάντα ἁγιάσῃ.

2368 3, 22. Οἱ δὲ προκόπτειν αὐτὸν λέγοντες σοφίᾳ καὶ χάριτι 386
[cf. Lc 2, 52], ὡς προσθήκην τούτων δεχόμενον, οὐκ ἐξ ἄκρας ὑπάρξεως τῆς σαρκὸς γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν λέγουσιν, οὐδὲ 385
τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν πρεσβεύουσι, Νεστορίῳ δὲ τῷ ματαιόφρονι πείθομαι, σχετικὴν ἕνωσιν καὶ ψιλὴν ἐνοίκησιν τερατεύονται, «μὴ γινώσκοντες μήτε ἃ λέγουσι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται» [1 Tim 1, 7]. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ἡνώθη τῷ Θεῷ 394
Λόγῳ ἡ σὰρξ ἐξ ἄκρας ὑπάρξεως, μᾶλλον δὲ ἐν αὐτῷ ὑπῆρξε 404

---

clarat, quam quod Deo facto homine, hoc est, incarnato, humana quaeque ipsius actio divina erat sive deificata, nec divinae ipsius operationis expers: rursumque divina ipsius actio humanae ipsius actionis exsors non erat; verum utraque una cum altera considerabatur.

2367 3, 20. Christum porro naturales minimeque reprehendendas 402
hominis passiones assumpsisse confitemur. Nam suscepit totum hominem et quaecumque hominis sunt, excepto peccato. Neque 398
enim istud naturale est, neque a creatore nobis insitum; verum superserente diabolo in libera nostra voluntate exsurgit, non tamen ut per vim nobis dominetur. Naturales porro et inculpatae passiones hae sunt, quae in arbitrio nostro sitae non sunt, quae nimirum in violati praecepti poenam humanae vitae irrepserunt: velut fames, sitis, defatigatio, labor, lacrimae, interitus. . . . Omnia igitur assumpsit, ut omnia sanctificaret.

2368 3, 22. Qui autem sic eum sapientia et gratia profecisse aiunt, 386
tamquam horum incrementum acciperet, non a primo carnis ortu factam esse unionem asserunt, nec unionem secundum hypostasim 385
tuentur; verum vanissimo Nestorio potius auscultantes, unionem quamdam secundum affectionem et respectum, ac nudam inhabitationem prodigiose fingunt, *nescientes nec quae dicunt nec de quibus affirmant*. Nam si caro a primo statim ortu vere Deo Verbo unita 394
est, immo potius in ipso exstitit, et identitatem secundum hypostasim 404

2367. MG 94, 1081. 2368. MG 94, 1088.

καὶ τὴν ὑποστατικὴν πρὸς αὐτὴν ἔσχε ταυτότητα, πῶς οὐ τελείως κατεπλούτησε πᾶσαν σοφίαν καὶ χάριν; Οὐκ αὐτὴ τῆς χάριτος μεταλαμβάνουσα, οὐδὲ κατὰ χάριν τῶν τοῦ Λόγου μετέχουσα, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, . . . τὴν χάριν καὶ τὴν σοφίαν καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν πληρότητα τῷ κόσμῳ πηγάζουσα.

415 4, 4. Ἐνηνθρώπησε δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵν' ἐφ' ᾧπερ 2369
ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, πάλιν αὐτῷ χαρίσηται. . . . Ἐπειδὴ μετέδωκε τοῦ κρείττονος καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν, μεταλαμβάνει τοῦ χείρονος, τῆς ἡμετέρας λέγω φύσεως, ἵνα δι' ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ ἀνακαινίσῃ μὲν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν,
412 διδάξῃ δὲ καὶ ἡμᾶς τὴν ἐνάρετον πολιτείαν, ταύτην δι' ἑαυτοῦ ποιήσας ἡμῖν εὐεπίβατον, καὶ τῇ τῆς ζωῆς κοινωνίᾳ ἐλευθερώσῃ τῆς φθορᾶς, ἀπαρχὴ γενόμενος τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, καὶ τὸ
413 ἀχρειωθὲν καὶ συντριβὲν σκεῦος ἀνακαινίσῃ, ἵνα τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου λυτρώσηται, πρὸς θεογνωσίαν ἡμᾶς καλέσας, καὶ νευρώσῃ, καὶ παιδεύσῃ δι' ὑπομονῆς καὶ ταπεινώσεως καταπαλαίειν τὸν τύραννον.

414 4, 13. Ἐπειδὴ γὰρ μετέδωκεν ἡμῖν [ὁ δημιουργός] τῆς ἰδίας 2370
εἰκόνος καὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν, μεταλαμβάνει αὐτὸς τῆς πτωχῆς καὶ ἀσθενοῦς ἡμῶν φύσεως, ἵνα ἡμᾶς καθάρῃ καὶ ἀφθαρτίσῃ, καὶ μετόχους πάλιν τῆς αὐτοῦ καταστήσῃ θεότητος.

---

cum eo habuit, quomodo non perfecte ditata est omni sapientia et gratia? Non quidem ut gratiam participaret, nec per gratiam in communionem eorum, quae Verbi erant, veniret; sed potius ut ob unionem illam secundum hypostasim, . . . gratiam et sapientiam et omnium bonorum plenitudinem mundo profunderet.

415 4, 4. Ideo incarnatus est Dei Filius, ut id rursus homini bene- 2369
ficium afferret, cuius gratia illum a principio condiderat. . . . Quoniam praestantius illud, quod nobis impertitus erat, minime custodivimus, idcirco eius, quod deterius est, nostrae scilicet naturae, particeps ipse fit, ut per se quidem et in se imaginis similitudinis-
412 que decorem instauret, nos vero virtutibus ornatam agendae vitae rationem, per se nobis facile ad eam iter muniens, edoceat, ac per vitae communicationem ab interitu vindicet, factus ipse primitiae nostrae resurrectionis, atque innovato vase quod obtritum et inutile redditum fuerat, nos demum ad sui cognitionem vocante Deo,
413 a diaboli tyrannide ereptos, corroboret, et per patientiam et humilitatem ad debellandum vincendumque tyrannum erudiat.

414 4, 13. Quia imaginem ipsius [creatoris] et spiritum, quem nobis 2370
dederat, minime servavimus, ipse pauperis infirmaeque naturae nostrae particeps factus est, quo nos expiaret, atque ad incorruptionis statum translatos suae rursum divinitatis redderet participes.

2369. MG 94, 1108. 2370. MG 94, 1137.

2371 4, 13. Σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς 489
ἁγίας παρθένου σῶμα, οὐχ ὅτι τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ
κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ οἶνος μεταποιοῦνται
εἰς σῶμα καὶ αἷμα Θεοῦ. Εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς
γίνεται, ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι ὅτι διὰ Πνεύματος Ἁγίου, ὥσπερ 381
καὶ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου διὰ Πνεύματος Ἁγίου ἑαυτῷ καὶ
ἐν ἑαυτῷ ὁ Κύριος σάρκα ὑπεστήσατο, καὶ πλέον οὐδὲν γινώ-
σκομεν, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀληθής ἐστι καὶ ἐνεργὴς καὶ
παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ
τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς διὰ τῆς βρώσεως ὁ ἄρτος, καὶ
ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ
ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ οὐ γίνονται ἕτερον
σῶμα παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα, οὕτως ὁ τῆς προθέσεως
ἄρτος, οἶνός τε καὶ ὕδωρ διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως 494
τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα 496
τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ
αὐτό. . . . Οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος τοῦ σώματος 485
καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, μὴ γένοιτο, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ
Κυρίου τεθεωμένον, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εἰπόντος· «Τοῦτό μού 486
ἐστι» οὐ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ «τὸ σῶμα», καὶ οὐ τύπος
τοῦ αἵματος, ἀλλὰ «τὸ αἷμα» [Mt 26, 26 28]. . . . Εἰ δὲ καί 487
τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου τὸν ἄρτον
καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, ὡς ὁ θεοφόρος ἔφη Βασιλεῖος, οὐ
μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι, αὐτὴν τὴν

2371 4, 13. Corpus est divinitati vere unitum quod ex sancta virgine 489
ortum habuit; non quod illud corpus, quod in caelos receptum est,
descendat, sed quia panis ipse et vinum in corpus et sanguinem
Dei transmutantur. Si requiras quonam pacto id fiat, sat tibi sit
audire hoc fieri per Spiritum Sanctum: quemadmodum et ex sancta 381
Dei genetrice Dominus sibi ipsi carnem assumpsit, quae in se
ipso subsisteret, nec amplius quidquam nobis perspectum est et
exploratum, quam quod Dei sermo verax efficaxque est atque
omnia potest, modus vero investigari prorsus nequit. Illud vero
dicere alienum non est: quemadmodum naturaliter panis per co-
mestionem, vinumque et aqua per potionem in corpus et sanguinem
comedentis et bibentis transmutantur, nec fiunt aliud corpus quam
corpus eius, quod prius exstabat; sic panis qui in prothesi prae-
paratus fuit, vinum item et aqua, per Spiritus Sancti invocationem 494
et adventum, praeter naturae vires in corpus et sanguinem Christi 496
ita convertuntur, ut nequaquam duo sint, sed unum et idem. . . .
Nec vero panis et vinum sunt figura corporis et sanguinis Christi, 485
absit! sed ipsum Domini corpus divinitate dotatum, cum ipse Do- 486
minus dixerit: *Hoc est,* non figura corporis, sed *corpus meum,*
neque figura sanguinis, sed *sanguis meus*. . . . Quodsi nonnulli 487
panem vinumque vocaverunt antitypa corporis et sanguinis Do-
mini, velut divinus Basilius, hoc non post consecrationem dixerunt,

---

2371. MG 94, 1144.

προσφορὰν οὕτω καλέσαντες. . . . Ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ,
510 ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας.

430 4, 14. Ὥσπερ δὲ συλληφθεὶς παρθένον τὴν συλλαβοῦσαν 2372
431 ἐτήρησεν, οὕτω καὶ τεχθεὶς τὴν αὐτῆς παρθενίαν ἐφύλαξεν ἄτρωτον, μόνος διελθὼν δι' αὐτῆς καὶ κεκλεισμένην τηρήσας αὐτήν. . . . Οὐ γὰρ ἀδύνατος ἦν καὶ διὰ τῆς πύλης διελθεῖν,
432 καὶ ταύτης μὴ παραβλάψαι σήμαντρα. Μένει τοίνυν καὶ μετὰ τόκον παρθένος ἡ ἀειπάρθενος, οὐδαμῶς ἀνδρὶ μέχρι θανάτου προσομιλήσασα.

74 4, 17[1]. [Τῆς παλαιᾶς διαθήκης εἴκοσι καὶ δύο βίβλοι· νομικαὶ 2373
πέντε (Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ.)· ἁγιόγραφα πέντε (Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, Κριτ. μετὰ τῆς Ῥούθ, α' καὶ β' Βασιλειῶν, γ' καὶ δ' Βασιλειῶν, Παραλ.)· στιχήρεις πέντε (Ἰώβ, Ψαλτήριον, Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς τοῦ αὐτοῦ, Ἆισμα ᾀσμ. τοῦ αὐτοῦ)· προφητικαὶ πέντε (τὸ δωδεκαπρόφητον, Ἡσ., Ἱερ., Ἰεζ., Δαν.).] Εἶτα τοῦ Ἐσδρὰ αἱ δύο εἰς μίαν συναπτόμεναι βίβλον, καὶ ἡ Ἐσθήρ. Ἡ δὲ Πανάρετος, τουτέστιν ἡ Σοφία τοῦ Σολομῶντος, καὶ ἡ Σοφία τοῦ Ἰησοῦ, ἣν ὁ πατὴρ μὲν τοῦ Σιρὰχ ἐξέθετο ἑβραϊστί, ἑλληνιστὶ δὲ ἡρμήνευσεν ὁ τούτου μὲν ἔγγονος Ἰησοῦς, τοῦ δὲ Σιρὰχ υἱός· ἐνάρετοι μὲν καὶ καλαί, ἀλλ' οὐκ ἀριθμοῦνται, οὐδὲ ἔκειντο ἐν τῇ κιβωτῷ.

---

sed hoc nomen ipsis oblatis dederunt antequam consecrarentur. . . . Antitypa porro futurorum dicuntur, non quod non sint vere corpus
510 et sanguis Christi, sed quod nunc quidem divinitatis Christi per ea participes efficimur, tunc autem intellective per solam visionem.

430 4, 14. Quemadmodum autem ille, qui conceptus fuit, eam quae 2372
431 conceperat virginem servavit; sic nascendo virginitatem illius incolumem custodivit, solus per eam transiens clausamque conservans. . . . Neque enim hoc ei impossibile erat, ut per portam
432 transiret, sigillis eius nulla parte labefactatis. Mansit ergo post partum virgo, quae semper virgo mansit, nulla ad obitum usque suum admissa cum viro consuetudine.

74 4, 17. [Canon scripturarum. — Veteris testamenti libri XXII: 2373
legales V (Gen., Ex., Lev., Num., Deut.); hagiographa V (Iesu Nave, Iud. cum Ruth, I et II Regnorum, III et IV Regnorum, Paral.); poetici V (Iob, Ps., Proverbia Salomonis, eiusdem Eccl., Cant. cant.); prophetici V (Prophetae XII, Is., Ier., Ez., Dan.).] His accedunt uterque Esdrae, qui uno libro continentur, et Esther. Panaretus autem, id est, Sapientia Salomonis, et Sapientia Iesu, quam a Sirach patre hebraice traditam ipsius nepos Iesus ac Sirach filius graece postea transtulit: hi, quamvis alioqui praeclari et elegantes libri sint, non tamen illis aliis annumerantur, neque in arca positi erant.

---

[1] Vide p. 177, not. 1.
2372. MG 94, 1161. 2373. MG 94, 1177.

2374 4, 24. Παρθενία, τὸ τῶν ἀγγέλων πολίτευμα, τὸ πάσης 581
ἀσωμάτου φύσεως ἰδίωμα. Ταῦτα λέγομεν, οὐ τὸν γάμον κακί- 582
ζοντες, μὴ γένοιτο· οἴδαμεν γὰρ τὸν Κύριον ἐν τῇ αὐτοῦ πα- 570
ρουσίᾳ τὸν γάμον εὐλογήσαντα καὶ τὸν εἰπόντα· «Τίμιος ὁ γάμος
καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος» [Hebr 13, 4]· ἀλλὰ καλοῦ κρείττονα τὴν
παρθενίαν γινώσκοντες.
2375 4, 27. Πιστεύομεν δὲ καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν. Ἔσται γὰρ 598
ὄντως, ἔσται νεκρῶν ἀνάστασις. Ἀνάστασιν δὲ λέγοντες, σω-
μάτων φαμὲν ἀνάστασιν. Ἀνάστασις γάρ ἐστι δευτέρα τοῦ
πεπτωκότος στάσις· αἱ γὰρ ψυχαὶ ἀθάνατοι οὖσαι, πῶς ἀνα-
στήσονται; . . . Αὐτὸ οὖν τὸ σῶμα τὸ φθειρόμενον καὶ δια- 600
λυόμενον, αὐτὸ ἀναστήσεται ἄφθαρτον.
2376 4, 27. Ἀναστησόμεθα τοιγαροῦν, τῶν ψυχῶν πάλιν ἑνου- 601
μένων τοῖς σώμασιν, ἀφθαρτιζομένοις καὶ ἀποδυομένοις τὴν
φθοράν, καὶ παραστησόμεθα τῷ φοβερῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι·
καὶ παραδοθήσεται ὁ διάβολος καὶ οἱ δαίμονες αὐτοῦ, καὶ ὁ
ἄνθρωπος αὐτοῦ, ἤγουν ὁ ἀντίχριστος, καὶ οἱ ἀσεβεῖς καὶ οἱ
ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον, οὐχ ὑλικόν, οἷον τὸ παρ' ἡμῖν, 594
ἀλλ' οἷον ἂν εἰδείη ὁ Θεός. Οἱ δὲ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες ἐκλάμ- 607
ψουσιν ὡς ὁ ἥλιος [Mt 13, 43] σὺν ἀγγέλοις εἰς ζωὴν αἰώνιον,
σὺν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὁρῶντες αὐτὸν ἀεὶ καὶ
ὁρώμενοι, καὶ ἄληκτον τὴν ἀπ' αὐτοῦ εὐφροσύνην καρπούμενοι,
αἰνοῦντες αὐτὸν σὺν Πατρὶ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς ἀπείρους
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

2374 4, 24. Virginitas angelicum est vitae genus, incorporeae omnis 581
naturae peculiaris nota. Neque id dicimus ut matrimonio de- 582
trahamus, absit; scimus enim Dominum praesentia sua nuptiis 570
benedixisse, illumque novimus qui dixit: *Honorabile conubium et
torus immaculatus;* sed quia nuptiis, quamvis alioqui bonis, prae-
stare virginitatem agnoscimus.
2375 4, 27. Mortuorum etiam resurrectionem credimus. Erit enim 598
profecto, erit mortuorum resurrectio. Resurrectionem autem di-
centes, corporum resurrectionem intellegimus. Est enim resurrectio
secunda eius quod cecidit erectio. Animae enim cum immortales
sint, quomodo resurgent? . . . Ipsum igitur corpus quod corrumpitur 600
ac dissolvitur, idemmet resurget incorruptum.
2376 4, 27. Resurgemus itaque, animis nostris videlicet coniunctis 601
iterum cum corporibus a corruptione iam exutis; atque tremendo
Christi tribunali sistemur, ac tum diabolus ipsiusque daemones,
et eius homo, hoc est, antichristus, necnon impii flagitiosique ho-
mines igni aeterno tradentur; igni, inquam, non qui instar nostri 594
materia constet, sed qualem Deus novit. Qui autem bona egerunt, 607
fulgebunt sicut sol cum angelis in vita aeterna, cum Domino nostro
Iesu Christo, ut videant semper ac videantur, indefectibilique inde
laetitia fruantur, laudantes eum cum Patre et Sancto Spiritu per
infinita saecula saeculorum. Amen.

2374. MG 94, 1209. 2375. MG 94, 1220. 2376. MG 94, 1228.

Adversus eos qui sacras imagines abiciunt.

1 Or. 2 [anno 730], n. 5. Εἰ μὲν γὰρ τοῦ ἀοράτου Θεοῦ 2377
286 εἰκόνα ἐποιοῦμεν, ὄντως ἡμαρτάνομεν. Ἀδύνατον γὰρ τὸ ἀσώματον καὶ ἀόρατον καὶ ἀπερίγραπτον καὶ ἀσχημάτιστον εἰκονισθῆναι. Καὶ πάλιν εἰ ἐποιοῦμεν εἰκόνας ἀνθρώπων καὶ ταύτας θεοὺς ἡγούμεθα, καὶ ὡς θεοῖς ἐλατρεύομεν, ὄντως ἠσεβοῦμεν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ποιοῦμεν.

1 3 [paulo post a. 730], 41. Προσκυνήσωμεν καὶ λατρεύσωμεν 2378
μόνῳ τῷ κτίστῃ καὶ δημιουργῷ, ὡς φύσει προσκυνητῷ Θεῷ.
283 Προσκυνήσωμεν καὶ τῇ ἁγίᾳ θεοτόκῳ, οὐχ ὡς Θεῷ, ἀλλ' ὡς
429 μητρὶ Θεοῦ κατὰ σάρκα. Ἔτι προσκυνήσωμεν καὶ τοῖς ἁγίοις, ὡς ἐκλεκτοῖς φίλοις Θεοῦ, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν κεκτημένοις παρρησίαν.

De recta sententia.

383 2. Καὶ ἔστιν εἷς Χριστός, εἷς Κύριος, εἷς Υἱὸς Θεοῦ καὶ 2379
385 ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος, μία ὑπόστασις σύνθετος ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, ἐκ δύο φύσεων, καὶ δύο φύσεις ὁ αὐτὸς καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι τελείαις ἐχούσαις κατὰ τὸν ἑκάστῃ πρέποντα ὅρον τε καὶ λόγον. Υἱὸς Θεοῦ κατὰ τὴν προαιώνιον ἐκ Πατρὸς ἀσώματον γέννησιν· υἱὸς ἀνθρώπου ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἐπ' ἐσχάτων σωτήριον σάρκωσίν τε καὶ πρόσληψιν· ἀμήτωρ τὸ πρῶτον ἐκ Πατρὸς ὡς

---

1 2, 5. In errore quidem versaremur, si vel invisibilis Dei con- 2377
286 ficeremus imaginem; quoniam id quod corporeum non est, nec visibile, nec circumscriptum, nec figuratum, pingi omnino non potest. Impie rursum ageremus, si efformatas a nobis hominum imagines deos esse arbitraremur, iisque tamquam diis divinos honores tribueremus. At nihil horum prorsus admittimus.

1 3, 41. Solum creatorem et rerum opificem Deum adoremus, 2378
cui latriae cultum exhibeamus, tamquam Deo pro sua natura
283 adorando. Sanctam quoque Dei genetricem adoremus, non tam-
429 quam Deum, sed tamquam Dei matrem secundum carnem. Praeterea sanctos, ceu electos Dei et amicos, quibus facilis ad ipsum patet aditus, adoremus.

383 2. Unus est Christus, unus Dominus, unus Filius Dei et ho- 2379
